NOVUM TESTAMENTUM GRAECUM

CUM VARIIS LECTIONIBUS

ET

COMMENTARIO

DUOBUS TOMIS.

Ἡ ΚΑΙΝῊ ΔΙΑΘΉΚΗ

NOVUM TESTAMENTUM GRAECUM

EDITIONIS RECEPTAE

CUM LECTIONIBUS VARIANTIBUS

CODICUM MSS., EDITIONUM ALIARUM,

VERSIONUM ET PATRUM

NEC NON COMMENTARIO PLENIORE

EX SCRIPTORIBUS VETERIBUS HEBRAEIS, GRAECIS ET LATINIS

HISTORIAM ET VIM VERBORUM ILLUSTRANTE

OPERA ET STUDIO

JOANNIS JACOBI WETSTENII.

TOMUS I.

CONTINENS QUATUOR EVANGELIA.



J.FDB. del. P. Tanjé. Sculp.

AMSTELAEDAMI,

EX OFFICINA DOMMERIANA.

MDCCLI.

PROLEGOMENA.

Cum duo praecipue a bono Interprete requirantur, primo ut verba Scriptoris, quem ſibi ſumit, veteris, deinde ut verborum ſignificationem pro virili eruat; in utroque ſe multi eorum, qui in Novum Foedus annotationes ſcribere ſunt aggreſſi, ita gesſerunt, ut exſpectationi Lectorum parum ſatisfecerint. Quod enim attinet ad Lectionem veram inter tot & tantas librorum variationes inveniendam, tam parum de ea fuerunt ſolliciti, ut vel de fide typothetarum ſecuri, eaque, quam fors obtulerat, editione contenti, ſtatim interpretationi ſeſe accingerent, vel longe maximam Variarum Lectionum, quas prae manibus habebant, partem ſupprimerent; quorum illud vix a negligentiae culpa abſolvi poteſt, iſtud vero ſuſpicionem praebet, acſi vel partium ſtudio vel invidia merces ſuas nude atque aperte ſpectandas proponere veriti fuiſſent: Ad Senſum vero ſcriptorum exponendum omnes omnium conjecturas atque opiniones in medium contulerunt, idque vel tanta brevitate, ut obſcuri fierent, vel tanta rerum & verborum copia, ut lectoris animum obruerent, multoque redderent incertiorem, quam fuerat dudum. Utrinque igitur vitaturus vitium, & accuratius, quam hactenus factum eſt, undique conquiſitis Lectionum varietatibus, meam de illis ſententiam ita decrevi dicere, ut tamen cuivis de ea re integrum liberumque relinquerem judicium, & illam tantum ex omnibus ſeligere interpretationem, quae mihi aut unice vera aut veroſimillima videbatur. Prius autem quam operi me accingam, quaedam praefari neceſſe eſt.

De Codicibus Graecis Manuscriptis Novi Testamenti, eorumque cum Editis Collatione.

1. Codices partim ſunt *membranacei*, partim *chartacei*. Membrana vel eſt purpura infecta, vel ſui coloris; eademque vel tenuior vel craſſior. Charta item vel eſt bombycina vel communis, eaque rurſus vel laevigata atque expolita, vel notae deterioris.

Codicis in membrana purpurea deſcripti duo tantum ſuperſunt fragmenta, Londini unum, Viennae alterum, de quibus infra accuratius agetur, quae ſine dubio ſunt antiquiſſima, & deſcriptioni Hieronymianae exacte reſpondent, qui praef. in Job. „ habeant, inquit, qui volunt, veteres libros vel in mem„ branis purpureis auro argentoque deſcriptos, vel uncialibus, ut vulgo ajunt, „ literis onera magis exarata quam Codices, dummodo mihi meisque permit„ tant, pauperes habere ſchedulas, & non tam pulchros Codices, quam emen„ datos”. Hujusmodi quoque membranae purpureae vel chartae puniceae ſive violaceae inſcriptum vidi Pſalterium Graecum, & aliud Latinum, quorum illud Tiguri in Bibliotheca Civica, hoc vero Pariſiis in Cœnobio S. Germani aſſervatur.

In

In membrana tenuissima scriptus est Codex, quem Beza Claromontanum vocavit, & liber Prophetarum, qui Renati Marechalli fuit; tenuitatem vero membranarum aeque atque elegantiam literarum in pretio fuisse testatur Chrysostomus Hom. 32. in Joannem, ubi mentionem facit σπουδῆς περὶ τὴν τῶν ὑμένων λεπτότητα, καὶ τὸ τῶν γραμμάτων κάλλος. Chartacei omnes sunt sequioris aevi, &, si charta sit vulgaris, majorem partem seculo XV. & XVI. in Italia scripti.


2. Membranae istae in *quaterniones* distinguuntur, quorum singuli plerumque octo sunt foliorum, numeris in priore cujusque vel summa vel ima pagina notatis distincti, sicut etiam nunc Typographis distinguere mos est, nisi quod in paucis demum posteriori pagina notantur. Istae notae in quibusdam Codicibus vetustate obsoletae sunt. Ita notatos quaterniones etiam reperi in Codice Octateuchi vetustissimo, qui Saravii fuit. Ex quibus numeris comperire licet, quantum hinc inde in Codicibus desideretur. Ita descripti erant Codices illi quinquaginta, quos Eusebius Caesariensis jussu Constantini M. curavit describendos, ἐν πολυτελῶς ἠσκημένοις τεύχεσιν τρισσὰ καὶ τετρασσὰ, *in voluminibus magnifice exornatis terniones & quaterniones* de vita Const. IV. 37. quae Valesius ita explicat: „ recte interpres terniones & quaterniones vertit. Codices „ enim membranacei fere per quaterniones digerebantur, h. e. quatuor folia „ simul compacta, ut terniones tria folia sint simul compacta, & quaterniones „ quidem sedecim habebant paginas, terniones vero duodenas. Porro in ultima quaternionis pagina notabatur numerus quaternionis, puta 1. 2. 3. & „ sic deinceps, quemadmodum observavi in vetustissimis Codicibus tum Graecis „ tum Latinis. In antiquissimo Codice Gregorii Turonensis, qui ante nongentos annos scriptus est, in ultima pagina quaternionis hanc notam reperi „ q. 1. id est quaternio primus.

3. „ Paginae singulae in plerisque omnibus Graecis manuscriptis ad circinum & normam paribus spatiis dividuntur, ut *lineae* aequali intercapedine „ dirimantur, parque ipsarum numerus sit in singulis paginis". *Palaeograph.* p. 27. Puncta quoque ipsa circino satis alte impressa fuerunt, ductaeque ab uno ad alterum lineae etiam nunc in Codicibus vetustissimis conspiciuntur, ita quidem ut in parte aversa quoque ejusdem operae vestigia appareant, quae descriptores in exarandis literis sequerentur. Lineae transversae omnes pari intervallo ductae sunt, directis singulis utrinque inclusae atque terminatae; nisi quod in his Codicibus, quorum singulae paginae binis columnis constant, duplices hae Lineae, quae columnas utrinque finiunt, necessario ductae fuerunt. Quae licet omnibus nota ac pervulgata sint, ideo tamen hic adnotanda judicavi, quia saepe accidit, ut librarii, intermedia illa distinctione neglecta, textum perturbarent, quod in Genealogia Christi Luc. III. magnam confusionem peperit, cum παραλλήλως posita nomina pro eis, quae perpendiculariter subjacebant, scriberentur.

4. *Literae* sunt vel majores vel minores, illae tempore Hieronymi, ut §. 1 vidimus, vocabantur unciales, rursus in duo genera distinguendae. Literae veteres primi generis figura sunt inornata ac simplici, aequabili ductu exaratae, ita ut, si ξ excipias, vel uno duntaxat, ut σῖγμα, ο τὸ μικρὸν & ἰῶτα, vel duobus, aut summum tribus constent ductibus. Literae veteres secundi generis sunt multo pinguiores, inaequali ductu atque angulosae, aliae velut basi quadam fultae, aliae variis apicibus ornatae aut oneratae potius. Quum vero prior illa plane eadem scriptura sit, quae in antiquioribus monumentis Graecorum comparet: posterior picturam semibarbarorum temporum sapiat, apparet utique, priorem characterem recte assignari seculo VI., posteriorem IX. Hoc & brevitatis causa facio, aliis Codices prout figura magis ad hanc vel illam accedit medio tempori dividendos relinquens; tum etiam vitandae extremitatis ergo; video enim possessores Codicum, nescio quo amore antiquitatis abreptos, plerumque ma-

jo-

ALPHABETUM GRÆCUM EX CODICIBUS.



jorem, quam veritas liquido postulabat, aetatem illis assignare, quod Βιβλιοκαπήλοις pulchrius quam eruditae mercis aestimatoribus convenit. Literae sequioris aevi minores illae sunt, quibus jam vulgo Typographi utuntur. Est praeterea aliud Alphabetum Graecum, quo Latini post Caroli M. tempora usi sunt, cujus literae non ita regulares sunt; inprimis vero *a* & *e* & *y* ad formam Latinam inflectuntur.

5. In libris, priori scriptura exaratis, *Accentus* & *Spiritus* ut & *distinctiones vocum* plerumque desunt. Nostram non facimus de aetate Accentuum & Spirituum controversiam, de vulgari saltem eorum usu in MSS. loquimur: unum vidimus fragmentum Cap. sequenti describendum, & Prophetarum Codicem Marechalianum ex vetustioribus, cui hae notae adspersae fuerunt; in ceteris omnibus, quos tractavimus, vix uni aut alteri voci similes notae apponuntur: at mediae antiquitatis Codices omnes, licet imperite satis haud raro, appositas easdem notas exhibent.

6. *Orthographiae* ratio in veteribus fere eadem est, ab hodierna autem nonnihil recedit, scribunt enim τέσσερα, τεσσεράκοντα, ὀλεθρεύειν, διαβέννει, φθάννει, ἀποκτεννόντων, λημφθεὶς, λημφθήσομαι, ἐραυνᾶτε, ἠδύναντο, ηὐλόγησεν, ηὗρεν, ἔχθες, ἐπροφήτευον, συνκαταμίγνυμι, ἐνπνέον, συνπροπέμψαι, ἐνκαλοῦμαι. οὕτως & ἐγέννησεν non οὕτω & ἐγέννησε, etiam ubi sequitur Consona. „ Literae ι. & υ. quando al- „ teri vocali non junguntur, nec diphthongum efficiunt, punctis superne no- „ tantur ϊ ϋ. Palaeogr. 3". Γνοι & παραδοι pro γνῷ & παραδῷ scribitur, ut in veteri columna ἐν τοι πολεμοι, antequam ω μέγα advectum esset, quatuor ante Christum seculis. Palaeogr. p. 138.

7. Etiam vetustissimi quasdam voces in *Compendio* scribunt, ita ut primam tantum atque ultimam, interdum & mediam literam, pro integra voce ponant, lineaque superducta tegant, ut θc, κc, ιc, χc, υσ, σηρ, ιηλ vel ισλ, ιλημ, πρα, μρα, Δαδ, pro Θεὸς, Κύριος, Ἰησοῦς, Χριστὸς, υἱὸς, Σωτὴρ, Ἰσραὴλ, Ἱερουσαλὴμ, πατέρα, μητέρα, Δαυίδ. Quod ex Judaeorum scribendi consuetudine vel a LXX. Interpretibus vel ab Origene in Codices V. atque inde etiam N. T. & scripta Patrum derivatum esse puto. Ideo autem notari debet, ut pateat, quam facile acciderit, ut vocabula Θεὸς, Χριστὸς, & Κύριος, cum aliis permutarentur, quod Virum eruditissimum J. Pearsonium miror latuisse, quandoquidem in explicatione Symboli Apostolorum de loco 1 Tim. III. 16. contra Hincmarum excipit; „ unius literae mutatione ex ὅς non posse fieri Θεὸς": imo vero nonnisi tenuissima lineola requiritur ut ex oc fiat θc id est Θεὸς. Ex hoc fonte manavit, quod Genes. XLIV. 3. in Aldina Editione legitur, οἱ ἄνθρωποι αὐτῶν pro οἱ ὄνοι αὐτῶν, nimirum promta erat aberratio, ut α pro ο librarius scriberet, unde pro ὄνοι factum est ἄνοι i. e. ἄνθρωποι. Hinc etiam est, quod Luc. II. 38. pro Ἱερουσαλὴμ legitur Ἰσραὴλ i. e. ιηλ pro ιλημ. & Actor. XIII. 23. σωτηρίαν pro σωτῆρα Ἰησοῦν h. e. σριαν pro σρα ιν. Sed & alia caussa est, quae me movebat, ut haec scripturae Compendia notarem, ne quis cum Beza & Gomaro alisque, quoties difficultas aliqua occurrit, ad nescio quae commentitia compendia confugere licere existimet, ut quum Ιριου pro Ἰερεμίου, Ζριου pro Ζαχαρίου, κω pro καιρῷ, απολοις pro ἀποστόλοις, Μαν pro Μανασσῆ scriptum fuisse conjiciunt; quod quid aliud est, quam ex scriptura nasum cereum facere? Illud enim testari possum, talia compendia ne quidem in junioris aevi Codice ullo, nedum in Vetustioribus, repertum iri.

8. Ad Compendia scriptionis refero, quod Codices Veteres, quos imitatur Coptica & Gothica Versio, *numeros* literarum notis perpetuo fere exprimere soleant. „ Discedit quidem in alia omnia Millius, quando de his numeris agens „ Compendia, inquit, scriptionis in genere quod spectat, non est quod Apo- „ stolis ea tribuamus, quorum erat Codices sacros aperte, clare, accuratissime de-

 „ scrip-

„ ſcriptos tradere; imo nec Apoſtolicis temporibus, in Exemplarium deſcripti-
„ one procul dubio ſumme curioſis: ſed omnino ſcribis poſterioribus quibusdam,
„ qui ſacra haec ſine Religione tractantes id ſibi juris ſumebant, ut integras vo-
„ ces ſubinde notulis, ſubinde una vel altera litera adumbrarent, in Jo. XIX. 14.
„ & in Marc. XV. 25. Cum credi omnino par ſit, Apoſtolorum autographa quo-
„ ad ſingulas quasque vocum literas integre, clare, accuratiſſime fuiſſe ſcripta;
„ quod idem de Apographis ſub id aevum exaratis dictum velim: necdum enim,
„ imo ne quidem niſi poſt alterum, tertium itemque quartum fortaſſe ſeculum
„ contractiones ac Compendia ſcriptionis iſthaec induxerat ſcribarum inertia ac
„ feſtinatio.

Sed profecto non temere cuipiam perſuaſerit, Apoſtolos, qui ἰδιῶται τῷ λόγῳ fuerunt, καλλιγραφίας fuiſſe ſtudioſiſſimos; quidni enim multo majorem curam Orationi ſuae impendiſſent, ut quam emendatiſſime & inprimis aperte ac perſpicue loquerentur? Sed ſatis conſtat, locutos fuiſſe ac ſcripſiſſe, ut tum vulgo uſus ferebat, neque jam noſtrum eſt, de ipſorum conſuetudine multum diſputare. Praeterquam quod nemo facile iverit inficias, ſtilum Petri inprimis & Pauli eſſe impeditum.

Quod vero Millius a neceſſitate τῆς ὀρθογραφίας in Apoſtolorum ſcriptis argumentum petit, cur per notas nulla vocabula, ac ne numeralia quidem, ſcripſerint, id ejusmodi eſt, ut non debuiſſe ſcribere omnino eadem ratione probare ipſi liceat; ſiquidem quocunque modo ſcriberent, præſtare non potuerunt, ne deſcriptores minus diligentes ab ipſorum ſcribendi ratione mox diſcederent, & haud raro etiam aberrarent.

„ Ipſorum fuit, aperte, clare, accuratiſſime deſcriptos Codices tradere, ergo „ non per notas". Quid ita? Cum ſcriptio per notas aliquando ſit apertior clarior & accuratior altera; Cujus rei exemplum inſigne habemus Act. X. 30. ubi pro eo quod nos legimus ἀπὸ τετάρτης ἡμέρας Codex Cantabrigienſis legit ἀπὸ τῆς τρίτης, cujus variationis alia non videtur fuiſſe ratio, quam ſimilitudo literarum τῆς τρίτης & τετάρτης, qua deſcriptor deceptus eſt, qui non ita facile in literis Γ & Δ aberrare potuiſſet. In eodem Codice Matth. XX. 5. ἐνδεκάτην legebatur pro ἐννάτην, quae voces ſibi valde affines ſunt, cum inter numeros ια. & θ. nulla ſimilitudo intercedat. Ex hoc fonte Lutherus Act. XIII. 20. pro τετρακοσίοις voluit legendum eſſe τριακοσίοις, & Muſculus in 1 Cor. X. 8. pro εἴκοσι τρεῖς legit εἴκοσι τέσσαρες. „ Suſpicor, inquit, per abbreviationem ſive ab
„ ipſo Apoſtolo ſive ab antiquario aliquo ſcriptum fuiſſe εἴκοσι τρ̄ς pro εἴκοσι
„ τέσσαρες, eamque poſtea abbreviationem per negligentiores mutatam eſſe in
„ numerum iſtum εἴκοσι τρεῖς, ac verſum a Latino Interprete viginti tria. Non
„ affirmo, ſed quod ſuſpicor, cum pace aliorum ſimpliciter annoto.

Diſcuſſis jam iis, quas contra antiquitatem horum Compendiorum Millius propoſuit, rationibus, auctoritati ipſius auctoritates veterum opponimus, qui ſine dubio optime norant ſeculi ſui i. e. II. III. IV. V. ac paulo ſuperioris aetatis ſcribendi conſuetudinem, & omnes expreſſis verbis teſtantur, compendia iſta in uſu fuiſſe. Primus ſit *Irenaeus*, qui Lib. V. 30. de numero 666. ita loquitur:
„ His autem ſic ſe habentibus, & in omnibus antiquis & probatiſſimis & vete-
„ ribus ſcripturis numero hoc poſito ſecundum Graecorum computationem *per*
„ *Literas*, ignoro quomodo erraverunt quidam, ſequentes idiotiſmum, & me-
„ dium fruſtrantes numerum nominis, 50. numeros deducentes, pro ſex deca-
„ dis unam decadem volentes eſſe. Hoc autem arbitror ſcriptorum peccatum
„ fuiſſe, ut ſolet fieri, quoniam & *per Literas* numeri ponuntur, facile literam
„ Graecam, quae 60. enunciat numerum, in jota Graecorum literam expan-
„ ſam.

Secundum teſtem producimus *Euſebium Caeſarienſem*, vel potius, ut re accuratius conſiderata poſtea didici, *Severum Antiochenum*, qui apparentem Evangeliſta-

geliſtarum diſſenſum circa horam crucifixionis ita tollit : καί φησι γραφικὸν εἶναι τοῦτο σφάλμα, παροραθὲν παρὰ τῶν ἐξ ἀρχῆς ἀπογραψαμένων τὰ εὐαγγέλια. τοῦ μὲν γὰρ Γάμμα στοιχείου τὴν τρίτην ὥραν σημαίνοντος, τοῦ δὲ ἐπισήμου τὴν ἕκτην, καὶ πολλὴν ἐμφέρειαν ἐχόντων πρὸς ἀλλήλους τούτων τῶν χαρακτήρων, κατὰ πλάνην τὸ Γ. στοιχεῖον τὸ τῆς τρίτης ὥρας δηλωτικὸν, κυρτωθείσης τῆς ἀποτεταμένης εἰς μῆκος εὐθείας, εἰς τὴν τοῦ ἐπισήμου μεταχωρῆσαι σημασίαν, τοῦ τῆς ἕκτης ὥρας δηλωτικοῦ. „ Librariorum, ait, hunc errorem eſſe, ex negligentia eorum, qui initio Evangelia „ deſcripſerunt, ortum. Cum enim litera gamma tertiam horam, epiſemum „ vero ſextam ſignificet, & duae iſtae literae ſibi invicem valde ſint ſimiles, literam Γ. tertiam horam ſignificantem, recta in altum producta incurvata, iſta „ aberratione figuram epiſemi ſextam horam ſignificantis induiſſe". Cui ſententiae ſubſcribunt ex Graecis *Ammonius Alexandrinus* & *Theophylactus*, & ex recentioribus Criticis plurimi. Similia habent *Hieronymus*, eumque ſecutus *Lutherus*, eo tamen diſcrimine, quod non in *Joanne* ϛ pro γ. ſed in *Marco* γ pro ϛ. a librario aberrante ſcriptum fuiſſe putant. Quid quod *Methodius* in hac conſuetudine myſterium quaerit? apud Photium Bibl. 237. τὸ λεγόμενον ὁμοιῶσθαι τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν ι. παρθένοις σημαίνειν βούλεται, τὴν αὐτὴν ὁδὸν τοῦ ἐπιτηδεύματος πάσας ἐπανῃρημένας, διὰ τὴν ἔμφασιν τοῦ ἰῶτα στοιχείου : „ quod dici„ tur regnum Coelorum ſimile eſſe decem Virginibus, ſignificat omnes ean„ dem inſtituti viam ſuſcepiſſe, id enim figura literae *iota* innuit". Quomodo enim potuiſſet τοῦ ἰῶτα denarium exprimentis numerum mentionem facere, ſi non in Textu fuiſſet? Nec *Eraſmus* diſſentit, quum Apolog. ad Stunicam in Matth. XVIII. 24. inquit : „ Ego ſuſpicor, apud Veteres numeros „ notulis ſignari ſolitos.

Qui hoc in dubium vocat, doceat nos denique, unde factum ſit, quod Matth. XIX. 28. & Apocal. XXI. 12. & 16. alii Codices legant δώδεκα alii δεκαδύο; quod item Actor. XXV. 6. pro eo quod vulgo editum eſt ἡμέρας πλείους ἢ δέκα, Veteres legerint ἡμέρας οὐ πλείους ὀκτὼ ἢ δέκα, ſi hoc non ex compendio τοῦ ιβ. pro δώδεκα & η. pro ὀκτὼ ortum eſt?

Ex hoc fonte in editiones *Clementis Alexandrini* turpis error profluxit, cum enim ille Strom. 1. p. 387. in ſerie Regum Judae Ἀσὰ μα. ἔτη, h. e. „ Regi „ Aſae XLI. annos" tribueret, editores numeralium notarum ignari Regem ignotum Aſama in ſcenam produxerunt, cujus regni annos adhuc quaerunt.

Ex eodem fonte manavit error Editoris Epiſtolarum *Photii*, qui ad Epiſt. 241. &. 5. & alibi paſſim pugnat pro vocibus Ἀνοταρίῳ & Ἀσπαθαρίῳ, quae nihil ſignificant, cum ſit legendum πρωτονοταρίῳ & πρωτοσπαθαρίῳ: ſicut quod in *Codice Oxonienſi* MS. teſte Patricio Junio Exod. VII. & VIII. ſcribitur βρυγας & Ex. XII. ατόκου certiſſime legi debet διώρυγας & πρωτοτόκου.

His addo clariſſima *Galeni* loca L. I. in Epid. Hippocrat. VI. καί φασιν ἐν πολλοῖς τῶν ἀντιγράφων εὑρίσκεσθαι, καὶ μάλιστα τῶν παλαιοτάτων, τὸ στοιχεῖον τὸ Η. καὶ πάλιν τὸ Ι. στοιχεῖον, Η. μὲν ἀντὶ τῶν ὀκτὼ γεγραμμένον, Ι. δὲ ἀντὶ τοῦ δέκα. & de Antidotis I. Τὰ δὲ δὴ βιβλία τὰ κατὰ τὰς βιβλιοθήκας ἀποκείμενα, τὰ τῶν ἀριθμῶν ἔχοντα σημεῖα, ῥαδίως διαστρέφεται, τὸ μὲν πέντε ποιούντων ἐννέα, καθάπερ καὶ τὸ Ο. τὸ δὲ Ι. Γ. προσθέσει μιᾶς γραμμῆς, ὥσπερ γε καὶ ἀφαιρέσει μιᾶς ἑτέρας. Διὰ τοῦτο ἐγὼ, καθάπερ ὁ Μενεκράτης ἔγραψε βιβλίον ἐπιγράψας ὁλογράμματα Αὐτοκράτορος, καθότι τὰ μὲν Ζ. διὰ δυοῖν γέγραπται συλλαβῶν, οὐ διὰ τοῦ Ζ. μόνον. τὰ δὲ Κ. διὰ τριῶν, οὐ διὰ τοῦ Κ. μόνον, τὰ δὲ Λ. διὰ τεττάρων, οὐ διὰ τοῦ Λ. μόνον, καὶ τ' ἄλλα ὁμοίως, οὕτω ποιήσω καὶ αὐτός. ἐπαινῶ δὲ καὶ τὸν Ἀνδρόμαχον ἐμμέτρως γράψαντα τὴν Θηριακὴν αὐτοῦ, ὥσπερ καὶ ἄλλοι τινές. Ὁ δὲ Δημοκράτης καὶ τἄλλα πάντα διὰ μέτρων ἔγραψεν καλῶς ποιήσας, ἥκιστα γὰρ οἱ πανοῦργοι δύνανται διαστρέφειν αὐτά. & de Compoſit. Medicamentor. per genera VII. Ἐπιγέγραπται δὲ τὸ βιβλίον, ἐν ᾧ γέγραπται τὸ φάρμακον, αὐτοκράτωρ ὁλογράμματος—— Αὐτοκράτωρ μὲν, ἐπειδὴ τούτῳ προσπεφώνηται· ὁλογράμματος δὲ, διότι χωρὶς χαρακτήρων ὅλαις ταῖς συλλα-

λαβαῖς γέγραπται. β. καὶ γ. καὶ δ. καὶ ε. καὶ τῶν ἄλλων ἀριθμῶν ἕκαστος—τοῦτο δὲ ἔπραξεν Μενεκράτης, ἐπειδὴ πολλάκις οὐ μόνον ἀκόντων ἁμαρτάνεσθαι συμβαίνει κατὰ τὰς γραφὰς, ἀλλὰ καὶ διὰ φθόνον ἑκόντων ἐνίων τὸ μὲν Ο. γράμμα Θ ποιούντων, διὰ μέσης τῆς στρογγύλης γραμμῆς ἑλκυσθείσης ἑτέρας ἐγκαρσιάς· τὸ δὲ ἰῶτα γάμμα, προστεθείσης ἑτέρας ὁμοίως ἐγκαρσίας, ὥσπερ καὶ ἀποξυσθείσης μιᾶς γραμμῆς ἐκ τοῦ γάμμα καὶ ρῶ τὸν χαρακτῆρα τοῦ ἰῶτα καταλείπεσθαι συμβαίνει. Κατὰ τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον ἐκ πολλῶν γραμμάτων, τῶν μὲν προσθέσει, τῶν δὲ συνθέσει, τῶν δὲ ἀφαιρέσει, συμβαίνει τὴν ἀλλοίωσιν γενέσθαι τῶν δηλούντων αὐτὰ χαρακτήρων. ἀλλ' οὐδὲν πλεῖον εἰργάσατο πρὸς τὸν ἑξῆς χρόνον ὁ Μενεκράτης, τῶν ἐγγραφομένων αὐτοῦ τὴν βίβλον οὐχ' ὁλογραμμάτους τὰς προσηγορίας τῶν ἀριθμῶν γραφόντων, ἀλλὰ διὰ τῶν δηλούντων αὐτὰ χαρακτήρων. Ἐικότως οὖν ηὐδοκίμισε τὰ τοῦ Δημοκράτους βιβλία τῶν φαρμάκων εἰς μέτρα γραφέντα. Καὶ εἴπερ ἅπαντα τὸν τρόπον τοῦτον ἐγέγραπτο, κάλλιστον ἂν ἦν.

Haec ideo obſervavi, tum quia Editores librorum ſacrorum non ſatis ſibi conſtant, qui numeros modo per verba integra, quod plerumque faciunt, modo per notas literarum exprimunt, ut Apoc. XIII. 18. VII. 3-7. tum quia poſterior haec ſcribendi ratio non uni librariorum aberrationi aut Criticorum conjecturae occaſionem praebuit.

9. Ubi novus liber incipit, quod ſemper fit in ſumma pagina, priores tres vel quatuor vel quinque lineae *minio* exaratae ſunt. Frontiſpicia librorum minio fuiſſe inſcripta Ovidius Triſt. I. 1. 7. teſtatur, dum ait:

Nec titulus minio, nec cedro charta notetur;

Ad hunc morem Auguſtinus reſpicit c. Julianum 3: 13. ſcribens „ ipſum libri tui argumentum erubeſcendo convertetur in minium". Euſebius etiam numeros Canonum ſuorum in Margine Evangelii notavit διὰ κινναβάρεως, ut docet Epiſtola ad Carpianum.

10. Libri in plurimas Periodos, duos, tres aut plures Verſus, in quos noſtri Codices jam diſtributi ſunt, comprehendentes, dividuntur.

Hae ſaepe incipiunt in eadem linea, ubi deſiit prior periodus, unius vocabuli relicto intervallo, ſequentis vero lineae litera prima paulum in margine excurrente & reliquis majore. In aliis autem, ubi minus parci chartae fuerunt librarii, poſt finitum *paragraphum* relinquitur vacuum ſpatium, & ſequens paragraphus novam lineam incipit. In Codicibus ſecundi generis ſinguli paragraphi plerumque incipiunt, ubi Lectio Eccleſiaſtica incipiebat, primaque illa litera prominens non atramento ſed caeruleo vel viridi vel alio mixto colore appicta eſt; unde ſaepe vel omiſſa omnino, vel in ejus locum alia ac debuit pictoris errore appoſita eſt.

11. Omnes etiam vetuſtiſſimi Codices habent κεφάλαια & τίτλους *Euſebianos*, a prima manu, excepto Vaticano & Cantabrigienſi. Eosdem habet & Verſio Coptica, uti in MSS. vidi, quod editor de induſtria ſuppreſſiſſe videtur, ne ſcilicet paulum „ dubitaremus, verſionem N. T. in Linguam Ægyptiam primis „ a Chriſto ſeculis ſcil. vel ſecundo vel tertii initio factam eſſe", ut ipſe in praefatione pag. V. aſſeruit; Euſebii enim tempora nos ad quartum ſeculum deducerent.

12. Pauciſſimi Codices ſunt, qui *totum N. T.* complectuntur. Major pars IV. duntaxat Euangelia continet, quorum Lectio in Eccleſia fuerat frequentior: alii Acta tantum Apoſtolorum & Catholicas Epiſtolas; alii cum iſtis Paulinas etiam: pauciſſimi denique Apocalypſin continent. Hoc ideo dico, quoniam vidi vulgo in ſcholis Theologorum longe aberraſſe eos, qui XVI illos Codices, quibus R. Stephanus in ſua Editione uſum ſe profitetur, pro totidem integris totius N. T. Codicibus habuerunt. Unum etiam Codicem vidi, in quo in Evangeliis eadem Lectio expreſſa eſt, quae in Vetuſtiſſimis, in Actis vero & Epiſtolis longe diverſa: cujus rei alia ratio vix reddi poteſt, quam quod prior pars ex Codice antiquo, poſterior vero ex recentiore deſcripta fuerit.

13. Ex

13. Ex omnibus fere codicibus praesertim vetustioribus folia quaedam, imo & quaternio unus alterve vel temporum injuria vel hominum culpa *perierunt*. In Alexandrino Codice v. gr. desunt XXIV. priora Matthaei Capita; miror igitur, quid J. *Friccio*, viro alias in hoc studiorum genere cum laude versato, in mentem venerit, ut nuper publico scripto non vereretur asseverare, δοξολογίαν Orationis Dominicae etiam in isto Codice extare; nisi forte, quum in Millii Collectione Var. Lect. testimonium Codicis Alexandrini in loco Matth. VI. 13. desideraret, ex eo statim intulit, necessario cum Textu convenire. Et sane memini in Belgio audire Gallum quendam pro Concione dicentem, locum 1. Jo. V. 7. in Codice Cantabrigiensi, qui Bezae fuit, extare, qui tamen sola IV. Evangelia cum Actis comphrehendit.

14. Etiam vetustissimi Codices plurimas habent *Correctiones*. Delebant autem, quae sublata cupiebant, vel puncto cuilibet literae vocive delendae superposito, vel obelo tenui illas transfigente a dextra ad sinistram, vel, quod pessimum aeque atque frequentissimum est, scalpello. Hinc est, quod prioribus literis erasis, substitutae novae apparent; ita tamen ut prior scriptura in aliis sub rasura adhuc legi possit, in aliis vero disпareat. Cassiodorus, Divinar. Lect. C. XV. integro, praecepta Emendationis scripturae tradit, quorum istud non postremum est: „ Precor etiam vos, qui tamen emendare praesumitis, ut su-„ peradjectas literas ita pulcherrimas facere studeatis, ut potius ab Antiquariis „ scriptae fuisse judicentur.

Ceterum utut extra dubium sit, Correctiones & lituras esse posteriores, incertum tamen an semper sint priori scriptura meliores, multo minus certum, an ad fidem aliorum Codicum eorumque antiquiorum, utrum item ab eadem an juniore manu profectae sint? Nobis enim non contigit esse tam acutis, ut divinare queamus, quaenam manus hanc vel illam syllabam eraserit.

15. Solebant etiam Librarii veterem scripturam *spongia* delere, & alia superscribere. Hoc non uni tantum literae aut voci contigit, cujus rei vestigia in Codice Cantabrigiensi extant, sed integris etiam libris. Cautum quidem erat Canone 68. Concilii Quini Sexti περὶ τοῦ μὴ ἐξεῖναι τίνι τῶν πάντων βιβλίων τῆς παλαιᾶς καὶ καινῆς διαθήκης διαφθείρειν. „ ne cui liceret, ex universis libris V. & „ N. T. quicquam corrumpere". Hoc tamen non obstante Balsamon querelam eandem repetit: Τίνες δὲ αἰσχροκέρδειαν βιβλίων τῶν θείων γραφῶν ἐμπορεύμενοι ἀπήλειφον p. p. Σημείωσαι ταῦτα διὰ τοὺς βιβλιοκαπήλους τοὺς ἀπαλείφοντας τῶν θείων γραφῶν. „ Quidam turpis lucri gratia libros Scripturae S. mercati deleverunt--- „ Nota haec propter Caupones librorum, qui membranas S. S. delent". Palaeographia p. 186. talium librorum mentionem facit; Tales sunt in Bibliotheca Regia Codices 1905. & 2245. infra describendi.

16. Aliquando integra folia in *Supplementum* deperditorum a juniori manu adscripta inseruntur. Quod notandum est, ne lector specie majoris vetustatis decipiatur, quod a Beza atque Simonio factum est, qui talia assumenta ex Codice Cantabrigiensi & S. Germani pro genuinis venditarunt.

17. Notandum etiam est, ubi a prima vel ab alia manu, hujus vel illus *festi*, quo certa Euangelii aut Epistolae περικοπὴ legenda est, fit mentio; item ubi varia Nomina Urbium, Cœnobiorum, hominumque occurrunt: haec enim nos possunt deducere in notitiam vel temporis, quo scriptus fuit liber, vel loci, ubi usibus publicis inserviit; in qua indagatione multum nos juvaret accuratior notitia tum institutionis festorum Ecclesiasticorum, tum annorum, quibus hic vel ille, cujus mentio fit, Magistratum gessit.

18. Inprimis notandum, quis sit *possessor* alicujus Codicis & quis fuerit? ne, quod saepius accidit, eundem testem pro tribus aut quatuor citemus. Qua in re Simonius de Version. N. T. c. 32. Amelottium salse ridet, qui *Stephani* Codicem *primum*, & *Complutensem*, & Cardinalis *Ximenii*, & *Cisnerii*, & *Al-*

Alcalanum pro totidem diversis MSS. citaverit, cum non sit nisi unica, eaque typis vulgata, Editio.

19. Scriptores Graeci interdum apponunt, quo *Anno* scriptus Codex fuerit: numerant autem a Mundi Ortu ad Christi nativitatem annos 5508. & ita porro. Suspicor tamen, alicubi numeros aut male positos, aut male excerptos esse, ut Codex antiquior videretur.

20. Denique de iis qui *Varietates* Codicem scriptorum annotarunt, considerandum est, utrum codices suos accurate contulerint, et eo quidem consilio, ut omnia, quae in schedis collecta habebant, cum publico communicarent, & utrum omnia à Typothetis sine aberratione fuerint expressa. De *Erasmo*, *Stephano* & *Beza* certum est, eos minimam varietatum, quas in codicibus repererant, partem edidisse; quin & *Stephanum*, praeter eas quas in Editione ani 1550. exhibuerat, multo plures, ex *Octavo* inprimis codice suo, cum *Beza* communicasse: *Bengelius* vero Selectum Varietatum a se factum esse ultro fatetur. Plerique omnes ante *Bentlejum* rarissime annotarunt, ubi ordo verborum alius erat in scriptis atque in editis. Praeterea, ubi varietas lectionis sive additio erat prolixior, eamque plures codices exhibebant, ita tamen ut & ipsi in verbulo aut ordine verborum variarent, Stephanum brevitatis causa, unius codicis lectione exposita, reliquorum codicum, neglecta levi illa inter se varietate, numeros apponere consuevisse: eum vero qui operis Typographicis praefuit saepissime in numero codicum, aliquando etiam in notis obelorum, aberravisse deprehendi.

Unum addo, quantumcunque quis omnia & accurate notare & edere sibi proposuerit, non tamen existimandum est fieri posse, ut nunquam labatur atque erret. Qui in his se exercuit, eundemque codicem bis contulit, experientia edoctus ita esse fatebitur. Quin etiam testor, me, cum codices plures contulissem, multos *Stephani*, *Bezae* & *Millii*, qui eosdem prius contulerant, errores animadvertisse: meos etiam alii, sed fortasse pauciores, ostendent. Summam enim ἀκρίβειαν praestare imbecillitas humana non permittit. Si cui testimonium meum suspectum est, adeat editionem *L. Annaei Flori* à Cl. *Dukero* nuper procuratam, inveniet in tam brevi libello viros summos *I. Gruterum* & *Cl. Salmasium*, plus centies ex Codicibus Palatinis, & inprimis ex Codice *D. Nazarii*, quos uterque suis oculis usurpaverat, diversas & inter se dissidentes unius ejusdemque loci lectiones afferre. Si quis ergo putaret, ubi duo viri docti duas ejusdem loci diversas lectiones afferunt, eos non uno eodemque Codice usos fuisse, saepius & falleretur et falleret. Potuit enim id accidere vel ejus qui contulit vel Typographi errore.

Haec ideo observo, quia & vera sunt, & si ignorentur, non solum in errores conjiciunt, verum etiam studium omne errores tum suos tum aliorum emendandi extinguunt.

De Codicibus Evangeliorum Graecis veteribus.

A. Agmen ducat Codex ALEXANDRINUS dictus, quem, a Cyrillo Lucari Patriarcha Constantinopolitano dono datum Carolo I. Regi Angliae, Thomas Roe ex legatione Turcica redux Londinum attulit sub annum 1628. in Bibliotheca regia ad hunc usque diem custoditum N°. 111.b.. Codex est Veteris Novique Testamenti Graecus membranaceus in folio; singulae paginae duas exhibent Columnas, quarum singulae quinquagenis circiter constant lineis. Innotuit iste Codex primo per Patricium Junium Bibliothecarium Usserio, Grotio, Hammondo, & per hos Pricaeo atque Curcellaeo; deinde ex eodem Alexander Huissus diligentius Variantes Lectiones collegit, & in Polyglottis Londinensibus edidit; novissime etiam a Millio, & post hunc, a me ipso & R. Bentlejo studiose cum editis collatus est.

Temporum injuria accidit, ut iste codex capite truncaretur usque ad Matth.

Cap.

Cap. XXIV. 6. ὁ νυμφίος ἔρχεται. Deinde mutilatus eſt a Jo. VI. 50. ἵνα τὶς ἐξ αὐτοῦ ad VIII. 52. οἱ προφῆται καὶ σὺ, denique & a 2. Cor. V. 13. ἐπίστευσα ad XII. 7. Praefert hic codex in V. T. Euſebii Hypotheſes in Pſalmos, in Evangeliis vero ejuſdem Τίτλους & Κεφάλαια. Pſalmis praefixa eſt una eademque manu Ἀθανασίου Ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας ἐπιστολὴ πρὸς Μαρκελλῖνον: ſequuntur porro Κανόνες ἡμερινοὶ καὶ νυκτερινοὶ τῶν Ψαλμῶν, item ὀρθρινοὶ & λυχνικοὶ, praeſcribentes, quinam Pſalmi ſingulis diei noctisque horis, item mane & veſperi ſint in Officiis divinis decantandi: in fine vero legitur Προσευχὴ Μαρίας τῆς Θεοτόκου. In Cantico Canticorum perſonae colloquentes Sponſi & Sponſae minio diſtinguuntur, quod etiam in quibusdam Codicibus Latinis ſcriptis editisque obſervavi. Denique habet Epiſtolarum ſubſcriptiones, ut πρὸς Κολασσαεῖς ἀπὸ Ῥώμης, πρὸς Θεσσαλονικεῖς α. ἐγράφη ἀπὸ Ἀθηνῶν, πρὸς Θεσσαλονικεῖς β. ἐγράφη ἀπὸ Ἀθηνῶν, πρὸς Τιμόθεον α. ἐγράφη ἀπὸ Λαοδικείας, πρὸς Τιμόθεον β. ἐγράφη ἀπὸ Λαοδικείας, πρὸς Τίτον ἐγράφη ἀπὸ Νικοπόλεως.

Si *P. Junium*, *B. Waltonum*, *J. E. Grabium*; *J. Millium*, *R. Bentlejum*, *G. Whiſtonum* & pleroſque Anglos audimus, Codex iſte omnibus numeris ita abſolutus eſt, ut ad hanc normam omnes aliorum Lectiones ſint exigendae atque emendandae. *Millius* prol. 1341. „ Textum, inquit, ipſum „ quod ſpectat, ut eſt exemplaris N. T. omnium toto orbe longe vetuſtiſſimi, „ ita certe jam ab ipſis fere Canonis incunabulis vix extitiſſe cenſeo, qui Archetypum Evangeliſtarum & Apoſtolorum ipſo fidelius expreſſerit ---- Textus A- „ lexandrinus mirifice accuratus videtur, & ad ipſam Apoſtolorum, ut ita di- „ cam, amuſſim compoſitus". Hoc Anglorum aeſtu abreptus, fateor, in eandem inclinabam ſententiam, cum A°. 1729. Prolegomena ſcriberem; dum vero praelum exercerent, variae mihi natae ſunt ſuſpiciones, quibus permotus, ut nimiae hujus Codicis laudes reſecarentur, curavi. Suſpiciones quidem meas ante hos decem annos, rogatu V. Cl. *Jacobi Porteri*, Regis Angliae ad Imperatorem Turcarum hoc tempore Legati, cum eruditis quibusdam Anglis, & cum ipſo Archiepiſcopo Cantuarienſi communicavi: nunc autem rem totam retractare conſtitui, inquiſiturus à quo, ubi, quando, & quomodo hic Codex fuerit exaratus.

1. Codex noſter, poſt recenſitum Librorum Sacrorum indicem, Verba Arabica recentiore manu ſcripta exhibet, quorum hic eſt ſenſus „Memorant hunc „ librum ſcriptum eſſe calamo *Theclae* martyris". Quod eſt abſurdum, cum Thecla Pauli Apoſtoli diſcipula protomartyr ante eſſet mortua, quam libri N. T. in unum volumen colligerentur: Epiſtolam certe Athanaſii & Canones Euſebii deſcribere non potuerit. Hunc anachroniſmum ut vitaret *Cyrillus Lucaris*, rem ita narravit „ Liber iſte Scripturae Sacrae N. & V. Teſtamenti, prout „ ex traditione habemus, eſt ſcriptus manu Theclae nobilis feminae Ægyptiae, „ ante mille & trecentos annos circiter, paulo poſt Concilium Nicenum". At hoc non erat Traditiones retinere, ſed novas & veteribus contrarias fingere. Thecla enim protomartyr non fuit nobilis femina Ægyptia, ſed Iconii nata, & Seleuciae in Piſidia martyrium paſſa fuiſſe dicitur. Nec melius ſe expedivit *Grabius*, qui commenticiam Cyrilli Theclam diu anxie quaerens *eam ſibi inveniſſe viſus eſt apud Gregorium Nazianzenum*, ſcribentem de Virginibus Seleuciae in monaſterio S. Theclae dicato viventibus; cui conjecturae locus eſſe non poteſt, niſi & Theclam promartyrem ſeculi primi cum monaſterio circa finem ſeculi quarti eidem dicato confundamus, & pro nobili muliere Ægyptia ſubſtituamus Virgines Seleuciae degentes, denique Theclam, ex calculo Grabii centum annos natam, a Nazianzeno potuiſſe vocari κόρην i. e. tenerae aetatis puellam admittamus. Caeterum cum is, qui hunc codicem exaravit, verborum ordinem claritatis cauſa ſaepe mutare auſus ſit, fatente Millio prol. 1341., cumque contextum varie interpolaverit, praeterea etiam Latinae linguae, ut infra

 pro-

probabimus, non imperitus fuerit, multo eſt veroſimilius, illud non a virgine ſive Seleucienſi ſive Alexandrina, ſed a viro fuiſſe profectum. Accedo igitur ſententiae *Caſimiri Oudini*, qui ex Canonibus diurnis nocturnisque in hoc Codice annotatis judicavit, codicem hunc in uſum monaſterii Acoemitarum, adeoque a monacho Acoemita exaratum fuiſſe.

2. Poſtquam *Patricius Junius* in praefatione Epiſtolis Clementis praefixa primus indicaſſet, „ Cyrillum ex Ægypto, cum ſedem Alexandrinam relinque„ ret, magnam librorum ſupellectilem, & inter eos Codicem Theclae ſecum „ Conſtantinopolin advexiſſe" vulgo creditum eſt, hunc Codicem *Alexandriae* & repertum & exaratum fuiſſe. Incidi tamen in narrationem haud paulo diverſam, dignam meo judicio, quae ex literis MSS. *Jo. Rodolfi Wetſtenii* avunculi mei magni ad Martinum Bogdanum, Doctorem Medicum Bernenſem, in lucem protrahatur. Ita autem ei ſcripſit d. 14. Jan. 1664. „ — De Codice MS Grae„ co Bibliorum in regia Londini Bibliotheca mihi quidem narravit Patricius „ Junius Bibliothecarius regius, eum dono datum Regi Carolo I. à Cyrillo Pa„ triarcha Conſtantinopolitano. Praeceptorem in Graecis hic habui *Matthae*„ *um Muttis* ex Cypro, ejusdem Patriarchae Diaconum, qui retulit, Codicem „ illum inventum in monte Atho, in cujus ambitu ſint monaſteria XXII (toti„ dem caſtella Monachorum) nunquam a Turcis expugnata, ſed tributo penſo „ hactenus conſervata." Item d. 11. Martii ejusdem anni „ Caroli Regis Bri„ tanniae Bibliotheca nobis (A°. 1638. menſe Iulio) ante bellum ferale oſtenſa „ per Cl. Patricium Junium Bibliothecarium regium: apud quem viſa volumi„ na illa Biblica quadratis per omnia literis in pergameno ſcripta, manu The„ clae: de qua ipſe in editione Clementis Romani. Tamdiu deſideratae illae „ epiſtolae propemodum periiſſent in portu: ecce enim dum Cl. Junius earum „ parat editionem, volumen incendio Muſei, quo jacebat, ambuſtum lacunas „ accepit, & vix flammis ereptum perque feneſtram projectum, hactenus ſer„ vatum eſt. Mirabar, Editores Bibliorum πολυγλώττων nuperos non exhibu„ iſſe Graecam Verſionem illorum Codicum regiorum, a Cyrillo Patriarcha „ Conſtantinopolitano donatorum, quod Junius promiſerat jam olim, Com„ menio quodam (me vidente) adhibito & conducto, ut transſcriberet pro Ty„ pothetis forma literarum vulgari & accentibus deſuper notatis. Monachi, a„ pud quos inventa ſunt illa volumina, retulit Matthaeus Muttis Cyprius, Dia„ conus praedicti Patriarchae, habitant in monte Atho altiſſimo, in cujus am„ bitu viginti monaſteria, quaſi totidem caſtella, videre ſit, tributo penſo huc„ usque ſecura. Noſti locis ſacris parci a Turcis magis quam a noſtris". Ego quidem nullam video cauſam teſtimonium M. Muttis in dubium vocandi, eoque minus quod cum naratione P. Junii facillime conciliari poſſit: cum enim conſtet Cyrillum Lucarem primum in monte Atho, poſtea Alexandriae, denique Conſtantinopoli degiſſe, quid obſtat, quin ſtatuamus, Codicem noſtrum, in monte Atho inventum, primo Alexandriam & inde Conſtantinopolin allatum fuiſſe? Nondum tamen habemus, quod quaerimus; licet enim eviciſſemus Codicem a Cyrillo in monte Atho inventum fuiſſe, minime tamen ex eo conſequeretur, in eodem monte & ſcriptum fuiſſe, & per XI. ſecula continua latuiſſe. Poſſet aliquis ſuſpicari Conſtantinopolitanum potius eſſe Codicem quam Alexandrinum, tum quod multi alii codices Conſtantinopoli in montem Atho fuerunt delati, tum quod inde multo facilius citiusque eo perveniri poteſt quam Alexandria. Porro ſi codex vel Theclae vel Acoemitarum fuit, nec templum Theclae nec monaſterium Acoemitarum in Ægypto repertum eſt, Conſtantinopoli vero, Liberato teſte in Breviario c. 18., Flavitas presbyter qui fuit a S. Thecla in locum Acacii ordinatus eſt Archiepiſcopus A°. 488., & eodem Seculo, teſte Evagrio, minimum quatuor Acoemitarum coenobia Conſtantinopoli fuerunt. Nihilominus a ſententia vulgo recepta nondum diſcedo, non una conjectura, ubi

ubi certa teſtimonia deſunt, ductus. Primo figura literarum eſt elegans & Alexandrina. Licet autem negare nolim, juniores etiam alibi characterem veterem & Alexandrinum imitari potuiſſe, ubi tamen in dubio res eſt, probabilius ſemper erit, veterem eſſe & Alexandrinum, quam imitatum & nuper effictum. De eo charactere loquuntur patres Synodi Conſtantinop. VIII. dictae, ubi de Photio Patriarcha agunt: Σύγγραμμα καταρτισάμενος ἐπὶ παλαιοτάτων Χαρτίων γράμμασιν Ἀλεξανδρινοῖς τὴν ἀρχαϊκὴν μάλιστα χειροθεσίαν μιμησάμενος γράφει. Eadem literarum figura congruit cum Copticis id eſt Ægyptiacis. Porro orthographiam iſte codex negligit, ut alii ex Ægypto allati omnes. Deinde easdem Lectiones habet, quae reperiuntur tum apud Cyrillum Alexandrinum, tum in Verſione Coptica in Ægypto adornata, in Evangeliſtario Arabico-Graeco, quod nobis ſextum eſt, & in margine Verſionis Syriacae poſterioris, cum MS. Graeco Alexandriae A°. 615. collatae.

3. Si Codex noſter ab *Acœmita* ſcriptus eſt, uti diximus, non poteſt *ſeculo quinto* eſſe vetuſtior; Acœmitarum enim inſtitutum autorem habuit Marcellum Epiſcopum Apamienſem, vel potius Alexandrum ejus ſucceſſorem, qui floruit anno Chriſti 420., teſte *du Cange* in Gloſſario. Porro appellatio τῆς θεοτόκου & Archiepiſcopi, quae in noſtro Codice invenitur, ſeculo demum quinto occaſione Neſtorii atque Cyrilli fuit uſitata. Exiſtimo igitur, tempus, quo Codex iſte ſcriptus eſt, incidere in finem Seculi quinti, quae etiam Millii eſt ſententia prol. 1338. Non neſcio *Grabium* tempus ſcripti hujus Codicis ad finem Seculi IV. referre, atque objicere, ſi poſt annum 396, quo Epiſcopus aliquis Epiſtolas Paulinas in Capita diviſit, & poſt annum 458. quo *Euthalius* Diaconus idem praeſtitit in Actis & Epiſtolis Catholicis, noſter Codex fuiſſet exaratus, habiturum etiam titulos Capitum in Actis & Epiſtolis, ſicut habet Titulos & Capita Euſebii in Evangeliis. Id vero non conſequitur; Canones enim Euſebii & magno artificio ſunt concinnati, & magnam utilitatem praeſtant: contra Sectionibus Epiſtolarum in Capita ſine ullo incommodo facile caremus. Praeterea Euthalius non Sectiones ſolum & Capita, ſel etiam numerum Verſuum, & Indicem locorum ex V.T. ad teſtimonium citatorum, & Subſcriptiones & Prologos habet, quae ſupervacanea & nimia diligentia potuit librarios abſterrere, unde etiam factum, ut Codices rariſſimi totam illam farraginem exhiberent; neque cauſa erat, cur reliquis omnibus neglectis ſolam Diviſionem Capitum Codex noſter retineret. Illud etiam obſervo, veroſimile videri, Codicis noſtri Scriptorem opera Euthalii uſum fuiſſe, & ex ipſo notaſſe, ubi Paulus Epiſtolas ad Coloſſenſes, Theſſalonicenſes, Timotheum & Titum ſcripſerit: de Euthalii porro conſilio Epiſtolam ad Hebraeos, quae apud nos inter Paulinas poſtremum locum obtinet, ante Epiſtolas ad Timotheum, Titum & Philemonem collocaſſe; quin & Lectiones Euthalii (quales L. A. *Zacagnius* edidit) ſaepiſſime ſecutum fuiſſe.

At multo longius a vera aetate hujus codicis aſſignanda aberravit *Oudinus*, non ante ſeculum X. illum exarari potuiſſe contendens, quia Epiſtola, quam codex exhibet, Athanaſii ad Marcellinum tum demum, ut perperam putabat, ſuppoſita atque conficta fuerit. Nam Seculo X. ſolebant voces relicto inter ſingulas ſpatio a ſe invicem diſtinguere, & accentus apponere, quorum neutrum in noſtro Codice factum eſt. Neutiquam etiam eſt veroſimile, hunc Codicem, qui ex Verſione Itala interpolatus eſt, aut poſt receptam Hieronymi editionem aut poſt ſchiſma Græcorum ſcriptum fuiſſe. Porro ſi Codex iſte poſt ſeculum VI. & poſt exortum Muhammedem fuiſſet exaratus, ſine dubio nomen Saracenorum ſive Agarenorum librarium noſtrum non latuiſſet: de quo tamen nihil quicquam audiviſſe videtur, cum 1. Paral. V. 20. Ἀγαραῖοι, vel juxta alios codices οἱ Ἀγαρηνοὶ in noſtro codice οἱ ἀγοραῖοι ab ipſo appellentur. Denique aut vehementer fallor, aut non ſolum vir doctus, qui verſionem Syram poſteriorem A. 615. Alexandriae cum codicibus Graecis contulit, & variantes Lectiones in margine

annotavit; ſed etiam alius antiquior, qui varias Lectiones obelis atque aſteriſcis ſignatas in Contextum recepit, hoc ipſo Codice Alexandrino, qui Lectiones ſingulares & proprias habet, fuit uſus.

4. Supereſt praecipui momenti quaeſtio de *autoritate & fide* hujus codicis. Nihil quidem aut antiquitati ejus, aut elegantiae characterum, quibus exaratus eſt, detractum volo: ſunt tamen non pauca, quae pretium ejus valde imminuunt. Ea nunc, pace virorum aliter ſentientium, ſola veritatis ſive per certa indicia ſive per conjecturas probabiles inquirendae ſtudio proponam. Primo plurimos errores in ſcribendo commiſit librarius, talesque qui vel ſupinam negligentiam vel ingenium potius luxurians & in re ſeria ludens produnt. e. gr. 1. Reg. XXI. 1. Ἰσϱαὴλ pro Δαυίδ. XXII. 18. ἀπεστράφη, pro ἐπεστράφη. XXVIII. 14. ὄρθϱιον pro ὄρθιον. 2. Reg. I. 18. Ἰȣ́δα pro Ἰσραήλ. II. 30. ἀπέστϱεψεν pro ἀνέστρεψεν V. ult. γάζης pro γῆς. XIII. 7. ἅδȣ pro αὐτοῦ. XXI. 2. αἵματος pro ἐλλείμματος. XXIII. 9. ἀνεβόησεν pro ἀνέβησεν. 4. Reg. XIV. 2. Ἰσραὴλ pro Ἱερουσαλήμ. XVIII. 21. τρυγήσει pro τρήσει. XXV. 14. ἱμάτια pro ἰαμίν. 1. Par. IX. 37. Μακεδὼν pro Μακελώθ. VIII. 13. Ἀδὰμ pro Αἰλάμ. XVI. 3. ἀρτοκοπιακὸν pro ἀϱτοκοπικόν, κ. λ. quae aberrationes ex inflexione vocis in aliam, cujus literae quidem ſunt ſimiles, mens autem eſt diverſiſſima, in hominem libros ſacros, uti decet, religioſe tractantem vix cadere poſſe videntur. Porro librarius noſter Codicem, quem tam negligenter ſcripſerat, non, ut debebat, cum αὐτογράφῳ collatum emendavit, ſed ſtudio potius tum a prima manu, tum priori ſcriptura vel ſcalpro raſa vel ſpongia deleta paſſim interpolavit. Exemplo ſit error in numeris Pſalmorum commiſſus, cum enim ad Pſalmum LXXVI. retuliſſet numerum, qui ad LXXVII. pertinebat, & errorem per ſequentes Pſalmos uſque ad XCIII. continuaſſet, tum demum errore deprehenſo cum nollet numeros ſcriptos delere vel corrigere, Pſalmis duobus eundem numerum adſcripſit, ut in ordinem aliquo modo rediret.

Verum aliud eſt quod me diu torſit, nimirum iſtius codicis mirus cum Verſione Latina conſenſus. Si enim, ut omnes Eruditi, omnesque, excepta Eccleſia Latina, Chriſtianorum Societates credunt, libri ſacri ex Graeco in Latinum ſermonem negligenter & imperite ſunt converſi, fieri aliter nequit, quin eadem Cenſura notetur Codex Graecus, qui ab omnibus aut pleriſque Graecis diſſentiens cum Latina verſione conſentire deprehenditur. Cum igitur & otium & codicem editum, qui variantes Alexandrini lectiones, a P. Junio cum H. Grotio olim communicatas, habebat adſcriptas, fuiſſem nactus, rem paulo accuratiori examini ſubjicere ſtatui. Obſtupui autem cum viderem ſummam perpetuamque Codicis Alexandrini cum Verſione Itala convenientiam; eam intelligo verſionem, quae in Codice Cantabrigienſi ſive Bezae, & in Oxonienſi Laudiano dicto reperitur, quamque Hieronymus, temporibus ſervire coactus, magnam partem retinuit. Vix una eſt ex centum Codicis Alexandrini Variationibus, quae non cum Itala faciat: cujus ſi plura & integriora haberemus exemplaria, omnes forte aut plerasque ſaltem ex iis in Codicem noſtrum defluxiſſe videremus. Codicis Alexandrini lectiones ab editis diverſas ex Itala verſione ut plurimum fluxiſſe ut ſtatuam, non una me movet ratio. Aut enim Itala verſio Codicem Alexandrinum, aut Codex Alexandrinus verſionem Italam ſequitur: illud qui affirmat, dicat mihi, quomodo fieri potuerit, ut non hodie ſolum in plerisque, ſaepe in omnibus Codicibus Graecis aliter legeretur, verum etiam ut earum lectionum, quas Codex Alexandrinus exhibet, apud Patres Graecos nec vola nec veſtigium appareret? Si codex Alexandrinus verus fons eſt, quis illum ab omnibus Graecis avertit, & ad ſolos Latinos derivavit? Dicat porro, cum Latino interpreti ſolemne ſit nomina propria Virorum & Urbium variis modis immutare atque corrumpere, qui factum, ut Alexandrinus codex neglecta veritate cum Latino conſpiraverit, & *Lyſtra* v. gr. ex Lycaonia in Lyciam & ad mare detraxerit? Dicat denique, ubi interpres Latinus verba, quae emendatione egere putabat, nimia

mia ſine dubio licentia & non una via, emendare tentavit, aut ubi vocem a ſe non intellectam omiſit, aut ubi, cum eſſet vox πολύσημος, eam voce Latina, qua non oportebat, reddidit, aut ubi unam vocem Graecam duabus Latinis expreſſit, aut ubi conſtructionem atque ordinem verborum genio & rhythmo linguae ſuae adaptavit, qui factum, ut Codex Alexandrinus contra pleroſque omnes alios Codices Graecos, & contra ſcriptorum ſacrorum Graecaeque linguae conſuetudinem, cum Verſione Latina conveniret, ſi non ex ipſa hac verſione eſſet interpolatus? quis caſus aut quae neceſſitas tantum conſenſum efficere potuiſſet? Exemplis res fiet clarior.

ACTORUM CAP.

I. 19. Ἀκελδαμὰ] Ἀκελδαιμαχ Aceldemach. *Cant.* Ἀκελδαμαχ *Laud. Acheldemach*, *tres codices Latini* & *Auguſtinus.* Ἀκελδαμαχ ALEX.
25. κλῆρον] τόπον *Cant. Vulg.* ALEX.
26. ἔδωκαν κλήρους αὐτῶν] ἔδωκαν κλήρους αὐτοῖς *Vulg.* ALEX.
II. 1. ὁμοθυμαδὸν] Simul *Laud. Cant. Auguſtinus.* Pariter *Vulg.* ὁμοῦ ALEX.
42. καὶ ſecundo loco] — *Cant. Vulg.* ALEX.
43.] + ἐν Ἱερουσαλὴμ *Laud. Vulg.* ALEX. Ibidem + φόβος τε ἦν μέγας ἐπὶ πάντας. *Vulg.* ALEX.
47. τῇ ἐκκλησίᾳ. Ἐπὶ τὸ αὐτὸ δὲ Πέτρος] ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις Πέτρος *Cant.* ἐπι τὸ αὐτό. Πέτρος δὲ *Vulg.* ALEX.
III. 22. Πρὸς τοὺς πατέρας] — *Vulg*, ALEX. + ἡμῶν *Cant.* + ὑμῶν *Laud.*
IV. 6. συναχθῆναι-τοὺς ἄρχοντας-καὶ Ἄνναν τὸν ἀρχιερέα, καὶ Καϊάφαν, καὶ Ἰωάννην, καὶ Ἀλέξανδρον] ut congregarenter-principes- & Annas princeps ſacerdotum &c. *Cant. Vulg.* omnia in caſu recto. συναχθῆναι-τοὺς ἄρχοντας-καὶ Ἄννας, καὶ Καϊάφας καὶ Ἰωάννης, καὶ Ἀλέξανδρος, ALEX. contra regulas Grammaticas.
11. οἰκοδομούντων] οἰκοδόμων *Cant.* ALEX.
26. ὁ διὰ στόματος Δαυὶδ τοῦ παιδός σου εἰπών] ὃς διὰ πνεύματος ἁγίου διὰ τοῦ στόματος λαλήσας Δαυὶδ παιδός σου *Cant.* ὁ τοῦ πατρὸς ἡμῶν διὰ πνεύματος ἁγίου στόματος Δαυὶδ παιδός σου εἰπών. *Laud.* qui ſpiritu Sancto per os patris noſtri David pueri tui dixiſti *Vulg.* per os patris noſtri David ſancti pueri tui *Hilarius*, per ſpiritum ſanctum & os patris noſtri David, *Lucifer.* διὰ τοῦ πατρὸς ἡμῶν διὰ πνεύματος ἁγίου στόματος Δαυὶδ τοῦ παιδός σου ALEX.
27. ἀληθείας] + ἐν τῇ πόλει ταύτῃ. *Cant. Laud. Vulg.* ἐν τῇ πόλει σου ταύτῃ ALEX.
V. 5. ταῦτα] — *Cant. Vulg. Lucifer.* ALEX.
16. συνήρχετο-τὸ πλῆθος-εἰς Ἱερουσαλὴμ] Concurrebat-multitudo-Jeruſalem. *Vulg.* συνήρχετο-τὸ πλῆθος-Ἱερουσαλήμ. ALEX.
28. οὐ] — *Cant. Vulg.* ALEX.
34. ἀποστόλους] ἀνθρώπους *Vulg.* ALEX.
39. αὐτὸ] αὐτοὺς *Cant. Laud. tres Codices Latini.* ALEX.
41. αὐτοῦ] Domini Jeſu *Laud. Jeſu Vulg.* — *Cant.* ALEX.
VI. 8. πίστεως] χάριτος *Cant. Laud. Vulg.* ALEX.
9. καὶ Ἀσίας] — *Cant.* ALEX.
13. βλάσφημα] — *Cant. Vulg.* ALEX.
VII. 16. τοῦ Συχὲμ] τοῦ ἐν Συχὲμ *Laud.* ALEX.
17. ὤμοσεν] ἐπηγγείλατο *Cant.* ὡμολόγησεν *Laud. Vulg.* ALEX.
18. ἕτερος] + in Ægypto *Vulg.* + εἰς Αἴγυπτον ALEX.
21. ἐκτεθέντα δὲ αὐτὸν] expoſito autem illo *Vulg.* ἐκτεθέντος δὲ αὐτοῦ *Cant.* ALEX.
30. ἐν πυρὶ φλογὸς] ἐν φλογὶ πυρὸς *Laud. Vulg.* ALEX.
31. πρὸς αὐτὸν] — *Codex Latinus* & ALEX.

 35. ἐν

35. ἐν χειρὶ] σὺν χειρὶ *Cant. Vulg.* ALEX. μετὰ τοῦ *Laud.*
43. Ῥεμφὰν] Ῥεφὰν *Laud.* ALEX.
48. ναοῖς] — *Cant. Laud. Vulg.* ALEX.
58. ἐκβαλόντες] + αὐτὸν *Cant. Vulg.* ALEX.
VIII. 10. ἡ μεγάλη] ἡ καλουμένη μεγάλη *Cant. Laud. Vulg.* ALEX.
16. οὔπω] οὐδέπω *Cant. Laud.* ALEX.
33. αὐτοῦ primo loco] — *Vulg.* ALEX.
39. κυρίου] + ἐπέπεσεν ἐπὶ τὸν εὐνοῦχον, ἄγγελος δὲ Κυρίου *Auguſtinus, Rabanus*, ALEX.
IX. 20. χριστὸν] Ἰησοῦν *Laud. Vulg.* ALEX.
24. παρετήρουν τε τὰς πύλας] παρετηροῦντο δὲ καὶ τὰς πύλας *Laud. Vulg.* ALEX.
25. αὐτὸν οἱ μαθηταὶ] οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ *Hieronymus, Correctorium Bibliorum*, ALEX.
29. ἑλληνιστὰς] gentibus & Graecis *Vulg.* ἕλληνας ALEX.
31. αἱ ἐκκλησίαι κλ] *Vulg.* & ALEX. omnia numero ſingulari.
38. ὀκνῆσαι] ὀκνήσῃς *Laud. Vulg. Codex Latinus.* ALEX.
X. 6. οὗτος λαλήσει σοι, τί σε δεῖ ποιεῖν] — *Cant. Laud.* ALEX.
11. ἐπ' αὐτὸν] — *Cant. Laud. Vulg.* ALEX.
δεδεμένον καὶ] — *Laud. Vulg.* ALEX.
12. καὶ τὰ θηρία] — *Cant. Vulg.* ALEX.
14. ἢ] καὶ *Cant. Vulg.* ALEX.
16. πάλιν] εὐθὺς πάλιν *Cant.* εὐθὺς *Laud. Vulg.* ALEX.
23. ὁ Πέτρος] ἀναστὰς *Cant. Laud. Vulg.* ALEX.
32. ὃς παραγενόμενος λαλήσει σοι] — *Vulg. Beda, Correctorium Bibliorum*, ALEX.
36. ὃν] — *Cant. Vulg.* ALEX.
37. ἀρξάμενον] ἀρξάμενος γὰρ *Cant. Laud.* ALEX. ex ambiguitate vocis Latinae: incipiens.
XI. 13. ἄνδρας] — *Cant. Vulg.* ALEX.
17. δὲ] — *Cant. Vulg.* ALEX.
20. ἑλληνιστὰς] ἕλληνας *Cant. Laud. Vulg.* ALEX.
22. διελθεῖν] — *Vulg.* ALEX.
26. αὐτοὺς] αὐτοῖς *Cant. Laud.* ALEX.
XIII. 6. τινα] + ἄνδρα *Laud. Vulg.* ἄνδρα τινα *Cant.* ALEX.
20. καὶ μετὰ ταῦτα ὡς ἔτεσι υ. καὶ ν.] ὡς ἔτεσιν υ. καὶ ν. καὶ μετὰ ταῦτα *Vulg.* ALEX.
23. ἤγειρε] ἤγαγε *Laud. Vulg.* ALEX.
26. ὑμῖν bis] ἡμῖν *Cant.* ALEX.
32. τοῖς τέκνοις αὐτῶν ἡμῖν] τοῖς τέκνοις ὑμῶν *Cant. Vulg. Beda.* ALEX.
43. ἐκ τῆς συναγωγῆς τῶν Ἰουδαίων] αὐτῶν *Cant. Laud. Vulg.* ALEX.
τὰ ἔθνη] — *Cant. Laud. Vulg.* ALEX.
44. ἐρχομένῳ] ſequenti *Vulg.* ἐχομένῳ *Laud.* ALEX.
45. ἀντιλέγοντες καὶ] ἐναντιωμένοι *Laud.* — *Vulg.* ALEX.
XIV. 13. αὐτῶν] — *Cant. Vulg.* ALEX.
XV. 4. ἀπεδέχθησαν] παρεδέχθησαν *Cant.* ALEX.
14. ἐπὶ] — *Cant. Laud. Vulg.* ALEX.
17. πάντα] — *Cant. Vulg.* ALEX.
18. γνωστὰ ἀπ' αἰῶνος ἐστι τῷ θεῷ πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ] nota a ſeculo eſt Deo omnia opera ſua *Laud.* γνωστὸν ἀπ' αἰῶνος ἐστι τῷ κυρίῳ τὸ ἔργον αὐτοῦ *Cant. Vulg.* γνωστὸν ἀπ' αἰῶνος τῷ κυρίῳ τὸ ἔργον αὐτοῦ ALEX.
33. τά δὲ] — *Vulg.* ALEX.
οἱ πρεσβύτεροι καὶ οἱ ἀδελφοὶ] οἱ πρεσβύτεροι ἀδελφοὶ *Cant. Vulg.* ALEX.

24. λέ-

24. λέγοντες περιτέμνεσθαι καὶ τηρεῖν τὸν νόμον] — *Cant. Vulg. Beda*, ALEX.
33. πρὸς τοὺς ἀποστόλους] πρὸς τοὺς ἀποστείλαντας αὐτοὺς *Vulg. Beda*, ALEX.
34. ἔδοξε δὲ τῷ Σίλᾳ ἐπιμεῖναι αὐτοῦ] — *quatuor Codices* & ALEX.
37. συμπαραλαβεῖν] + καὶ *Laud. Vulg.* ALEX.
XVI. 3. ᾔδεισαν γὰρ ἅπαντες τὸν πατέρα αὐτοῦ ὅτι Ἕλλην ὑπῆρχεν] ᾔδεισαν γὰρ ἅπαντες, ὅτι ἕλλην ὁ πατὴρ αὐτοῦ ὑπῆρχεν *Vulg.* ALEX.
7. κατὰ τὴν Βιθυνίαν] εἰς τὴν Βιθυνίαν *Cant. Laud. Vulg.* ALEX.
τὸ πνεῦμα] + Ἰησοῦ *Cant. Laud. Vulg.* ALEX.
13. τῇ τε ἡμέρᾳ] τῇ δὲ ἡμέρᾳ *Cant. Laud. Vulg.* ALEX.
16. Πύθωνος] Πύθωνα *Cant. Vulg.* ALEX.
24. εἰληφὼς] λαβὼν *Cant. Laud.* ALEX.
33. οἱ αὐτοῦ] domus ejus *Vulg.* οἱ οἰκεῖοι αὐτοῦ ALEX.
39. ἐξελθεῖν τῆς πόλεως] ἐκ τῆς πόλεως ταύτης ἐξέλθατε *Cant.* ἐξελθεῖν ἐκ τῆς πόλεως *Laud.* ut egrederentur de urbe *Vulg.* ἀπελθεῖν ἀπὸ τῆς πόλεως ALEX.
XVII. 4. σεβομένων Ἑλλήνων] σεβομένων καὶ Ἑλλήνων *Cant. Vulg.* ALEX.
5. ἀπειθοῦντες] — *Laud. Vulg.* ALEX.
ἀγαγεῖν] ἐξαγαγεῖν *Cant.* προσαγαγεῖν *Laud.* producere *Vulg.* προαγαγεῖν ALEX.
13. σαλεύοντες] + καὶ ταράσσοντες *Cant. Vulg.* ALEX.
14. ὡς ἐπὶ τὴν θάλασσαν] ἐπὶ τὴν θάλασσαν *Cant.* ἕως ἐπὶ τὴν θάλασσαν *Laud. Vulg.* ALEX.
18. τινες δὲ] + καὶ *Cant.* ALEX.
26. αἵματος] — *Vulg. Beda*, ALEX.
27. καὶ εὕροιεν] ἢ εὕροιεν *Cant. Vulg.* ALEX.
29. χρυσῷ ἢ ἀργύρῳ] χρυσίῳ ἢ ἀργυρίῳ *Laud.* ALEX.
30. πᾶσι] πάντας *Cant. Laud. Vulg.* ALEX.
XVIII. 2. ἐκ τῆς Ῥώμης] ἀπὸ τῆς Ῥώμης *Cant. Laud. Vulg.* ALEX.
5. πνεύματι] λόγῳ *Cant. Laud. Vulg.* ALEX.
12. ἀνθυπατεύοντος] ἀνθυπάτου ὄντος *Cant. Vulg.* ALEX.
17. οἱ ἕλληνες] — *Vulg. Beda.* ALEX.
19. κατήντησε] κατήντησαν *Cant. Laud.* ALEX.
αὐτοῦ] ἐκεῖ *Cant. Laud. Vulg.* ALEX.
21. ἀπετάξατο αὐτοῖς εἰπὼν] ἀποταξάμενος αὐτοῖς καὶ εἰπὼν *Laud.* ἀποταξάμενος καὶ εἰπὼν *Cant. Vulg.* ALEX.
δεῖ με πάντως τὴν ἑορτὴν τὴν ἐρχομένην ποιῆσαι εἰς Ἱεροσόλυμα] — *Laud. Vulg.* ALEX.
δὲ] — *Cant. Laud. Vulg.* ALEX.
καὶ] — *Cant. Vulg.* ALEX.
25. κυρίου] Ἰησοῦ *Cant. Laud. Vulg.* ALEX.
XIX. 1. εὑρὼν] εὑρεῖν *Vulg.* ALEX.
2. εἶπε] + τε *Vulg.* ALEX.
εἶπον] — *Cant. Laud. Vulg.* ALEX.
3. εἶπε τε] εἶπεν δὲ *Cant.* ὁ δὲ εἶπεν *Laud. Vulg.* ALEX.
9. τινος] — *Codex vetus*, ALEX.
12. ἐκφέρεσθαι] ἀποφέρεσθαι *Cant. Laud. Vulg.* ALEX.
ἐξέρχεσθαι ἀπ' αὐτῶν] ἐκπορεύεσθαι *Cant. Laud. Vulg.* ALEX.
13. ἀπὸ] καὶ *Laud. Vulg.* ALEX.
ὁρκίζομεν] ὁρκίζω *Cant. Laud. Vulg.* ALEX.
16. αὐτῶν] ἀμφοτέρων *Cant. Vulg. Codex antiquus*, ALEX.
21. διελθὼν] διελθεῖν *Cant. Laud.* ALEX.
26. ἀλλὰ] + καὶ *Cant.* ALEX.

27. λογισθῆναι, μέλλειν τε καὶ καθαιρεῖσθαι τὴν μεγαλειότητα] λογισθήσεται, ἀλλὰ καθαιρεῖσθαι μέλλει *Cant.* λογισθήσεται, μέλλειν τε καθαιρεῖσθαι τῆς μεγαλειότητος *Laud.* reputabitur, sed & destrui incipiet majestas. *Vulg.* λογισθήσεται, μέλλει τε καὶ καθαιρεῖσθαι τῆς μεγαλειότητος. ALEX.
29. ὅλη] — *Vulg.* ALEX.
33. προεβίβασαν] κατεβίβασαν *Cant.* *Vulg.* συνεβίβασαν. *Laud.* ALEX.
35. ἄνθρωπος] ἀνθρώπων *Laud.* *Vulg.* ALEX.
δὲ] οὖν *Codices Latini*, ALEX.

XX. 1. μαθητὰς] + καὶ πολλὰ παρακαλέσας. *Cant.* καὶ παρακαλέσας *Laud.* *Vulg.* παρακαλέσας *Codices Latini*, & ALEX.
3. γνώμη] γνώμης *Laud.* ALEX.
4. Σώπατρος] + Πύῤῥου *Cant.* *Laud.* *Vulg.* ALEX.
7. τῶν μαθητῶν] ἡμῶν *Cant.* *Laud.* *Vulg.* ALEX.
15. καὶ μείναντες ἐν Τρωγυλλίῳ τῇ ἐχομένῃ ἤλθομεν] & sequenti die venimus *Vulg.* τῇ δὲ ἐχομένῃ ἤλθομεν *Laud.* ALEX.
16. εἰ δυνατὸν ἦν] si possibile sibi esset *Vulg.* εἰ δυνατὸν εἴη *Laud.* ALEX.
18. πρὸς αὐτὸν] + & simul essent *Vulg.* + ὅμως ἐόντων αὐτῶν *Cant.* + ὁμοθυμαδὸν *Laud.* ὁμοῦ ὄντων αὐτῶν ALEX.
23. διαμαρτύρεται] διεμαρτύρατο μοι *Laud.* διεμαρτύρετο ALEX.
24. οὐδενὸς λόγον ποιοῦμαι, οὐδὲ ἔχω τὴν ψυχήν μου τιμίαν] οὐδενὸς λόγον ἔχω μοι, οὐδὲ ποιοῦμαι τὴν ψυχήν μου τιμίαν. *Cant.* nihil horum vereor, nec facio animam meam pretiosiorem, *Vulg.* οὐδενὸς λόγον ἔχω, οὐδὲ ποιοῦμαι τὴν ψυχήν μου τιμίαν. ALEX.
μετὰ χαρᾶς] — *Cant.* *Vulg.* ALEX.
25. τοῦ Θεοῦ] τοῦ Ἰησοῦ *Cant.* — ALEX.
28. οὗν] — *Cant.* *Vulg.* ALEX.
32. ἀδελφοὶ] — *Cant.* *Vulg.* ALEX.

XXI. 3. κατήχθημεν] κατήλθομεν *Laud.* *Vulg.* ALEX.
4. ἐπεμείναμεν αὐτοῦ] mansimus apud eos *Cant.* ἐπεμείναμεν αὐτοῖς *Laud.* ALEX.
ἀναβαίνειν] ingredi *Cant.* ἐπιβαίνειν ALEX.
5. προσηυξάμεθα καὶ ἀσπασάμενοι ἀλλήλους ἐπέβημεν] προσευξάμενοι ἀπησπάσμεθα ἀλλήλους καὶ ἐνέβημεν. *Laud.* oravimus & cum valefecissemus invicem ascendimus *Vulg.* προσευξάμενοι ἀπησπάσμεθα ἀλλήλους καὶ ἀνέβημεν. ALEX.
7. κατηντήσαμεν] venimus *Cant.* κατέβημεν *Laud.* *Vulg.* ALEX.
Ἱερουσαλὴμ] Ἱεροσόλυμα *Cant.* *Laud.* *Vulg.* ALEX.
13. ἀπεκρίθη δὲ] τότε ἀπεκρίθη *Laud.* *Vulg.* ALEX.
17. ἐδέξαντο] ὑπέδεξαν τε *Cant.* ἀπεδέξαντο *Laud.* *Vulg.* ALEX.
20. Ἰουδαίων] ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ. *Cant.* ἐν τοῖς Ἰουδαίοις *Laud.* *Vulg.* ALEX.
21. πάντας] — *Cant.* *Laud.* *Vulg.* ALEX.
25. μηδὲν τοιοῦτον τηρεῖν αὐτοὺς, εἰ μὴ] — *Vulg.* ALEX.
31. συγκέχυται] συγχύννεται *Cant.* *Vulg.* ALEX.
34. ἐβόων] ἐπεφώνουν *Cant.* *Laud.* ALEX.
μὴ δυνάμενος δὲ] καὶ μὴ δυναμένου αὐτοῦ. *Cant.* *Vulg.* μὴ δυναμένου δὲ αὐτοῦ *Laud.* ALEX.

XXII. 2. προσεφώνει αὐτοῖς] loqueretur ad illos *Vulg.* προσεφώνει αὐτοὺς ALEX.
9. καὶ ἔμφοβοι ἐγένοντο] — *Vulg.* *Beda*, ALEX.
12. εὐσεβὴς] — *Vulg.* ALEX.
20. τῇ ἀναιρέσει αὐτοῦ] — *Cant.* *Vulg.* ALEX.
30. παρὰ] ὑπὸ *Laud.* *Vulg.* ALEX.
ἀπὸ τῶν δεσμῶν] — *Laud.* *Vulg.* ALEX.
ἐλθεῖν] συνελθεῖν *Laud.* *Vulg.* ALEX.

30. ὅλον]

30. ὅλον] πᾶν *Laud. Vulg.* ALEX.

XXIII. 6. Φαρισαίου] φαρισαίων *Vulg.* ALEX.

9. οἱ γραμματεῖς τοῦ μέρους τῶν Φαρισαίων] τινες τῶν Φαρισαίων *Laud. Vulg.* (ALEX.

μὴ θεομαχῶμεν] — *Laud. Vulg.* ALEX.

10. εὐλαβηθεὶς] φοβηθεὶς *Laud.* ALEX.

12. τινες τῶν Ἰουδαίων συστροφὴν] συστροφὴν οἱ Ἰουδαῖοι *Laud.* ALEX.

15. κατάγῃ πρὸς ὑμᾶς] καταγάγῃ εἰς ὑμᾶς *Laud.* ALEX.

30. ἐπιβουλῆς εἰς τὸν ἄνδρα μέλλειν ἔσεσθαι ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων, ἐξ αὐτῆς] de insidiis quas paraverant illi. *Vulg.* ἐπιβουλῆς εἰς τὸν ἄνδρα ἔσεσθαι ἐξ αὐτῶν *Laud.* ALEX.

τὰ πρὸς αὐτὸν] — *Vulg.* ALEX.

ἔρρωσο] — *quinque Codices* & ALEX.

XXIV. 1. μετὰ τῶν πρεσβυτέρων] μετὰ πρεσβυτέρων τινων *Laud. Vulg.* ALEX.

2. κατορθωμάτων] διορθωμάτων *Laud. Vulg.* ALEX.

6. καὶ κατὰ τὸν ἡμέτερον νόμον ἠθελήσαμεν κρίνειν. Παρελθὼν δὲ Λυσίας ὁ χιλίαρχος μετὰ πολλῆς βίας ἐκ τῶν χειρῶν ἡμῶν ἀπήγαγε, κελεύσας τοὺς κατηγόρους ἔρχεσθαι ἐπί σε] — *tres Codices* & ALEX.

9. συνέθεντο] συνεπέθεντο *Laud. Vulg.* ALEX.

10. εὐθυμότερον] εὐθύμως *Laud. Vulg.* ALEX.

12. ἐπισύστασιν] ἐπίστασιν *Laud.* ALEX.

13. δύνανται] + σοι *Laud. Vulg.* ALEX.

15. νεκρῶν] — *Vulg.* ALEX.

16. δὲ] καὶ *Laud. Vulg.* ALEX.

17. παρεγενόμην] *Laud.* & *Vulg.* ponit post μου. ALEX. vero in fine commatis.

20. εἰ] — *Laud.* ALEX.

23. καὶ προσέρχεσθαι] — *Laud. Vulg.* ALEX.

25. ἔσεσθαι] — *Laud. Vulg.* ALEX.

26. ὅπως λύσῃ αὐτὸν] — *Laud. Vulg.* ALEX.

XXV. πλείους] οὐ πλείους ὀκτὼ *Laud. Vulg.* ALEX.

Καισάρειαν] + καὶ *Vulg.* ALEX.

7. περιέστησαν] + αὐτῷ *Laud.* + eum *Vulg.* αὐτὸν ALEX.

φέροντες κατὰ τοῦ Παύλου] ἐπιφέροντες τῷ Παύλῳ *Laud.* objicientes *Vulg.* καταφέροντες ALEX.

αἰτιάματα] αἰτιώματα *Laud.* ALEX.

8. ἀπολογουμένου αὐτοῦ] τοῦ δὲ Παύλου ἀπολογουμένου *Laud.* τοῦ Παύλου ἀπολογουμένου *Vulg.* ALEX.

9. τοῖς Ἰουδαίοις θέλων] θέλων τοῖς Ἰουδαίοις *Laud. quatuor Codices* & ALEX.

11. γὰρ] οὖν *Laud.* ALEX.

15. δίκην] καταδίκην *Vulg.* ALEX.

16. εἰς ἀπώλειαν] — *Laud. Vulg.* ALEX.

18. ἐπέφερον] ἔφερον *Laud.* ALEX.

ὧν ὑπενόουν ἐγὼ] + πονηρῶν *Laud.* malum *Vulg.* πονηρὰν *Codices quatuor* (& ALEX.

21. πέμψω] ἀναπέμψω *Laud.* ALEX.

23. οὖσι] — *Vulg.* ALEX.

25. καταλαβόμενος] κατελαβόμην *Laud. Vulg.* ALEX.

26. προήγαγον] προσήγαγον *Laud.* ἐπήγαγον ALEX.

XXVI. 1. ὑπὲρ σεαυτοῦ] περὶ σεαυτοῦ *Laud.* ALEX.

6. πρὸς] εἰς *Laud.* ALEX.

7. Ἀγρίππα] — *Laud. Vulg.* ALEX.

12. τῆς παρὰ] — *Laud. Vulg.* ALEX.

14. λαλοῦσαν πρός με καὶ λέγουσαν] loquentem mihi *Vulg.* λεγούσης πρός με *Laud.* λέγουσαν πρός με ALEX.

15. ὁ δὲ] + κύριος *Laud. Vulg.* ALEX.

18. ἐπισ-

18. ἐπιστρέψαι] convertantur *Vulg.* ἀποστρέψαι ALEX.
22. παρὰ] ἀπὸ *Laud.* ALEX.
25. ὁ δὲ] + Παῦλος *Laud. Vulg.* ALEX.
28. χριστιανὸν γενέσθαι] Christianum fieri. *Vulg.* χριστιανὸν ποιῆσαι ALEX.
29. πολλῷ] μεγάλῳ *Vulg.* ALEX.

XXVII. 5. Μύρα] Λύστρα *Vulg. Hieronymus*, *Beda*, ALEX.
8. Λασαία] Thalassa *Vulg.* ἄλασσα ALEX.
14. Εὐροκλύδων] Euroaquilo *Vulg.* Εὐρακύλων ALEX.
19. ἐρρίψαμεν] ἔρριψαν *Vulg.* ALEX.
34. ἐκ] ἀπὸ *Vulg.* ALEX.
41. κυμάτων] maris *Vulg.* — ALEX.

XXVIII. 3. πλῆθος] τι πλῆθος *Vulg.* ALEX.
ἐκ] ἀπὸ *Vulg.* ALEX.
14. ἐπ' αὐτοῖς] παρ' αὐτοῖς *Vulg.* ALEX.
16. ὁ ἑκατόνταρχος παρέδωκε τοὺς δεσμίους τῷ στρατοπεδάρχῃ] — *Vulg.* ALEX.
δὲ] — *Vulg.* ALEX.
17. τὸν Παῦλον] αὐτὸν *Vulg.* ALEX.
28. τὸ σωτήριον] hoc salutare *Vulg.* τοῦτο τὸ σωτήριον ALEX.
29. καὶ ταῦτα αὐτοῦ εἰπόντος ἀπῆλθον οἱ Ἰουδαῖοι, πολλὴν ἔχοντες ἐν ἑαυτοῖς συζήτησιν] — *Codices duo*, *Correctorium Bibliorum*, ALEX.

Similia comperiet, qui in aliis N. T. libris Codicem hunc cum Latinis contendere voluerit, nos pauca sed insigniora proponere erimus contenti. *Luc.* II. 14. ALEX. cum *Cant.* & *Vulg.* legit εὐδοκίας, licet idem Codex in Hymnis, qui libro Psalmorum annexi sunt, recte habeat εὐδοκία. 1. *Cor.* VII. 31. pro οἱ χρώμενοι τῷ κόσμῳ τούτῳ ALEX. *Clar.* & *Bœrn.* scribunt οἱ χρώμενοι τὸν κόσμον τοῦτον, & in Versione Latina: *qui utuntur hunc mundum*; quomodo etiam I. *Paulus* I. C. c. III. Tit. VI. §. 27. „ perinde, inquit, *omnia se usurum*, ac si optimus „ paterfamilias uteretur". XI. 3. ἵνα καυθήσωμαι] ALEX. ἵνα καυχήσωμαι, quomodo etiam Codices Latini legebant, *Hieronymo* teste. XV. 51. πάντες μὲν οὐ κοιμηθησόμεθα, πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα] ALEX. a prima manu πάντες μὲν κοιμηθησόμεθα, οἱ πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα, ex emendatione vero, πάντες μὲν οὐ κοιμηθησόμεθα, οὐ πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα, cujus varietatis apud Latinos mentionem faciunt *Augustinus* & *Hieronymus*. 2. *Cor.* III. 13. εἰς τὸ τέλος] ALEX. εἰς τὸ πρόσωπον, quia vera Lectio *Versionis Vulgatae*, *in finem* mutata erat *in faciem*, *Philipp.* II. 30. παραβουλευσάμενος] *Clar. Boern.* ALEX. παραβολευσάμενος, quibus Versio *Vulgata* consentit. *Philem.* 2. ἀγαπητῇ] ALEX. *Clar. Boern. Vulg.* ἀδελφῇ. Unum adjiciam exemplum ex 2. *Jo.* 9. ubi cum omnes Codices Graeci legant, ὁ παραβαίνων, MSS. Latini habent, *qui praecedit*, & ALEX. ὁ προάγων. Manifestum autem est, facillime quidem errore librarii Latini verbum *recedit* transiisse in vicinum *praecedit*, sed ὁ προάγων & ὁ παραβαίνων vix permutari posse, nisi si quis ex Latina mala Lectione Graecam faciat non bonam.

Idem vidit *Jo. Harduinus*, quod ex Commentario ejus in N. T. A. 1741. edito postea deprehendi: ita enim in *Jud.* 5. „In Graeco vulgato, inquit, pro „ *Jesu* Κύριος *Dominus*. In MS. tamen ALEXANDRINO Ἰησοῦς, quoniam ex „ Vulgata fere concinnatum istud exemplar est". Et alibi saepe. Si intra hos terminos se continuisset vir doctus, & a paradoxa & temeraria conjectura abstinuisset, qua omnes N. T. libros ab Apostolis & Evangelistis Latine primum scriptos, postea vero nec feliciter nec fideliter Graece conversos fuisse contendit, non venia solum, verum etiam laude dignus videri potuisset. Quid quod ante istum etiam *R. Simonio* aliquid suboluit, qui Hist. Crit. N. T. c. XXXII. „non ausim, inquit, asseverare, Codicem MS. *Alexandrinum*, quin „ & ipsum *Vaticanum*, non esse in numero Codicum Veterum à librariis Latinis scriptorum?

Quid

Quid igitur? quemquam *Acoemitarum* Conſtantinopoli, vel librariorum Alexandriae tam fuiſſe Linguae Latinae peritum, ut libros ſacros ex hac lingua in Graecam convertere potuerit, & tam ineptum atque impudentem, ut id facere voluerit? Ἄνω ποταμῶν ἱερῶν χωροῦσι παγαί; Etiamſi non eſſet, quod ad hanc quaeſtionem reſponderemus, inde tamen minime conſequeretur, non demonſtrari poſſe, quod & jam, ni fallor, demonſtratum eſt, & poſtea ex aliis Codicibus demonſtrabitur Si tamen Hiſtoriam Eccleſiaſticam velimus conſulere, patebit, jam inde a ſeculo quarto, cum ortis controverſiis Eccleſiae Graecae Doctores in duas partes ſcinderentur, ingenio, eloquentia & numero tantum non aequales, eam partem, quae vincere cupiebat, Romam confugiſſe, majeſtatemque Pontificis comiter coluiſſe, eoque pacto oppreſſis per Pontificem & Epiſcopos Latinos adverſariis praevaluiſſe, atque orthodoxiam in Conciliis ſtabiliviſſe. Eam ob cauſam *Athanaſius* non ſine comitatu Romam petiit, pluresque annos ibi haeſit; Romam adiit etiam *Petrus* ejus ſucceſſor, & ſeculo quinto *Joannes* itidem Epiſcopus Alexandrinus, quo tempore etiam Simeones monachus *Acœmitenſis* Conſtantinopoli Romam miſſus eſt, teſte *Evagrio* H. E. III. 19. 21. Cum ergo & Alexandrini & Conſtantinopolitani tunc temporis frequenter Romam adirent, ibique diutius commorarentur, facile intelligimus, illos & aliquam ſermonis Latini notitiam & unum alterumve exemplar Verſionis Italicae ſibi comparare potuiſſe, & domum reduces, vel ut Latinis, quorum auxilio indigebant, gratum facerent, vel ut tempus fallerent, (quid enim tam ineptum eſt, quod Monacho otioſo in mentem venire non potuerit?) Codices Graecos ex Latinis emendare vel corrumpere potius fuiſſe aggreſſos. Athanaſium certe linguae Latinae non fuiſſe imperitum docet Hiſtoria apud *Sozomenum* H. E. IV. 10. Ne jam dicam ex Verſione Itala & Athanaſium locum *Lucae* XXIV. 42. attuliſſe, & *Cyrillum* allato loco 1. Jo. IV. 3. contra Neſtorium pugnaſſe, *Socratem* vero H. E. VII. 32. Codices Graecos hoc loco corruptos & ex Latinis emendandos eſſe contendiſſe.

Addam de hoc Codice judicia duorum Anglorum, alterum *Thomae Gatakeri*, qui *Adverſar.* p. 25. „ Codex ille, inquit, tot in Novi Inſtrumenti lo-
„ cis mendoſus, mutilatus, implicatus, interpolatus deprehenditur, ut adverſus
„ receptam vel iſtic vel alibi Lectionem exilis admodum aut nullius omnino ponde-
„ ris eſſe videatur. & p. 58. Manuſcripti illius non eſt tanta αὐθεντία, quae
„ tot Graecorum τῶν πάνυ καὶ παναρχαίων etiam repugnantium Teſtimoniis di-
„ ſertiſſimis objiciatur. Certe enim habet exemplar illud vitioſa haud pauca,
„ gloſſemata vero interjecta paſſim quam plurima". Alterum *Thomae Brunonis*, Mariae, Guilielmi III. M. Britanniae regis matri, a ſacris, Canonici poſtea Windeſorienſis Epiſtola ad Iſacum Voſſium 3 Decemb. 1660. ſcripta, quae cum multis aliis Amſtelodami in Bibliotheca Remonſtrantium aſſervatur: „ Codicem
„ illum *Alexandrinum*, de quo nos ſaepius inter nos, & habeo jam apud me,
„ Sereniſſimi mei Regis indultu, & per duos pene menſes habui. Sed frequen-
„ tibus occupatus negotiis illo uti non potui. Hoc tantum in aurem tibi, me
„ non habere illum adeo vetuſtum, prout vulgo fertur. Verum eſt, omnes li-
„ teras eſſe unciales & continuas, adeo ut moleſtiam lectori non exercitato ſa-
„ tis abunde praeſtent. Sed uno vel altero ſeculo poſt Athanaſium librum fuiſ-
„ ſe exaratum ampliſſime conſtat. Tomo quippe Pſalmorum praefigitur Epiſtola
„ Athanaſii ad Marcellinum, ipſiſſimo charactere".

5. Non poſſum tamen Codicem *Alexandrinum* e manibus dimittere, quin prius de Lectione loci celebris 1. Tim. III. 16. aliquid moneam. Occaſionem quaeſtioni praebuit *J. Millius*, qui ad verba θεὸς ἐφανερώθη haec habet: „ Inve-
„ cta igitur in locum verae Lectionis, iſta ὃς vel ὅ---ab incurioſis librariis. Nempe
„ cum Θεὸς jam olim fere contractim ſcripſerint ΘΣ, & vero virgula per lite-
„ ram *Theta* ducta tenuiſſima plerumque fuerit, adeoque & aciem forte fuge-

„ rit

„ rit ſcribarum, praeſertim feſtinantium; hinc facillimo errore natum ΟΣ. Cer-
„ te quidem in exemplari *Alexandrino* noſtro, linea iſta transverſa quam lo-
„ quor adeo exilis ac plane evanida eſt, ut primo intuitu haud dubitarim ipſe,
„ ſcriptum ΟΣ, quod proinde & in variantes Lectiones conjeceram, (maxime
„ quod audaculi neſcio cujus atque orthodoxi ſi placet manum offenderam, qui
„ quod lineolam iſtam tenuem haud obſervaſſet, pinguiori alia in medio literae
„ ducta, virgulaque ſuperna atramento aliquantulum incraſſata, curavit ut e-
„ mendate legeretur in poſterum Θ̄C̄.) verum poſtea perluſtrato attentius loco,
„ lineolae, quae primam aciem fugerat, ductus quosdam ac veſtigia ſatis certa
„ deprehendi, praeſertim ad partem ſiniſtram, qua peripheriam literae pertingit,
„ luculentiora multo habiturus, niſi obſtaret litura quam diximus hodierna, li-
„ neolae iſti ſuperinducta".

Poſtquam vero & ipſe, jam ante hos triginra duos annos, Codicem *Alexandrinum* inſpexiſſem, et inter amicos rogatus, me, quod Millius ſe ſecundis curis vidiſſe dixit, videre non potuiſſe indicaſſem, inventus eſt tandem nonnemo, qui libello Germanice edito me dente maledico carperet his verbis: *An certus eſt Codicem Alexandrinum ita legiſſe? Epiſcopus Waltonus atque Millius in Alexandrino legerunt* Θεὸς, *& Millius quidem, poſtquam locum repetitis vicibus & accuratiſſime inſpexit: hic autem dicit, ſe id non ita comperiſſe. Utris credemus, an doctis illis Anglis an novo huic Editori? Si de doctrina ageretur, facile expediri poſſet, utri eſſet credendum: Sed agitur unice de teſtimonio oculorum atque fide, & inde quidem ſtant duo viri accuratiſſimi, qui, quoties volebant, librum inſpicere & conſiderare potuerunt; hinc vero unus juvenis audax, qui codicem, ut ita dicam, non niſi in tranſitu vidit. Demus autem rem ita ſe habere uti dicit, & tenuem illam lineolam omnino non conſpici (in eo enim unice verſatur cardo controverſiae, utrum ſub nova lineola aliquid veteris lineolae promineat, quod contendit Millius) unde ſcire poteſt, ubi nova lineola conſpicitur, prius aliam & nunc obliteratam non extitiſſe, cujus nihil amplius appareat, quia nova linea ſuperinducta eſt? unde, inquam, ſcire poteſt, hic non ſcriptum fuiſſe* Θεὸς *ſed* ὃς; *Si res ita ſe haberet ut ait,* i. e. *ſi nihil amplius veteris lineae conſpiceretur, ideo tamen non legendum eſſet* ὃς, *ſed codex Alexandrinus omnino ſeponendus, & in eo nec lectio recepta nec alia eſſet quaerenda, ſiquidem ſciri non poſſet, utrum ſub illa lineola aliquid ſcriptum fuerit, an non? Qui aliter judicaret, aut profundam critices ignorantiam, quam ipſe nunquam fatebitur, aut, quod unum ſupereſt, ſingularem ad opiniones peregrinas Socinianas atque Libertinas proderet propenſionem.*

Haec eſt elaborata & decantata illa Criſis, in qua tot pene reperiuntur errores quot verba. Primo nihil cauſae fuit, *Waltonum*, qui Biblia Polyglotta ante edidit, quam ad Epiſcopalem dignitatem eveheretur, appellare *Epiſcopum*, niſi ut me Cenſor petulantiae inſimularet, qui Epiſcopo contradicere non ſim veritus. Haec vero accuſatio in caput ipſius recidit. Nam me ab errante, etiam ab Epiſcopo, diſſentire fas & jura ſinunt: at non licet ulli homini, nedum Epiſcopo, opinionem, inprimis erroneam, affingere, quod Cenſor facit. Aut proferat, ſi poteſt, teſtimonium Waltoni, ad quem in hac cauſa tam audacter provocat. Si dicat in editis a Waltono variis lectionibus nullam conſpici ad hunc locum ex Codice Alexandrino adnotatam; quid hoc ad *Waltonum*, qui in *apparatu* ultro ipſe fatetur, non ſe aut Epiſcoporum aliquem, ſed „*Alexandrum Huiſſum* S. T. B. Ecleſiae Cathedralis Wellenſis praebendarium, exemplar MS. Alexandrinum cum R. Stephani N. T. editione contuliſſe, variantesque lectiones, quae ſingulis paginis apponuntur, diligenter collegiſſe". Neque tamen ex ſilentio *Huiſſi* conſequitur, Codicem Alexandrinum a prima manu exhibuiſſe lectionem, quae nunc recepta eſt. Cum enim iſto Codice fuerit uſus, poſtquam *P. Junii* manum emendatricem eſſet paſſus, deprehendit Lecti-

Lectionem receptam à ſecunda manu adſcriptam, neque curavit indagare aut annotare, quid a prima manu fuiſſet, quod nec alibi unquam fecit. Ipſius vero *Millii* teſtimonium duplex eſt, in priori & mecum & cum veritate conſenſit, in poſteriore a ſe ipſo & a veritate diſceſſit. Aut probet Cenſor; *Millii* oculos, cum locum prima vice inſpiceret, hebetiores, ſecunda vero acutiores fuiſſe. Mihi quidem obſervatio ſecunda *Millii* ſemper & anxie quaeſita & nimis ſubtilis viſa eſt: auxerunt ſuſpicionem haec ejus verba, quibus confidenter affirmat, ſe *luculentiora multo lineolae exitis & evanidae veſtigia habiturum, niſi obſtaret litura lineolae illi ſuperinducta*, quod non eſſe teſtimonium dicere, ſed temere conjecturam facere, vel ipſe Cenſor meus, ſi ſibi conſtat, fateri cogetur. Quod ſequitur de *eruditione* eorum, qui hunc Codicem inſpexerunt, non ſolum eſt ἀπροσδιόνυσον, quod Cenſor pro ſua ſingulari eruditione agnoſcit, ſed etiam ſophiſticum. Niſi ſi probet, Epiſcopo aut Doctori Theologo, praeſertim ſi libros ediderit, ſemper palmam eruditionis eſſe tribuendam, eumque, qui nec Epiſcopus nec Doctor nec librorum Autor ſit, etiam inauditum contemnendum atque condemnandum eſſe. Addit: *Duo iſti viri potuerunt Codicem inſpicere & accuratiſſime conſiderare.* Annon & ego POTUI? Sed non quaeritur quid *potuerit* quis facere, ſed quid fecerit, & uter Codicem accuratius examinaverit. Pergit: *contra eos ſtat juvenis audax &c.* Si crimen eſt, nihil veri non dicere *audere*, & nihil falſi dicere *audere*, habebit me confitentem: illud porro ſciat me, quae *Juvenis* in Codice Alexandrino vidi, eadem iterum vidiſſe, & pervidiſſe, cum annum aetatis quinquageſimum quartum agerem.

Quod deinde fingit *de lineola veteri, cui nova ita ſuperinducta ſit, ut veteris nihil amplius appareat*, & ſecum pugnat, & teſtimonium *Millii*, ad quod ipſe provocavit, elevat. Si enim omnino nihil videri poteſt, quid vidit *Millius*? aut quam fidem meretur, ubi ſe aliquid vidiſſe affirmat? Hoc figmentum de lineola vetere per novam abſcondita inſignem prodit Cenſoris tum imperitiam tum audaciam, qui codicem *Alex.* quem nunquam vidit (quippe qui nec Angliam vidit) contra omnium oculatorum teſtium fidem deſcribit, qualem vult, non qualis eſt, atque ita cum umbra ſua colluctatus argutatur non aliter quam ſi coecus de coloribus loqueretur. Quoties enim in hoc codice litera ϴ a prima manu ſcribitur, ſemper repraeſentat circulum, diametro utrumque ejus latus dextrum & ſiniſtrum tangente, & per centrum ducta, in duas partes aequales diviſum, quod ex ſpeciminibus apud *Waltonum*, *Grabium*, *Montfauconium* & *Millium* exhibitis cuivis patet: P. vero *Junius*, cum locum corrigeret, inſcripſit circulo lineolam, quae nec latera circuli tangit (ut nunc *Theta* typis editur, quoties nominis proprii eſt litera prima) nec per centrum tranſit, ſed vel caſu vel ſtudio ſupra centrum paulo altius eſt evecta. Ex quo manifeſtum eſt, hanc novam lineam non obſtare, quo minus antiqua diametros integra & in centro & ad latus dextrum & ad ſiniſtrum conſpici poſſet, ſi omnino olim fuiſſet ſcripta. Ego quidem, qui cum venia Cenſoris oculis meis credo, veteris lineae nec volam nec veſtigium deprehendi: quid Millius viderit, mox dicam.

In fine cenſor vitio creatus, ut aculeum infigeret, conjunxit ſuſpicionem *Socinianiſmi & Libertiniſmi*, quae ſunt ἀσύςατα, quis enim unquam audivit, aut Socinianos ſtudium virtutis extinguere & flagitioſe vivere, aut Libertinos pro divina Scripturae autoritate aſſerenda & pro Religione martyrium pati? Imo ſi fateri licet, mihi haud paulo juſtior ſuſpicio eſt, *Libertinos* potius in legionibus eorum, qui pro receptis vel Opinionibus vel Lectionibus pugnant, militare. His enim, & quidem ſolis, licet impune adhibere ſophiſmata, conviciis eos quos oderunt proſcindere, audacter calumniari, & affectibus impotenter indulgere: quod certe Libertinorum eſt, nec Veritati nec Virtuti ſtudentium. Quid dico impune? annon

* Nota. Fac, ut per chartam pellucidam litera Є, τῷ O., hic poſtremo poſito, in averſa pag. 22. reſpondens, tibi appareat, & habebis repraeſentationem Scripturae Codicis Alexandrini. * O

non inveniunt, qui eos laudant, atque immodestiam eorum fiduciam bonae causae & zelum pro causa Dei appellare non verentur? Deinde Censor aperte *mutat statum Quaestionis*, quae erat, quid hic in Codice *Alexandrino* a prima manu scriptum legatur, a qua, meo saltem judicio, diversissima est Quaestio: utrum Lectio Codicis *Alexandrini* sit vera Lectio? Denique haud obscure significat Censor, omnes, quotquot hoc loco non legunt Θεὸς ἐφανερώθη, *Socinianismi & Libertinismi* suspectos esse; quae suspicio est & falsissima & iniquissima. Si ratione agere vult, demonstret, vel per Lectionem Θεὸς opinionem Socini, vel per lectionem ὃ & ὃς sententiam orthodoxam everti: ego interim testimoniis pugnabo, & quaeram ex eo, quid judicandum sit de tota Ecclesia *Latina*, *Syra* & *Ægyptiaca*, de *M. Luthero*, cum primam Editionem N. T. Germanici procuraret, de Viris Illustribus *H. Grotio* & *J. Newtono* multisque aliis, qui non Θεὸς sed vel ὃς vel ὃ legerunt? Sed piget ineptiarum. Verissime Cicero: *Qui semel verecundiae limites transierit, eum bene & naviter oportet esse impudentem.*

Redeamus ad rem. *Millio* adstipulantur tum *Henricus Waltonus*, in notis ad *Clementis Romani* epistolas A°. 1718. editis p. 27. „ In hoc Manuscrip-„ to (scil. ALEX.) dubio procul semper legebatur ΘC ἐφανερώθη, quod, si quis „ eum accuratioribus oculis inspexerit, ei facile constabit, licet illo in loco, nec „ non in aliis haud paucis, Junius, diligentia minime probanda, recentiore „ calamo utrinque lineam duxerit": tum *Jo. Berriman* Dissertat. in 1. Tim. III. 16. Anglice A°. 1741. scripta p. 155. „ Omnibus his testimonius addo, „ me ipsum etiam saepius, idque accurate hunc Manuscriptum Codicem exa-„ minasse, & licet nudis oculis nunquam potuerim deprehendere ullam partem „ veteris lineae transversae, nec alii qui me erant perspicaciores, vitro tamen „ adjutum, & radiis solis librum illustrantis, partem veteris lineae ad sinistram „ novae intra circulum videre potuisse; idem mecum viderunt eodem tempore „ duo alii, quorum alter non ad sinistram partem solum verum etiam ad dex-„ tram veteris lineae vestigia invenire potuit". Haec cum legissem, & ante biennium Angliam repetiissem, rogavi amicum veterem, ut me in Bibliothecam Regiam deduceret; quod cum fecisset, & hunc Codicis *Alexandrini* locum attento oculo, non nudo solum, verum etiam vitris haud unius generis armato, perlustrasset, pronunciavit, a prima manu nunquam aliter hic scriptum fuisse quam OC: ego vero lineolam illam *Millii* & *Berrimanni* quaerens *ad sinistram*, inveni quidem, sed cum eam amico demonstrare vellem, non potui, quia evanuerat Cumque alternis illa lineola modo appareret, modo dispareret, et ego hoc phasmate non parum percellerer, Amicus meus, qua erat sagacitate, causam statim indagavit, ostenditque illam lineolam non in ea pagina ubi legitur ὃς ἐφανερώθη, sed in aversa pagina ubi legitur κατ' εὐσέβειαν 1. *Tim.* VI. 3 esse scriptam, & constituere partem literae primae ε vocis εὐσέβειαν. Quoties enim libro in mensa posito folium, quod considerabamus, foliis sequentibus ita impositum erat, ut totum folium proximum contingeret atque tegeret, lineola illa conspici non poterat, quia membrana erat opaca: quam primum vero folium illud ita erigebatur, & a sequentibus separabatur, ut utraque pagina luce illustraretur, non haec tantum paginae aversae lineola, verum integrae literae & voces per membranam pellucidam conspiciebantur. Porro, si arcus literae Є, quae extat in aversa pagina, accurate incideret in circulum nostri O, tunc linea transversa repraesentaret diametrum nostro O inscriptam, sicque Θ efficeret: cum vero arcus ille literae Є incidat in centrum nostri O, linea illa tantum conspici potest in parte *sinistra*, licet ultra circulum aliquantum protendatur.* Haec est illa Helena, pro qua digladiabantur *Phrygii.* Perpende haec mecum, Lector benevole, & mirare, tantos fluctus in simpulo excitari potuisse.

B. Co-

* Є * Vide notam paginae 21. subjectam.

B. Codex VATICANUS Veteris Novique Teftamenti. *Vetus Teftamentum* ex hoc Codice editum eft Romae 1587. autoritate Sixti V. Pontif. Max. de eo Codice *Antonius Caraffa* Cardinalis, Bibliothecarius & Editor, *Epiftola Sixto infcripta:* „ Intelleximus, inquit, *Vaticanum* Codicem non folum vetu-„ ftate verum etiam bonitate caeteris anteire -----. Curavi hujus libri editionem „ ad *Vaticanum* exemplar emendandam, vel potius exemplar ipfum, quod e-„ jus valde probaretur autoritas, de verbo ad verbum repraefentandum". Et *Praefat.* ad *Lectorem.* „ Intellectum eft, Codicem *Vaticanae* Bibliothecae om-„ nium, qui extant, longe optimum effe, & operae pretium fore, fi ad ejus „ fidem nova haec Editio pararetur -----. Nunc erit inprimis *Vaticanus* Co-„ dex defcribendus, ad cujus praefcriptum Editio haec expolita eft. Codex is, „ quantum ex forma characterum conjici poteft, cum fit majoribus literis, quas „ vere antiquas vocant, exaratus, ante millefimum ducentefimum annum, h. e. „ ante tempora B. Hieronymi, & non infra, fcriptus videtur. ---- Recte ad „ hujus libri normam, qui longe omnium antiquiffimus, folus juxta Septuaginta „ infcribitur, perpolita eft, vel potius rectiffime liber ipfe ad literam, quo ad „ fieri potuit per antiquam orthographiam aut per librarii lapfus, eft expreffus. „ Nam vetus illa & jam obfoleta ejus aetatis fcriptura aliquibus locos repraefen-„ tata non eft; cum tamen in aliis omnibus, nifi ubi manifeftus apparuit libra-„ rii lapfus, ne latum quidem unguem, ut ajunt, ab hujus libri auctoritate dis-„ ceffum fit. ---- Ordo autem librorum in *Vaticano* exemplari --- a vulgatis „ editionibus variat in hoc, quod primo habet duodecim Prophetas, & hos ip-„ fos aliter difpofitos: deinde reliquos quatuor. ----- Et cum toto exemplari „ nulla capitum divifio fit ----- in libro tamen quatuor Prophetarum diftinctio „ quaedam apparet fubobfcura, illi pene fimilis, quam defcribit S. Dorotheus „ martyr, qui vixit fub Magno Conftantino. Maccabaeorum libri abfunt ab „ hoc exemplari, atque item liber Genefis fere totus; nam longo aevo confum-„ tis membranis mutilatus eft ab initio libri usque ad caput XLVII. & liber i-„ tem Pfalmorum, qui a Pfalmo CV. usque ad CXXXVIII. nimia vetuftate „ mancus eft. Sed haec ex aliorum Codicum collatione emendata funt".

Volumen vero pofterius h. e. *Novum Teftamentum* ita defcribit *L. A. Zacagnius*, Vaticanae Bibliothecae praefectus, in Praefat. ad Collect. Monum. p. 56. „ Evangelia nec titulos habent nec Capita Eufebianis Canonibus accom-„ modata, fed tantum rubras numerorum notas, divifionem quandam Textus in „ ejus margine indicantes. Matthaeus enim habet numeros CL. Marcus LXII. „ Lucas CLII. Joannes LXXX. Acta Apoftolorum LXIX. Epiftolae Jacobi „ IX. Petri prima VIII. Joannis prima XI. Judae II. Pauli autem Epiftolae, „ licet una feorfim ab altera in ifto Codice fcriptae fuerint, propria tamen nu-„ meratione carent, quippe quae non interrupta ferie in earum marginibus nu-„ merorum notas habeant, perinde ac fi unum librum Paulinae omnes Epifto-„ lae conficerent; funt autem numeri XCIII. eo tamen ordine difpofiti, ut in „ fine Epiftolae ad Galatas numerus LIX. collocetur, deinde numerus LXX. „ fuccedat initio Epiftolae ad Ephefios, omiffis decem numeris, qui Epiftolae „ ad Hebraeos, poft fecundam ad Theffalonicenfes Epiftolam in eo Codice „ pofitae, marginibus adfcribuntur. Deeft tamen in eodem Codice pars po-„ ftrema Epiftolae ad Hebraeos a verbis fcilicet ἄμωμον τῷ θεῷ Capitis IX. „ vers. 14. ad finem, cum aliis Pauli ad Timotheum, Titum, & Philemonem „ literis, totaque Apocalypfi, nonnullis fcilicet quaternionibus prae Codicis ve-„ tuftate deperditis: unde quot praecife exiterint iftae Paulinarum Epiftolarum „ Sectiones, & an Apocalypfis, fi tamen in eo Codice olim habebatur, in par-„ tes fimiliter diffecta fuerit, fcire non licet".

Eundem Codicem defcripferunt *Paulus Bombafius*, Bibliothecae Vaticanae Praefectus, Epiftola ad Erasmum A°. 1521. fcripta, quae eft in editis DLXXIX.

„ Epi-

„ Epiſtolam; inquit, Joannis primam vetuſtiſſimis characteribus ſcriptam in
„ Vaticana Bibliotheca tandem reperi, cujus verſus [1 ad 4.] Capituli quar-
„ ti ſunt &c. item ex quinto (7 ad 11.) Haec in quibus ab impreſſis codi-
„ cibus diſſideant, non eſt quod a me docearis. Si quid erit, in quo judici-
„ um meum exquires, non tam in his quam in plerisque aliis, ſuper quibus
„ doctorum altercatio eſt, nihil tecum diſſimulanter vel muſſitabunde agam, ſed,
„ ut me noſti, parrheſiaſtes ero". Et *Jo. Geneſius de Sepulveda* Epiſtola 3. libri 1. ad Erasmum A°. 1533. ſcripta: „ Eſt, inquit, Graecum exemplar an-
„ tiquiſſimum in Bibliotheca Vaticana, in quo diligentiſſime & accuratiſſime
„ literis majusculis conſcriptum utrumque Teſtamentum continetur, longe diver-
„ ſum a vulgatis exemplaribus. ----- Hoc autem exemplar omnium eſſe emen-
„ datiſſimum cum ejus antiquitas declarat & librarii diligentia, tum quod mul-
„ tum convenit cum veteri noſtra translatione, quae dubitari non debet, quin
„ ex emendatiſſimo quoque exemplari converſa atque tradita nobis ſit a majori-
„ bus. Cum igitur ad illius exemplaris fidem atque normam caeteri libri ſint
„ emendandi ac dirigendi, quid opus facto ſit, ipſe conſiderabis". Ea autem erat Codicis iſtius fama, ut *Theodorus Bibliander* Thomae Blaurero ſcriberet:
„ promiſi pecuniam quantamlibet pro exemplari Graeco ex Vaticana Bibliothe-
„ ca evidentiſſimo; cujus mihi ſpem quidam optimi viri injecerunt". *Hottinger. Bibliothecar.* p. 97. Iſtum Codicem *Wernerus Noviomagus*, Atrebatenſis Collegii praeſes, cum edito contulit, quo ſe in Evangeliis uſum, mirumque in modum adjutum fatetur *Lucas Brugenſis*. Eundem etiam *Antonius Agellius* notis in Cyrillum & *Jo. Maldonatus* in Commentariis citat. Idem Agellius in ſuo ad Pſalmos commentario teſtatur, in Codice illo antiquiſſimo a recentiore manu multa fuiſſe depravata ad libros recentiores; quod confirmatur duobus aliis teſtibus oculatis E. R. (*Euſebium Renaudotium* intelligo) quem citat *J. le Long* Bibliotheca Sacra, & V. Cl. mihique amiciſſimo JO. DANIELE SCHOEPFLINO, Profeſſore Hiſtoriarum & Eloquentiae in Academia Argentinenſi. Denique *R. Bentlejus* hunc Codicem cum editis accurate conferri curavit, cujus collationis copiam mihi fieri fruſtra deſideravi, quia poſſeſſor ſchedarum illarum, & a Cantabrigia, ubi ſchedae cuſtodiebantur, & a Londino, ubi per tempus breve commorabar, ultra CL. M. P. aberat. Deſideravi autem, non quod multa ad veram lectionem N. T. ſtabiliendam inde peti poſſe ſperabam, ſed ut vel hoc conſtaret, Codicem nullius eſſe autoritatis; deinde ut inter pugnantes doctorum de hoc codice ſententias vera dijudicari atque demonſtrari poſſet.

Hactenus enim vulgo creditum eſt, Editores *Complutenſes* hoc ipſo Codice *Vaticano* uſos fuiſſe, quod ipſimet ſignificare videbantur tum in Prologo V. T.
„ Quod autem ad Graecam ſcripturam attinet, illud te non latere volumus, non
„ vulgaria ſeu temere oblata exemplaria fuiſſe huic noſtrae editioni archetypa,
„ ſed vetuſtiſſima ſimul & emendatiſſima, quae Sanctiſs. D. N. Leo X. Pont.
„ Max. coeptis noſtris aſpirans ex ipſa Apoſtolica Bibliotheca ad nos miſit,
„ tantae integritatis, ut, niſi eis plena fides adhiberetur, reliqui nulli eſſe vi-
„ deantur, quibus merito ſit adhibenda". Tum in praefatiuncula ad Lectorem N. T. praefixa: „ Et ut praefatiunculae tandem huic modus imponatur, illud
„ lectorem non lateat, non quaevis exemplaria inpreſſioni huic archetypa fuiſ-
„ ſe, ſed antiquiſſima & emendatiſſima, ac tantae praeterea vetuſtatis, ut fidem
„ eis abrogare nefas videatur. Quae ſanctiſſimus in Chriſto pater & Dominus
„ noſter Leo decimus Pontifex maximus, huic inſtituto favere cupiens, ex Apo-
„ ſtolica Bibliotheca educta miſit ad Reverendiſſimum Dominum Cardinalem
„ Hiſpaniae"; tum inprimis in prologo ad Leonem X. Franciſci Simenii „ Grae-
„ ca Sanctitati tuae debemus, qui ex iſta Apoſtolica Bibliotheca antiquiſſimos
„ tum V. tum N. T. libros perquam humane ad nos miſiſti: qui nobis in hoc
„ negocio maximo fuerunt adjumento.

Haec verba *Erasmus* de nostro Codice intelligenda esse modo affirmasse modo negasse videtur. Cum enim *Stunica* ipsi objiceret, cur locum 1 *Jo.* V. 7. 8. aliter edidisset quam Complutenses? auctoritate nostri Codicis se defendit: „ Codex, inquit, vetustissimus in Vaticana bibliotheca summi Pontificis non habet testimonium triplex in cœlo; nimirum nobiscum faciens; nam Paulus „ Bombasius, consulto libro, locum mihi descripsit ad verbum ". Et clarius, licet falso, Epistola DCCCLXXXII. A°. 1527. scripta: de loco *Jo.* VII. 39. „ Quod a me factum est in Novo Testamento ex auctoritate Romani Pontificis, „ idem factum est apud Hispanos, impendio curaque Francisci Cardinalis Toletani in veteri Testamento, ex ejusdem Pontificis autoritate: quibus cum esset exemplar eximiae vetustatis, spectataeque fidei, exhibitum e Bibliotheca „ Vaticana, a quo jussi sunt non recedere, idem habebat ille codex probatus, „ quod omnes mei, quos non paucos habebam in consilio, quum illa scriberem. „ Eligat nunc iste calumniator, utrum velit Romanum Pontificem in jus trahere, an mihi dicam scribere, quod bona fide reddiderim quod habent incredibili „ consensu codices Graecorum omnes.

Cum vero postea autoritate hujus ipsius codicis, cum versione Latina consentientis & ab Erasmo & Complutensibus dissentientis, a *Sepulveda* premeretur, negavit hunc codicem vel Hispanis unquam missum vel ulla autoritate dignum esse. *In Capitibus argumentorum* editioni quintae A. 1535. praefixis. „ Hic, inquit, obiter illud incidit admonendum, esse Graecorum quosdam „ novi Testamenti Codices ad Latinorum exemplaria emendatos. Id factum est „ in fœdere Graecorum cum Romana ecclesia · quod fœdus testatur Bulla, quae „ dicitur aurea. Visum est enim & hoc ad firmandam concordiam pertinere. Et „ nos olim in hujusmodi codicem incidimus, & talis adhuc DICITUR asservari in Bibliotheca Pontificia. Verum ex his corrigere nostros, est Lesbiam, „ ut ajunt, admovere regulam. Illud potius spectandum, quid legerint veteres „ Graeci, Origenes, Athanasius, Basilius, Gregorius Nazianzenus, Chrysostomus, Cyrillus ac Theophylactus. Hoc eo visum est admonere, quod jam „ nunc quidam jactitant se trecenta loca notasse ex Codice pontificiae bibliothecae, in quibus ille consonat cum nostra vulgata editione Latina, cum mea „ dissonat. Quod si nos urgent autoritate Vaticanae bibliothecae, Codex quem „ secutus est in novo Testamento Franciscus, Cardinalis quondam Toletanus, „ non modo fuit ejusdem Bibliothecae, verum etiam a Leone X. missus est, ut „ hoc veluti bonae fidei exemplar imitaretur. Atqui is pene per omnia consentit cum mea editione, dissentiens ab eo, quem nunc quidam nobis objiciunt „ majusculis descriptum literis. Ab illo enim dissentiat oportet, si consentit cum „ Vulgata Latinorum editione ". Si quis vero existimet, Erasmum ab initio duos codices Vaticanos distinxisse, nostrum quem Complutenses secuti non sint, & alium, quem sint secuti; fateatur tamen necesse est, Erasmum, prout ipsi commodum erat, modo auctoritate nostri codicis contra Editionem Complutensem, modo auctoritate Editionis Complutensis contra Vaticanum nostrum pugnasse.

Si Erasmus excusari potest, qui, ut importunos accusatores evaderet, & diversis temporibus pugnantia scripsit, & ad fabulam confugit; eandem tamen etiam *I. Millio* ita placuisse, ut novis fictionibus adornaret, atque Complutensibus utrumque Codicem, & hunc de quo agimus, & alterum, quem confinxit Erasmus, ad manus fuisse contenderet, est quod mirer. De altero quidem Codice Vaticano, ad quem Editio Complutensis expressa esse dicitur, videbimus ubi ad illius Editionis descriptionem ventum fuerit: nostro vero Vaticano eos fuisse usos quo argumento aut qua ratione probat? Audiamus ipsum prol. 1090. „ Caeteri Codices omnes (ab Editionis Complutensis curatoribus) e bibliotheca „ Vaticana conquisiti sunt: iste CERTE inprimis, qui extat jam ad finem Bi-

„ bliorum Graecorum κατὰ τοὺς O. a Sixto quinto editorum, grandis ille, lite-
„ risque quadratis ſeu uncialibus, quos vocant, ante annos jam mille & ducen-
„ tos, uti perhibent, exaratus. Hujus enim HAUD DUBIUM EST, quin ra-
„ tionem habuerint Editores illi". Si confidentia pro ratione eſt, utique cre-
dendum eſt aſſeveranti: at omnem admirationem ſuperat, Millium, qui plures quingentis Lectionibus ex Codice Vaticano *falſo*, & nunquam a quoquam conſpecto, in editionem Complutenſem derivatas ſibi viſus eſt deprehendiſſe, ne unam quidem Lectionem, quae ex *vero* Codice Vaticano in illam profluxerit, nobis indicare potuiſſe.

Ut rem totam, quantum quidem a nobis fieri poteſt, in clariore luce collocemus, probabimus, tum Editionem *Complutenſem* non ex hoc codice derivatam eſſe, tum Codicem *Vaticanum* N. T. ex verſione *Itala* interpolatum, & in aliis etiam *Alexandrino* eſſe ſimilem, atque adeo ex eadem officina exiiſſe. In Veteri quidem Teſtamento Codex Vaticanus & ab Alexandrino & a Complutenſi toto coelo diſtat: Vaticanus plerumque exhibet puram Septuaginta Interpretum Verſionem; Alexandrinus vero Hexaplarem Origenis, neglectis tamen obelis & aſteriſcis, interdum etiam, ut in libris Joſuae & Judicum, verſionem Theodotionis; Complutenſes denique, ubi a Vaticano & Alexandrino diſſentiunt (diſſentiunt autem locis pene infinitis, praecipue in Jeremia) lectiones quas exhibent, non ex aliquo Codice Graeco ſumſiſſe, ſed ſive ex Hebraeo, ſive potius ex Hieronymi verſione Latina, imperite ſaepius in ſermonem Graecum tranſtuliſſe videntur. Sed de V. T nunc non agitur. In N. T. Editores Complutenſes vix tria quatuorve loca ad Codices Latinos formarunt, Βεελζεβοὺβ, idque ſemel tantum Matth. X. 25. δοξολογίαν Orationis Dominicae Matth. VI. 13. ἴδια 2. Cor. V. 10. & βελίαλ VI. 15. denique 1. Jo. V. 7. 8.: at Vaticanus Codex ultra trecenta, ſi teſtibus ab Eraſmo citatis credimus. Neque vero ratio ulla excogitari poteſt, cur eorum teſtimonium in dubium vocari debeat; cum confirmetur & per R. *Bentlejum*, qui ſaepe inter amicos narrare ſolebat, Vaticanum Codicem in omnibus fere cum Alexandrino (adeoque etiam, ut ſupra demonſtravimus, cum Verſione Itala) convenire: & re ipſa, nam Matth. V. 22. non habet εἰκῆ, 1. Jo. IV. 3. non habet χριστὸν ἐν σαρκὶ ἐληλυθότα; ut alia, paſſim in V. L. noſtris annotata, nunc taceam. Praeterea Sectiones N. T. in capita, quas Zacagnius in hoc codice invenit, multo proprius accedunt ad Codicum Latinorum veterum quam ad Graecorum diviſionem. Denique Codex hic, aeque atque Alexandrinus, non habet hiſtoriam adulterae Jo. VIII. & Epiſtolam ad Hebraeos ponit ante epiſtolas ad Timotheum, Titum, atque Philemonem.

Codicem *Vaticanum* ex Verſione Itala interpolatum eſſe, vidit etiam *H. Grotius* in *Marc.* XV. 8. „ Quod Vaticanus Codex habet ἀναβὰς, accedit ad ea
„ argumenta, quibus moveor ut credam, quaedam Marci exemplaria Graeca ad
„ Latinam verſionem mutata". Quod vero Th. *Mareſchallus* qui Gothicam verſionem edidit, objicere videtur, ſententiam Grotii noſtramque non frangit, ſed firmat potius. „ Quod ſi verum eſt, inquit, neceſſario conſequetur, &
„ Exemplar quo uſus eſt Interp. Gothicus primaevus, & exemplar illud Bezae,
„ ob vetuſtatem raram adeo celebratum, paſſa quoque fuiſſe hanc mutationem:
„ quoniam utrumque hac in lectione conſentiunt cum Vulgata Verſione Latina.
„ His inſuper adjungi poteſt translatio Ægyptiaca". Idem ſuſpicatus eſt R. *Simonius* ut p. 18. diximus. Quin & ipſe Millius tandem in eandem ſententiam manibus pedibusque conceſſit *Prol.* 1479. „ Inter Codices a quibus Matth. V.
„ 22. abeſſe notavimus vocem εἰκῆ, occurrebat Codex celebris *Vaticanus*, a Lu-
„ ca Brugenſi crebro notatus. De eo autem neceſſe eſt hic pauca dicere. Codex
„ ille ipſe eſt, qui Bibliorum τῶν O. Sixtinorum volumen poſtremum conficit;
„ ſcriptus literis quadratis ſive uncialibus. Et certe cum in Occidentalium gra-
„ tiam a Latino ſcriba quopiam exaratus fuerit (vide *Simon.* Hiſt. Crit. N. T.

„ Part.

„ Part. I. c. 32.) tum ex citatis ex eo conſtat, eum inſecutum eſſe Textum, „ cum *Italica* Verſione mirifice congruentem. Hinc incunctanter ipſum inter „ Codices, qui ad Exemplar Latinum ſeu conficti, ſeu ſaltem caſtigati fuiſſent, „ reponendum cenſebam, ideoque nec dignum eſſe, cujus variationes multa cum „ difficultate comparandae eſſent.

C. Codex in Bibliotheca *Regis Galliarum* numero 1905. olim Nicolai Rodulfi Cardinalis, ad quem aliquot Sadoleti exſtant Epiſtolae, continet S. EPHREM Syri varia Opuſcula Graeca, ſub quibus in eadem membrana atramento flaveſcente aut potius ſpongia deleto latent inſignia fragmenta V. & N. T. a *P. Allixio*, ut ex ipſo didici, primum detecta, poſtea a Cel. *Boivinio* Bibliothecario R. cum editis hinc inde collata, ac Bernardo Lamy auctori Harmoniae Evangelicae, ut & Kuſtero, cum editionem N. T. Millianam iterum praelo ſubjiceret, communicata, a me vero ſemel atque iterum multo accuratius collata. Singulae paginae ſingulas exhibent columnas; habet Τίτλους & Κεφάλαια Euſebii a prima manu. Plurimas etiam recepit Correctiones ſuper voces eraſas in textu, & principia Ἀναγνωσμάτων in margine; ſed alia manu ita imperita, ut facile a priori diſcerni poſſit. Negligentiae Deſcriptoris exempla ſunt rariora, occurrit tamen notabile Apoc. X. 10. ubi, cum poſt voces καὶ ὅτε ſequentia eſſent addenda, librarius aberrante oculo rediit ad Cap. VIII. 1. καὶ ὅτε ἤνοιξε &c. ac poſt quatuor demum verſus deſcriptos errorem ſuum deprehendit, inde perrexit verſu 3. Capitis XI., perperam vero ſcripta corrigere neglexit, haud dubie ne litura apparens vitium Codicis proderet. Folia habet 209. ex quibus 62. nullo ordine quidem debito ſeſe excipientia, ſed temere compoſita, continent fragmenta ex Jobo, Proverbiis, Eccleſiaſte, Cantico, Sapientia & Siracide στιχηρῶς ſcripta. Reliqua pari modo confuſa exhibent partem N. T. quorum laterculus licet aliquot locis vitioſus in ipſius Codicis frontiſpicio extat.

Deficit iſte Codex in

Matth.	V. 15.	ad	VII. 5.		XVI. 36.	ad	XX. 10.
	XVII. 27.	——	XVIII. 28.		XXI. 31.	——	XXII. 20.
	XXII. 21.	——	XXIII. 17.		XXIII. 18.	——	XXIV. 14.
	XXIV. 10.	——	—— 45.		XXVI. 20.	——	XXVII. 16.
	XXV. 30.	——	XXVI. 22.		XXVIII. 5.	——	fin.
	XXVII. 11.	——	—— 46.	Jac.	IV. 3.	——	fin.
	XXVIII. 15.	——	Marc. I. 17.	I. Pet.	IV. 5.	——	fin.
Marc.	VI. 32.	——	VIII. 15.	I. Jo.	IV. 3.	——	II. Jo.
	XII. 30.	——	XIII. 18.	Rom.	II. 5.	——	III. 21.
Luc.	II. 6.	——	—— 42.		IX. 6.	——	X. 14.
	III. 21.	——	IV. 25.		XI. 31.	——	XIII. 10.
	VI. 4.	——	—— 36.	I. Cor.	VII. 18.	——	IX. 6.
	VII. 17.	——	VIII. 28.		XIII. 8.	——	XV. 40.
	XII. 4.	——	XIX. 42.	II. Cor.	X. 9.	——	Gal. I. 20.
	XX. 28.	——	XXI. 20.	Eph.	I.	——	II. 18.
	XXII. 20.	——	XXIII. 25.		IV. 17.	——	Phil. I. 22.
	XXIV. 7.	——	—— 45.	Philip.	III. 5.	——	fin.
Joann.	I. 42.	——	III. 32.	I. Theſſ.	II. 9.	——	Hebr. II. 4.
	V. 17.	——	VI. 37.	Hebr.	VII. 26.	——	IX. 15.
	VII. 3.	——	VIII. 34.		X. 24.	——	XI. 15.
	IX. 11.	——	XI. 7.	I. Tim.	I.	——	III. 9.
	XI. 47.	——	XIII. 8.		V. 20.	——	fin.
	XIV. 8.	——	XVI. 21.	Apoc.	III. 20.	——	V. 14.
	XVIII. 36.	——	XX. 25.		VII. 14.	——	IX. 16.
Actor.	IV. 3.	——	V. 34.		XVI. 14.	——	XVIII. 2.
	X. 43.	——	XIII. 1.		XIX. 10.	——	fin.

Quae

Quae ideo adnotavi, tum ne quis frustra in illo Codice quaereret, quae ibi non inveniuntur: tum ut perspicaciores plura detegerent; saepe enim ob summam rei difficultatem voces obsoletas eruere atque assequi legendo non potui.

Ad *Hebraeos* VII. 7. in margine a manu correctoris legitur: εις την υπαπαντην τȣ κυ ημων ιυ χυ; unde consequi puto, Codicem ipsum a prima manu ante scriptum fuisse, quam *Festum Purificationis Mariae* esset institutum; id autem factum est A°. 542. Quod porro confirmatur ex convenientia tum characterum tum lectionum inter istum Codicem & Alexandrinum, quae tanta est, ut nullus dubitem, utrumque ejusdem aetatis atque originis esse, hoc est, utrumque ex Versione Itala fuisse interpolatum. In eo etiam convenit iste Codex cum Alexandrino & Vaticano, quod & Historia Adulterae caret, & ordinem Epistolarum Pauli eundem servat.

D. Codex CANTABRIGIENSIS. Hoc Codice usum fuisse existimo *Thomam Charkel* sive *Heracliensem*, cum A°. 615. Alexandriae Versionem Syriacam alteram, auspiciis Philoxeni adornatam, cum Codicibus Graecis conferret, & Variantes Lectiones in margine annotaret. In eo enim margine plurimae valde longae, addo etiam valde absurdae lectiones reperiuntur, quas frustra alibi quam in Cantabrigiensi codice quaeras, vid. *Act.* VI. 10. VII. 21. VIII. 28. X. 17. (in editione Oxoniensi Millii) XVI. 35. 39. XVIII. 11. XIX. 5. 9. 28. XX. 23. Usus autem est Thomas Codice hoc integro, unde factum, ut in postremis *Actorum* Capitibus, ubi Codex nunc est mutilus, non paucas exhibeat Lectiones ejusdem h. e. πονηρȣ κόμματος. Probabilius mihi saltem videtur, Codicem Thomae & Cantabrigiensem esse unum eundemque: quid enim necesse est, alium similem atque gemellum creare, eumque statim ad nihilum redigere? licet, utrum eligas, res eodem fere recidat.

Ex Ægypto codex iste vel rediit vel primum allatus est in Galliam, quod discimus ex *Christiani Druthmari* expositione in Matthaeum, qui „ Vidi, in„ quit, librum Evangelii Graece scriptum, qui dicebatur Sancti Hilarii fuisse, „ in quo primo erant Matthaeus & Johannes, & post alii duo. Interrogavi „ enim Euphemium Monachum Graecum, cur hoc ita esset? dixit mihi: in si„ militudinem boni agricolae, qui, quos fortiores habet boves, primo jungit". Fuit autem Druthmarus iste natione Aquitanus, monachus postea Corbejensis, vixitque circa annum 840. Utrum vero Codicem in urbe Pictavorum, quae Aquitaniae pars erat, an in Claro Monte, an Corbejae viderit, non dicit: vidit tamen, nisi admodum fallor, hunc ipsum Codicem Cantabrigiensem, qui unus & solus omnium Codicum Graece scriptorum hunc ordinem servat.

Postquam diu latuisset Codex noster, iterum in lucem productus est circa tempora Concilii Tridentini, quod conjicio ex *Mariani Victorii* notis in Hieronymum, in quibus citatur „ antiquissimus Graecus Codex, quem Tridentum at„ tulerat *Claromontanus Episcopus* A°. 1546". is erat, ut ex Actis Synodicis constat, Guilielmus a Prato, qui, ad locum Joann. XXI. 22. prout in Latinis exemplaribus legitur confirmandum, istius Codicis Graeca protulit, ἐὰν ἀυτὸν θέλω μένειν ὅυτως, ἕως ἔρχομαι, *si eum volo sic manere, usque dum venio.* Haec enim lectio hactenus in solo Cantabrigiensi reperta est.

Paulo post *Robertus Stephanus* amplam ejus fecit mentionem in editione N. T. A°. 1550. est enim ipsius Codex secundus, quem ita describit in praefatione Graeca: τὸ β. ἐςὶν τὸ ἐν Ἰταλίᾳ ὑπό τινων ἡμετέρων ἀντιβληθὲν φίλων, in Latina vero & *vetustissimum* vocat *exemplar in Italia ab amicis collatum.* Potuit enim jure suo Codicem Italicum vocare, sive quod a filio ipsius Henrico tunc temporis Italiam perlustranti in ipsa Italia repertus, atque Episcopo Claromontano traditus, sive quod Tridenti in finitima Italiae urbe aliquandiu asservatus fuisset. Esse autem unum atque eundem Codicem Stephani secundum & hunc Cantabrigiensem elucet ex collatione Lectionum, quae tanquam ex duobus diversis Codici-

dicibus hactenus prolatae fuerunt; non enim singulares modo Lectiones & huic Codici propriae utrobique comparent, sed & inseruntur subinde sat multa, quae nullus alius Codex agnoscit, ut sexcentis ex locis vix unus occurrat, ubi vel in uno apice inter se discrepant, ubi scilicet vel typothetam vel correctorem dormitasse apparet. Et quod in primis notandum, cum in Cantabrigiensi Codice hinc inde folia quaedam in Matthaeo atque Joanne, cum sex postremis Capitibus Actorum Apostolicorum, desiderentur, etiam Stephanianus secundus, qui alias utramque paginam occupat, in omnibus illis locis nusquam comparet, neque ulla ex eodem lectionis varietas affertur; quae omnia sane in duobus simul Codicibus ita casu fortuito conspirare haud potuerunt.

Denique hunc Codicem praeconio suo nobilitavit *Theodorus Beza*, cum N. T. suum ederet, cujus verba audire lubet: „ quid sit a nobis, inquit, in hac „ tertia hujus Voluminis Editione praestitum, sic paucis cognosce ---- Multa ---- „ in priore quidem horum librorum parte i. e. in quatuor Evangeliis & Actis „ Apostolicis ex Manuscripto Graeco-Latino, ex D. Irenaei Coenobio Lugdu- „ nensi eruto, & majusculis utrinque literis descripto, tantaeque vetustatis Co- „ dice, ut ipsius pene Irenaei temporibus extitisse videri possit, nisi ex Graecia „ fuisse ante aliquot secula importatum ex aliis indiciis constaret. In posteriore „ vero, i. e. Pauli Epistolis ex alio paris vetustatis exemplari, in Claromonta- „ no apud Bellovacos Coenobio reperto, plurima non parvi momenti observavi- „ mus. Genevae xx. Febr. CIↃ IↃLXXXII". In hac primum Editione frequenter ad istum Codicem verbis ejusmodi provocat: „ in meo venerandae impri- „ mis antiquitatis Codice, vetustissimum illud meum exemplar &c". Eundem tamen Codicem jam anno superiore Academiae Cantabrigiensi donaverat, cujus donationis sequens Epistola fidem facit a me ex Autographo descripta:

„ Inclytae modisque omnibus celebratissimae Academiae Cantabrigiensi Gra- „ tiam & Pacem a Deo Patre ac Domino nostro Jesu Christo. Quatuor Evan- „ geliorum & Actorum Apostolicorum Graeco-Latinum Exemplar ex S. Irenaei „ Coenobio Lugdunensi ante aliquot annos nactus, mutilum quidem illud, & „ neque satis emendate ab initio ubique descriptum, neque ita ut oportuit ha- „ bitum, sicut ex paginis quibusdam diverso charactere insertis, & indocti cu- „ juspiam Graeci Calogeri barbaris alicubi notis apparet, Vestrae potissimum „ Academiae, ut inter vere Christianas vetustissimae, plurimisque nominibus ce- „ leberrimae, dicandum existimavi, Reverendi Domini & Patres, in cujus Sa- „ crario tantum hoc venerandae, ni forte fallor, vetustatis monimentum collo- „ cetur. Etsi vero nulli melius quam vos ipsi, quae sit huic exemplari fides ha- „ benda, aestimarint, hac de re tamen vos admonendos duxi, tantam a me in „ Lucae praesertim Evangelio repertam esse inter hunc Codicem & caeteros „ quantumvis veteres discrepantiam, ut vitandae quorundam offensioni asser- „ vandum potius quam publicandum existimem. In hac tamen non sententia- „ rum sed vocum diversitate nihil profecto comperi, unde suspicari potuerim, „ a veteribus illis haereticis fuisse depravatum. Imo multa mihi videor deprehen- „ disse magna observatione digna: quaedam etiam sic a recepta scriptura discre- „ pantia, ut tamen cum veterum quorundam & Graecorum & Latinorum Patrum „ scriptis consentiant; non pauca denique, quibus vetusta Latina Editio corro- „ boratur: quae omnia pro ingenii mei modulo inter se comparata, & cum Sy- „ ra & Arabica editione collata, in majores meas Annotationes a me nuper „ emendatas, & brevi, Deo favente, prodituras congessi. Sed age res haec „ tota vestri, sicuti par est, judicii esto: Tantum a vobis peto, Reverendi Do- „ mini & Patres, ut hoc qualecunque summae in vestram Amplitudinem Obser- „ vantiae meae veluti monimentum, ab homine vestri studiosissimo profectum, „ aequi bonique consulatis. D. Jesus Servator noster, & universe omnibus & „ privatim singulis, totique adeo Christianissimae Anglorum Genti magis ac

„ magis pro bonitate ſingulari ſua benedicat. Genevae VIII. Idus Decembris „ Anno CIↃ IↃLXXXI". In principio ejuſdem Codicis manu Bezae haec ſcripta ſunt: „ Eſt hoc exemplar venerandae vetuſtatis ex Graecia, ut apparet ex „ barbaris Graecis quibuſdam ad marginem adſcriptis, olim exportatum, & in „ Sancti Irenaei Monaſterio Lugduni ita ut hic cernitur mutilatum, poſtquam „ ibi in pulvere diu jacuiſſet, repertum, oriente ibi civili bello anno Domini „ 1562".

Aut vero omnia me fallunt, aut Beza permutavit ac confudit nomina ſuorum Codicum, vocando Lugdunenſem, qui Claromontanus erat, & viciſſim; ſi enim ſtatuamus Evangeliorum Codicem fuiſſe Claromontanum, egregie illuſtratur, quod ſupra ex Victorio attulimus, dummodo *Clarum montem* non obſcurum apud *Bellovacos* coenobium, ut Beza putavit, ſed antiquiſſimam Epiſcopi ſedem apud *Arvernates* intelligamus: ſin autem verum eſt, eum Lugduni in pulvere jacuiſſe ad annum 1562. difficultas inexplicabilis exiſtit, unde Stephanus ſecundi ſui h. e. ejuſdem Codicis lectiones A. 1550. hauſerit?

Quid quod Beza ipſe hunc Codicem in Corpore Annotationum nusquam, quod ſciam, Lugdunenſem, in ultima vero Editione ſua diſerte Claromontanum appellat? in Luc. XIX. 26. „ Malim, inquit, cum illo vetuſtiſſimo Cla„ romontano Codice ſervata particula γὰρ verſiculum 25. expungere". & Actor. XX. 3. „ Caeterum codex ille noſter Claromontanus totum hunc locum ſic „ legit. &c".

Dixi ſupra, Cantabrigienſem hunc & Stephani ſecundum eſſe unum eundemque Codicem; non quin ſciam, Bezam tanquam duos ſejunctos Codices adducere conſueſſe Matth. VI. 1. 6. X. 23. Marc. I. 2. 5. 11. 12. 38. Luc. IV. 8. V. 7. VI. 5. XVI. 19. Act. XV. 20. XVI. 38. „ ab hoc loco usque ad „ extremum Capitis comperitur mira in meo vetuſtiſſimo & alio praeterea Ma„ nuſc. Codice varietas": at non ejusmodi aſſertione moveor, ut a ſententia diſcedam, praeſertim cum ipſe Beza hac in re parum ſibi conſtet, & in tertia Editione omiſſa mentione ſecundi exemplaris, quod in prioribus ad partes vocaverat, iisdem locis vetuſtiſſimi tantum ſui Exemplaris mentionem faciat, vid. in Matth. V. 30. XXVIII. 12. Marc. V. 31. quae ſane nominum permutatio ſuſpicionem noſtram confirmat, ipſum Bezam compertum habuiſſe, diverſos Codices non eſſe Stephani & ſuum, ſed unum eundemque.

Conſtat iſte Codex 413. foliis in quarto majori, ſingulis paginis lineas 33. continentibus, complectiturque Evangelia & Acta Apoſtolorum Graece & Latine; niſi quod deſiderantur duo folia a Matth. I. ad 20. item a Matth. VI. 20. ---IX. 2. octo folia. XXVII. 1.---12. Joann. I. 16.---II. 26. Actor. VIII. 29.---X. 14. ---XXI. 2. ---10. XXII. 10.---20. denique a verſ. 29. hujus Capitis omnia usque ad calcem. *Patricius Junius* cum Textu vulgato Graeco illum exacte contulit, varietatesque omnes cum Uſſerio & cum fratribus Puteanis communicavit, quae per illos Morino & Curcellaeo, per iſtum autem Waltono in Polyglottis edendae innotuerunt. Hujus Codicis apographum confeci A°. 1716.

Scriptum fuiſſe neque in Graecia neque a Graeco (ut Beza putarat) ſed in Occidente ab homine, καλλιγραφίας quam vel Graecae vel Latinae linguae peritiori, Latino tamen apparet; quod & adjecta Latina interpretatio docet, quam nemo Graecus unquam adjungere patria lingua ſcripto Codici curaverit; & planius ipſius Codicis inſpectio declarat, cui enim Graeco nato veniſſet in mentem, ut ad Latinam ſcribendi rationem Graeca refingeret? qualia in hoc Codice obvia ſunt paſſim ridiculae diligentiae ſpecimina, cum σαμαριτάνων, δανιήλου, λεπρώσου, φλαγελλώσας, πέτρους exhibet: idem γεινώσγει, ἐχθρὸς, διανύχθητι, ζβέσει, ζβέννυται, ζμύρναν; porro κατεγέλων ἀυτὸν, δεήθητε τὸν κύριον, ἠκούσαμεν ἀυτὸν, παιδάριον ὃς, ἄλλαι πλόιαι πολλαὶ & ſexcenta ſimilia. Sed quid quod nec Latina ſaniora ſunt? „ calicem quod, te nocui, ſanguis quod effunditur, ut „ ſe-

„ seducantur & electos, agrum quod dedit, ut dedit, opera testimonium dat, „ adpraehendit tenebra, audierit verborum, manifestatetur opera". Qualia & in veteri Itala versione non pauca reperiuntur.

Rursus ex aliis indiciis apparet, descriptorem hujus Codicis, quisquis ille fuerit, in Graecis & Latinis non plane nihil intellexisse, ut quando pro θελόντων scribit τελωνῶν, ἁμαρτάνουσαι pro αἱ μαρτυροῦσαι, ἐργαζόμενοι pro ὀργιζόμενοι, ἔτι ἄρα pro ἐπάρας, πείσει pro μισεῖ, ἀποκαλύψει pro ἀποκυλίσει, ἁγίας pro ἀπειλάς, μέσον pro μένον, δόξη pro δεξιά, τὸ πρόσωπον pro τὸν τόπον; & cum ἀγραυλοῦντες vertit per *cantantes*; alibi *nolite timere pusillum gregem*. Nonnunquam unicam vocem Graecam duabus Latinis vertit, ut *perfecti consummati*; alias ipsi textui Graeco superflua quaedam adsuit, ut cum εἷς μόνος, item εἶτα μετὰ τοῦτο, & ἀνάγαιον οἶκον exhibet. Nonnullis locis etiam Graecas literas Latinis, & aliis Latinas Graecis admiscuit; ut τυbλοὶ, ἀπέσταlκεν; & dicentec. Characteris quidem forma atque Orthographia similis est atque in vetustissimis Codicibus, nisi quod contra morem Graecorum librariorum vocales η & ε, & consonas τ & θ confundat; in Latino scribit *temptatio*, *quotiens*, *thensaurus*, *intellegitis*, *calciamenta*, *mercennarii*, *anticus*, *locuntur*, *inicus*, *secuntur*, frequentissime etiam confundit *u* consonans & *b*. μερίμναις vertit *soniis*, quod Gallicum est *soins*, κατάλυμα *refectio*, κυλλοὺς *sideratos*, κλέψη *involet*, διατρίβειν, *demorari*, κολυμβήθρα *natatoria piscina*, κηδεμονεῖν *taediari*, ῥήσσει *applontat*, διϊσχυρίζετο *certabatur*, ἐσθῆτα λαμπρὰν *opertorium candidum*, ἀργυρίου μυριάδας πέντε, *sestercia ducenta*; pro Graeco δηνάριον in Latino habet signum ✱, & quod inprimis notandum, τοὺς σεβομένους *coelicolas* vertit in Actis; unde lux affulget verbis Constitutionis Honorii, quam Gothofredus operosa Dissertatione explicare non potuit: intelliguntur autem illi, qui Judaeis olim Proselyti portae, in Anglia autem, antequam vocabulum istud in longe aliam significationem degeneraret, vocati sunt Deistae.

Plurimae etiam in hoc Codice adsunt *Correctiones*; quaedam a prima manu, ubi videtur spongia deletae Scripturae altera superinducta, nulla siquidem rasurae vestigia apparent: aliae a manu aliena, eadem nempe, quae Canones Eusebianos margini adscripsit, & ἀρχὴν & τέλος Lectionum, Charactere satis adhuc Graeco. Denique Latinus aliquis circa Seculum X. ut videtur, lacunas quasdam explevit, nimirum a Marci XVI. 15. ad finem. Jo. XVIII. 13.---XX. 13. Matth. III. 8.---16. hic & *y* & *e* Latinarum fere literarum forma repraesentat.

Denique in margine occurrit manus, ut Beza putavit, Calogeri Graeci, ut nos vero existimamus Monachi Latini, qui contra omnes Orthographiae regulas varia allevit, ita tamen ut haud obscure proderet cujas esset, v. gr. παραυγμα pro πρᾶγμα, πένψον, παρασκευγὴ & Δαυγὶδ pro πέμψον, παρασκευὴ & Δαυίδ. Similiter in MS. Bodlejano Symboli vetusti literis Latinis legi *pisteugo*, pro πιστεύω, & *igito* pro ἤτω, ubi Hickesius praef. p. 20. ita commentatur: „ In „ nostro Symbolo πιστεύω scribitur *pisteugo*, quemadmodum & in specimine „ Franco Gallici Codicis, qui olim fuit Dionysiani prope Parisios Monasterii, „ quod exhibet D. Jo. Mabillon Lib. V. de re diplom. p. 366. sic quoque in „ nostro Symbolo ἐκπορευόμενον scribitur *ekporeugomenon*, ubi *g* non habet valo„ rem τοῦ γ. tertii Graecorum & Moeso-Gothorum elementi, sed τοῦ *G* sep„ timi Moeso-Gothorum, quod eodem olim modo sonabat, ut *i*. quomodo & „ ipsum *g*. ante *e*. vel *i*. pronunciant Franco-Galli". Hic porro observo, etiam Codicem *Alexandrinum*, quod Millius annotare neglexit, 1. Tim. I. 19. legere ἐναυγάγησαν; quod suspicionem praebet, a librario Latino fuisse scriptum, nisi si quis illud γ. interpositum esse Digamma Æolicum malit.

„ Hujus certe, de quo jam agimus, Graeca quod attinet, vix dici potest, „ quam supra omnem modum in iis digerendis licenter se gesserit ac plane lasci„ vierit interpolator quisquis ille. In animo ipsi fuisse credideris, non quidem „ Tex-

„ Textum ipſum exhibere, quem ediderant ipſi Evangeliſtae, ſed, obſervato „ duntaxat S. Textus ordine & hiſtoria, ſingula Evangelia abſolutiora reddere. „ Huc enim faciunt intromiſſae in cujusque Evangelii textum particulae variae „ integraeque Periodi reliquorum: huc traductae ex Evangeliis Apocryphis περικοπαί"; quibus *Millii Prol.* 1274. verbis, quae noſtra fecimus, addimus & omiſſiones quamplurimas & mutationes occurrere, praecipue ubi authenticam lectionem repugnare exiſtimabat vel hiſtoriae veritati, vel gloriae Chriſti, vel aliis Scripturae locis, exigui admodum judicii Conſarcinator: ſed multo ſaepius deflexit idem, quoties ex Latinis ſive Verſione Itala fecit Graeca, ita ut Vocabulorum & Phraſium violenta detorſio cuivis appareat; quod etiam obſervarit *Lucas Brugenſis* ad Coronidem orationis Dominicae ita ſcribens": Ad Latina caſtigatum vehemens mihi ſuſcipio eſt, cum ex hoc loco, tum ex aliis pluribus"; & ante ipſum *T. Beza* conſenſum ſui Codicis cum Verſione Vulgata & vidit & miratus eſt, ad *Luc.* VIII. 54. ἐκβαλὼν ἔξω πάντας, „Vetus interpres, inquit, haec non legit: reperimus tamen in omnibus vetuſtis Codicibus, ſi ſecundum & octavum excipias, quorum mirificus eſt cum vulgata editione conſenſus"; quo magis miror, eum conſenſum iſtius cauſam videre non potuiſſe.

Hinc patet quam perverſe *Morinus*, praeeunte ex parte *Beza* & ſequente *Simonio*, ex talibus Codicibus Graecis Verſionem Latinam confirmari poſſe judicaverit, Exercitationum Biblicarum ſecunda libri primi Cap. 3 & 4. vere quidem praefatus „praejudicio occupatis nihil eſſe tam ſincerum, quod adulterinum non videatur". Quod ſcite in ipſum retorſit Millius: „ iſtiusmodi „ hominibus, inquit, nihil eſſe tam adulterinum, quod non videatur ſincerum". Morino ſcilicet Matth. IX. 42. ποτήριον ὕδατος ψυχροῦ pro ποτήριον ψυχροῦ, ſincerum & genuinum videbatur. XIII. 3. ἐξῆλθεν ὁ σπείρων σπεῖραι, omiſſo articulo, pro eo quod nos legimus, ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπείρειν. XIV. 24. τὸ δὲ πλοῖον ἦν εἰς μέσον τῆς θαλάσσης, pro τὸ δὲ πλοῖον ἤδη μέσον τῆς θαλάσσης ἦν. XV. 8. πόῤῥω ἐστὶν ἀπ' ἐμοῦ, pro πόῤῥω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ. Jo. XI. 19. πρὸς Μάρθαν καὶ Μαρίαν, pro πρὸς τὰς περὶ Μάρθαν καὶ Μαρίαν. XX. 15. εἰ σὺ ἦρες αὐτὸν, non εἰ σὺ ἐβάστασας αὐτόν. XXI. 23. ἐξῆλθεν οὖν ὁ λόγος οὗτος εἰς τοὺς ἀδελφοὺς addit, καὶ ἔδοξαν. Luc. XVII. 18. ἐξ αὐτῶν οὐδεὶς εὑρέθη ὑποστρέφων ὃς δώσει δόξαν τῷ θεῷ ipſi ſincerius eſt, quam οὐχ εὑρέθησαν ὑποστρέψαντες δοῦναι δόξαν τῷ θεῷ. XXIII. 28. ἐξ ἱκανῶν χρόνων ſincerius, quam ἐξ ἱκανοῦ. Marc. VI. 30. εἰς τοὺς ἔγγιστα ἀγροὺς pro εἰς τοὺς κύκλῳ ἀγρούς. VIII. 25. ἤρξατο ἀναβλέψαι-ὥστε ἀναβλέψαι, pro ἐποίησεν αὐτὸν ἀναβλέψαι-καὶ ἐνέβλεψε. Act. VIII. 24. addit: ὃς πολλὰ κλαίων οὐ διελίμπανε, quae verba plane ſunt ἀπροσδιόνυσα. XVI. 13. οὗ ἐδόκει pro οὗ ἐνομίζετο. XVIII. 14. ἐντιθεὶς τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου vers. 21. ἀποταξάμενος καὶ εἰπὼν pro ἀπετάξατο αὐτοῖς εἰπών. XX. 16. μήποτε γενηθῇ αὐτῷ κατάσχεσίς τις pro ὅπως μὴ γένηται αὐτῷ χρονοτριβῆσαι. Obteſtor hic omnes ſano judicio praeditos, ac literarum Graecarum peritos, judicent utra Lectio ſit ſincerior, illane quam noſtri Codices exhibent, an quam Morinus ex Codice Bezae Graeco-Latino protulit? ita omnes iſtae Morinianae interpolationem indocti Latini ſapiunt, ut non niſi literarum Graecarum omnino rudi cuipiam pro Graecis arridere poſſint. Et ſane Linguae Graecae ignorantiam Morinus non in his tantum, ſed & alias prodidit: „ Contigit enim, ut narrat Scriptor vitae ejus *R.* „ *Simonius*, ut in familiari colloquio oborta fuerit quaeſtio aliqua de iis, quae „ tunc a Theologis, juſſu & auctoritate Pontificis Maximi Romae congregatis, „ diſputabantur, cujus quaeſtionis explicandae cauſſa librum manuſcriptum „ ſcriptoris cujusdam e junioribus Graecis conſulere neceſſe fuerit, ſtatim Codex MS. Morino legendus offertur rogaturque, ut ſuam de ſcriptoris illius „ mente ſententiam diceret: verum Holſtenio & Allatio minime ſatisfecit, iisque viſus eſt linguae Graecae parum peritus".

Diu

Diu ante Morinum ejusdem ſententiae fuit *J. G. Sepulvedas*, qui Epiſtola ad Eraſmum 23. Maji 1534. Roma ſcripta, & in *Append.* Epiſt. Eraſmi n. CCCLXXVI. edita. „ Quod pertinet, inquit, ad librum Pontificium, „ (Codicem *Vaticanum* intelligit, de quo egimus ſupra p. 23.) Graecos codices Novi Teſtamenti, Graecorum quorundam vel malitia vel levitate, fuisſe depravatos, id ipſum, quod ſcribis, fides eſſe debet indubitata, quod Graecorum ad ſanitatem redeuntium foedere inito cum Eccleſia Romana cautum fuerit, ut Graeci Codices ad Romanam lectionem emendarentur; nam quomodo poterant clarius utrique conteſtari, exemplaria Romana lectionem veram & germanam retinere, Graecorum eſſe vitiata? Nam quod ais, Graecam lectionem a Graecis autoribus eſſe petendam, diceres aliquid, ſi rationem Graeci ſermonis affirmares a Graecis commodius quam a Latinis explicari: At libros archetypos, fundamenta noſtrae religionis continentes, qui Graece fuerunt a ſuis autoribus ſcripti, cur non credamus ſanctius, gravius & incorruptius aſſervatos eſſe in ſcriniis ac in bibliothecis Eccleſiae Romanae, quae caput eſt Chriſtianorum, & ſemper fuit norma Catholicae pietatis, quam in Graecia, quae ſemper fuit haereticorum & leviſſimorum hominum fraudibus & motu rerum novarum agitata? quod accidiſſe certum eſt in LXX. Decreta Concilii Nicaeni, quae cum integra in ſcriniis eccleſiae Romanae asſervarentur, tamen ad Orientem in quibusdam eccleſiis ab haereticis incenſa ſunt, in aliis ad minorem numerum redacta, ſublatis videlicet, quae ipſorum conſiliis aut conatibus obſtitura videbantur; ut Athanaſius & caeteri Epiſcopi ex Alexandrina Synodo in Epiſtola ad Marcum Papam conqueruntur, a quo exemplum decretorum ipſorum, quod petebant, receperunt. Adde quod libri tutiores ab injuriis eſſe ſolent, & minus a ſciolis, Scholia ſaepe cum Scripturis confundentibus, vitiari, ubi a paucioribus vel leguntur vel intelliguntur; niſi forte hoc dicis placuiſſe in foedere, ut dictio Graeca emendaretur ad Latinam, quod nec eſt probabile, praeterquam in certo aliquo loco, & nunquam factum fuiſſe certum habeo: nam articulum, quem citas ex Aurea Bulla, licet duas aureas Bullas in libro Conciliorum perlegerim, invenire non potui; quam igitur dicas, & unde a nobis petenda ſit, obſecro te, ne graveris ad nos perſcribere. Vale".

Quid Eraſmus reſponderit, non ſcio: ſed hoc ſcio, argumenta Sepulvedae facili negotio diſſolvi poſſe. Quod enim primo affert *Teſtimonium* ipſius Eccleſiae Romanae & Graecorum, qui ad illam defecerunt, nihil probat, cum nullus idoneus teſtis in re ſua intelligatur. Fateor, Eccleſiam Romanam omnibus aliis, quas ſibi adjunxit, vel ſubjecit potius, imperaſſe, ut Codices ſuos ad editionem Latinam conformarent: ſed non quaeritur, quid factum fuerit, ſed utrum recte factum ſit, quod factum eſt. Ne jam dicam, extare etiam Codices a Latino ſcriptos, & a Graeco correctos, cujus rei exemplum eſt Codex Claromontanus. Quod porro praedicat Eccleſiae Romanae *orthodoxiam*, nihil ad rem facit: nam in tot Codicibus ex Graecia allatis ne una quidem hactenus reperta eſt Lectio, quae haeretico dogmati faveat; ne jam dicam, de codicibus Graecis Latinorum, inprimis de noſtro Cantabrigienſi, ejusque lectione Luc. VI. 5. viros doctos aliter judicare. Cum igitur omnes varietates partim negligentiae, partim ſtudio emendandi, adeoque Scriptorum ſacrorum honori conſulendi, originem debeant, nec κριτήριον relinquitur, quo librarius orthodoxus ab haeretico diſtinguatur, nec rationi demonſtrari poteſt, in ſolos haereticos cadere aut negligentiam aut ſtudium emendandi. Quod denique confugit ad *ignorantiam* Latinorum Graecos Codices aſſervantium, quae Codices illos ab injuriis & corruptione tutos praeſtiterit, verum non eſt; cum apud Latinos multo plures reperiantur Codices Graeci, literis veteribus deletis & novis ſuperinductis interpolati, quam apud Graecos. Et

ſi verum eſſet, probaret quidem, illos Latinorum Codices veteres manſiſſe, ut erant ſcripti ab initio; inde tamen minime conſequeretur, eos ab initio incorrupte atque fideliter deſcriptos fuiſſe.

Quod ſi porro Criticorum audacia, qui indoctum Graecum Latini hominis nobis pro ſincero Evangeliorum Textu venditant, excuſari vix poteſt, longe minus excuſandus videtur alter ille error, quo nobis unicum teſtem, adeoque unicam Codicis non optimae notae auctoritatem, pro duobus teſtibus graviſſimis, auctoritateque omni exceptione majori produxerunt, dum ad Stephani ſecundum & ad Cantabrigienſem, item ad Claromontanum & San-Germanenſem identidem iiſdem locis provocant. Cujusmodi ſupina negligentia ſi in Morino atque Simonio aliisque toleranda eſt, vereor tamen, ut Beza ipſe omni culpa careat, neque reperio, quomodo ipſum crimine minus ſincera fide adminiſtratae rei liberare queam. Sine dubio enim ſcire potuit, ſuum Codicem Evangeliorum prius a familiari ſuo Stephano adhibitum fuiſſe, & nihilominus ad utrumque ſaepius, tanquam diverſi Codices ſint, provocat. Utcunque ſit, (neque enim quenquam in re paulum modo dubia ejus audaciae inſimulabo) qui ejusmodi impia verius, quam, ut vulgo appellant, pia fraude graſſantur, rei Chriſtianae peſſime conſulunt, ſuamque cauſſam ſuſpectam potius reddunt.

Non tali auxilio, nec defenſoribus iſtis
Tempus eget.

Caeterum cum ſit omnibus Indiciis vetuſtatis inſignis hic Codex, & fortaſſis omnium, qui nunc ſuperſunt, antiquiſſimus; cum ſaepiſſime vulgo editis conſentiat, licet in multis diſcrepet, ubi tamen cum Patribus & Verſionibus & veteribus aliis Codicibus facit: non plane ſpernendum & abolendum, ut *A. Arnaldo* placuit, ſed ſedulo evolvendum, & juxta alios veteres ponderandum cenſeo. Quae etiam Bezae fuit ſententia, qui tamen huic Codici pluſculum, quam par erat, tribuit, cum ſaepe hujus unius ab auctoritate pependerit, ejusque Lectiones, contradicentibus omnibus aliis Codicibus, Patribus, Verſionibusque, lectori obtruſerit. Quantum ſane nulli unquam Codici ſingulari, niſi res ipſa id poſtulet, tribuendum exiſtimo.

Cum meam de *Stephani Secundo*, eodemque *Bezae* ſive *Cantabrigienſi* Codice conjecturam A°. 1730. in Prolegomenis primum propoſuiſſem, editum eſt anno ſequenti *Specimen Animadverſionum in Prolegomena*, ea immodeſtia, acerbitate atque malitia ſcriptum, ut illud ſtatim ſeponerem, conſiliumque libelli refellendi abjicerem. Poſtquam vero audivi, hominis ferociam atque confidentiam incautos quosdam lectores decepiſſe (nam cum magna malae ſupereſt audacia cauſae, Creditur a multis fiducia) in eorum gratiam oblata nunc occaſione uti, &, quae mihi objecit, examinare ſtatui.

Scommata quidem ejus & convicia non moror, quae auctori ſuo potius quam mihi nocere poſſunt; quin etiam fateor, riſum mihi magis quam ſtomachum moviſſe, quod in fine, tanquam aculeum relicturus: *Unum*, inquit, *verbum duntaxat addo; ſi Anonymum hunc convenire liceret, ei ſuaderem, ut nomen ſuum ederet, ne a tenebris aut a nebula ipſi nomen adhaereſcat*; haec enim dicteria me non pungunt, nam licet nomen meum Prolegomenis tunc non fuerit praefixum, nemo tamen, ex quo edita ſunt, aut ignoravit aut dubitavit, quis eorum eſſet Auctor: tu vero, *Anonyme Belga* (ita enim vocaris in Miſcellan. Duisburgens. p. 493.) & latuiſti, & adhuc lates, &, ut lateres, libellum tuum non Amſtelodami ſed *Londini* edi curaſti; idne alteri crimini dabis, ut cum Cicerone loquar, quod eodem tempore in eadem provincia tu ipſe feciſti? Audebis ita accuſare alterum, ut, quo minus tute condemnere, recuſare non poſſis? Hae tamen acutae & ingenioſae elegantiae meruerunt, ut *Anonymus iſte, quisquis ille ſit, judicio inſtructus prudentiſſimo* diceretur ab alio anonymo, felicis quidem memoriae, ſed nullius judicii homine, in iisdem Miſcell. Duisburg. p. 507. 508.

Co-

Codicem *Stephani Secundum*, atque *Cantabrigiensem* dictum, esse unum eundemque probavi tum ex miro utriusque consensu, tum inprimis ex perpetuo Stephani silentio, quoties Codex Cantabrigiensis est mutilus. Ad prius argumentum observat Anonymus: *mirum esse horum Codicum in plerisque lectionibus consensum nemo negaverit*; *at hinc necessario sequi nego*, *pro uno & eodem agnoscendos esse.* Nec ego dixi, id necessario sequi, sed conjectura admodum verosimili, ad quam firmandam attuli, nisi fallor, quidquid afferri poterat, adeo ut injustum foret, majorem a me exigere evidentiam, quam rei ipsius fert natura: at videamus etiam, quomodo partes suas peregerit Anonymus, & an aliquid attulerit, unde necessario sequatur, duos esse codices diversos. Si aut per idoneos testes probasset, ubi, quando, & quo casu Stephani codex secundus perierit; aut si codicem superstitem & latentem e tenebris in lucem protraxisset, huic demonstrationi lubens cessissem, & deposita suspicione mea manus victas dedissem. Et tamen ne sic quidem omni ex parte absolveretur *Beza*; cum enim Anonymus ultro concedat, utrumque *forte* codicem *ex eadem officina prodiisse*, perperam utique fecit Beza, qui illos tanquam duplicem autoritatem & tanquam duos testes sese mutuo confirmantes produxit; nisi si statuamus, quo plura ejusdem libri exemplaria Typographus eadem editione excudat, eo lectionem esse certiorem: quo pauciora, eo incertiorem.

Posteriori autem argumento opponit: *Imo si Anonymi ratio valeret*, *contra ipsum facit haec observatio &c.* Hoc ratiocinium, ut clarius intelligatur, forma Syllogistica induemus:

Codex Stephani fuit mutilus, quoties Stephanus in margine editionis suae de eo (silet.
Atqui Codex Cantabrigiensis non est mutilus, quoties Stephanus silet.
Ergo Codex Cantabrigiensis non est Stephani Secundus.

Hoc argumentum vocat *demonstrationem*, majorem autem argumenti propositionem vocat *meam regulam.* Falsissime utrumque; dixeram quidem, Stephanum silere, quoties Codex Cantabrigiensis esset mutilus: at numquam dixi, Codicem Cantabrigiensem esse mutilum, quoties Stephanus sileret. Ex quanam ergo Logica Anonymus propositiones ita convertere, & a positione consequentis ad positionem antecedentis procedere didicit? aut qua fronte puerile Sophisma pro ratione & observatione Critica venditare fuit ausus?

Cum igitur, pergit Anonymus, *nullo idoneo argumento hosce Codices esse unum & eundem constet*, *propositionem negativam probandi laborem*, *ut supervacuum & ad me non spectantem*, *detrectare liceret*; *mihi vero grave non erit certissimis quibusdam indiciis & argumentis diversos esse Codices probare. Et primo quidem ex fide duorum testium omni exceptione majorum*, *scilicet R. Stephani & Theodori Bezae.* Atqui ex iis, quae supra dicta sunt, constat, *Stephani* testimonium mihi non tantum non contradicere, sed a me ad conjecturam meam confirmandam afferri; Bezae vero testimonium hac in causa non esse omni exceptione majus, cum sibi ipse contradixerit. Unde sequitur, nisi quis Bezam prius cum Beza conciliaverit, nihilo plus valiturum ejus testimonium contra me quam pro me. Haec tamen omnia Anonymus prudenter dicam an impudenter & mala fide dissimulavit.

Neque *argumenta* Anonymi firmiora sunt testibus productis; ubique enim pro certo & concesso sumit, & Stephanum Codices suos accuratissime contulisse, idque eo consilio, ut omnes, quas annotaverat, Varietates ederet, & omnes accuratissime edidisse, ita ut typothetae nec in verbo nec in numero codicum per literas exprimendo unquam aberraverint. Quae falsissima esse &. in priori Prolegomenorum editione, ubi Stephani editio tertia describitur, demonstravi, & L. Brugensis atque J. Millius ante me viderunt, & quilibet intelliget qui Varietates Codicis α. Stephani, in margine editionis tertiae positas, cum illis quas Millius ex eodem Codice, hoc est ex editione Complutensi, affert, comparave-

 rit;

rit; deprehendet enim manifeste, non raro apud Stephanum Codici α. Lectionem tribui, quae in Complutensi non reperitur, & saepissime apud Stephanum Varietatem non notari, quae tamen in Complutensi extat. Adde aliud invictum argumentum, quo probetur, Stephanum non omnes varias Lectiones quas ex Codicibus suis notaverat, editioni suae apposuisse. Petitum illud est ex prima Editione Th. *Bezae*, qui ad Marc. IX. 38. X. 50. Luc. VII. 35. ex ipso hoc Stephani secundo codice affert Lectiones, quae in Cantabrigiensi quidem Codice conspiciuntur, a Stephano tamen editae non sunt.

Unum tamen anonymi argumentum aliquam videtur habere speciem: *in multis*, inquit, *lectionibus a se invicem discedunt isti codices--plures* (i. e. viginti) *quae rem satis demonstrant, collegi, quas in calce harum observationum exhibeo. Hasce lectiones inter se contendat, cui haec curae sunt, & de tota causa sententiam ferat. Eat nunc obscurus iste editor, & a malae fidei suspicione se ipse vindicato; quod nunquam facere potest. Quis ferret hominis audaciam, qui convitiis & maledictis in viros omni laude majores grassatur?* &c. Etiamsi vero darem, Stephanum viginti lectiones variantes ex Codice suo secundo annotasse, quae in Codice Cantabrigiensi non reperiantur, nondum tamen video satis demonstratum esse, quod erat demonstrandum; multo minus existimo, ex ista Tabella, XX. Variantes Lectiones exhibente, de tota causa sententiam ferri posse: sed aequi judicis esse puto, rem cum re contendere, i. e. consensum Codicis Stephani & Cantabrigiensis in CCCCL. Variationes singulares, in quibus sunt frequentes Additiones non decem solum vel viginti, sed triginta, imo septuaginta vocum, cum dissensu saepe unius literae aut syllabae, & quidem in locis non amplius XX.; & considerare, utrum dissensus ille levis fortius probet, diversos esse Codices, quam consensus magnus & mirus probat, unum esse atque eundem Codicem. Praesertim cum Consensus alia excogitari ratio vix possit, dissensus autem causa in promtu sit, si dicamus, Stephano, infinitam Lectionum farraginem ad praelum paranti, in opere longo & molesto aliquando somnum obrepsisse, & inde factum esse, ut verbum pro verbo, aut numerum Codicis unius pro altero scriberet: mirum enim est, si, qui ter millies scopum contingit, non nisi vicies aberret. Ut jam de vitiis Typothetarum nihil dicam. Confer quae supra *p.* 8. *n.* 20. monuimus.

At nihil nos aut ad conjecturas confugere, aut anonymo, cujus mala fides jam perspecta est, affirmanti temere credere cogit. Age igitur, inspiciamus accuratius exempla ab eo allata. Affert 1. loca *quatuor*, in quibus *omnes* codices Stephani, ipso teste, aliam Lectionem exhibent, quam quae in Codice Cantabrigiensi reperitur. Debebat autem scire Anonymus, quod facillime ex Millio discere potuisset, Stephanum, ut se molestia singulorum codicum numeros exprimendi liberaret, ϖ. vel ἐν ϖᾶσι scripsisse, ubi plerosque omnes in unam lectionem consensisse deprehendit, licet unus aut alter dissentiret. Vide in Matth. VIII. 13. X. 28. XIII. 33. XVIII. 6. ubi si interpretationem Anonymi admittas, sequetur in Stephani primo Codice aliter fuisse lectum quam in Stephani primo, quod est ἀσύςατον; si nos audias, sensus erit: ita legi in Codicibus Stephani plerisque omnibus, licet aliter legatur in Codice primo, i. e. in editione Complutensi. 2. *duo* loca ex Act. III. 1. & XV. 20. ubi Codex Stephani secundus non per omnia consentit cum Cantabrigiensi. Et hic aut simulavit anonymus, se ignorare morem Stephani, aut illum potius ignoravit. Res ita se habet. Quando plures Codices ab editione recepta discedunt, accidit, ut & ipsi leviter inter se dissentiant, inprimis ubi variatio plurium est verborum. Hunc levem dissensum Stephanus negligere, & postquam Lectionem unius Codicis exposuit integram, numeros reliquorum Codicum, qui in summa rei conveniunt, adjicere solet; vide supra *pag.* 8. Ita ad priorem locum consilium Stephano non fuit, singulas minutias enotare, sed indicare tantum, verba ἐπὶ τὸ

αὐτὸ

αὐτὸ in codice β. & ε. jungi cum iis, quae praecedunt: posterior locus continet insignem decem vocum additionem; in octo Vocibus consentiunt codices Stephani α. & β. id est editio Complutensis & Codex Cantabrigiensis, prior tamen addit initio particulam expletivam ἂν & in fine ποιεῖν mutat in ποιεῖτε, eodem manente sensu. 3. *unum* locum Luc. IV. 35 ubi Stephani secundus addit: καὶ ἀνακραυγάσαν: Cantabrigiensis vero habet ἀνακραυγάσαν τε. Iterum respondeo, Consensum esse magnum in vocem quinque syllabarum, dissensum vero levissimum inter τε & καὶ, non ex diverso Codice, sed a Stephano ipso minus attento ortum 4. *Septem* loca, in quibus Stephanus codici β tribuit Lectiones, quae in Cantabrigiensi non reperiuntur. Respondeo: cum Stephanus codices suos per numeros literis Graecis expressos compendii causa designaverit, frequentissime vel ab ipso, vel a Typographo certe, aberratum, & alterum numerum pro altero editum fuisse. Hoc Millius saepe observavit: idem observabit, cui editio Complutensis ad manum est ad Matth. VI. 24. XXVI. 60. XXVIII. 10. &c. in quibus locis Codici α. in margine editionis Stephani adscribitur, quod in Editione Complutensi non reperitur. Ut vero pressius agam cum anonymo, ei indicabo, ex quo Stephani Codice pleraeque Lectiones, quas aberratione typothetae deceptus secundo tribuit, excerptae fuerint. Matth. X. 25. est lectio Codicis α. i. e. Editionis Complutensis, quae sola & nonnisi semel contra omnes Codices Graecos ex emendatione Hieronymi legit Βεελζεβοὺβ. Matth. IX. 20. & XXVII. 3. est Codicis η. quem ipse contuli; quod etiam Beza de altero loco in Editione prima testatur. Act. IX. 31. est Codicis δ. quod patet ex re ipsa: quin & Millius vidit, in numeris hic ab Editore esse peccatum, licet δ. perperam in β. mutandum esse judicaverit. Eidem codici ex conjectura probabili tribuo lectiones Matth. XII. 32. & Luc. VIII. 18.

5. Act. VIII. 6. aliam Lectionem habet Stephanus ex Codice β, aliam Millius ex Cantabrigiensi: utramque autem in eodem Codice vidi, hanc a manu prima, illam a manu correctoris. Ipse etiam Millius se duplex lectionis vestigium hic observasse significat. 6. Denique affert *quinque* loca *Luc.* II. 3. VIII. 32. 54. *Act.* X. 26. XI. 17, & ita quidem affert, ut speciem praebeant dissensus magni inter Codicem Stephani secundum & Cantabrigiensem. Satis autem mirari non potui, cum viderem, ne Vocem quidem aut Syllabam omnibus istis locis in margine Editionis Stephani ex Codice β. afferri, quae non reperiatur in Cantabrigiensi. Tribus quidem prioribus locis in manifesto mendacio deprehenditur anonymus, quod cuilibet Millium consulenti constare potest: in posterioribus vero duobus recurrit ad artes veteratorias, &, quod Sophistae atque vitilitigatores facere solent, magno strepitu probavit id quod non erat in quaestione. Cum enim probandum esset, in margine editionis Stephani aliquid afferri ex Codice β, quod non reperiretur in Cantabrigiensi; anonymus statum quaestionis invertendo iterum probat, aliquid in Codice Cantabrigiensi reperiri, quod in margine editionis Stephani non fuerit notatum. Hoc vero nemo unquam negavit.

En viginti illa loca excussa; quorum examen me diutius detinuit, quam volebam. En anonymi fidem, & peritiam! Simplicioribus quidem, qui aut libris non sunt instructi, aut contra Sophistas non satis muniti, fucum fecisse non miror; sed miror, doleoque, libellum famosum ita placere potuisse duobus Theologis, ut alter *Duisburgi*, *Groningae* alter illum typis recudi curaret, & studiosis inprimis adolescentibus commendaret. Aut enim sciverunt, auctorem libelli esse ineptum Sophistam & hominem mendacem, aut non sciverunt. Si sciverunt, & tamen scientes volentes veritatem mendacio, mendacium veritate commutarunt, & calumniam disseminarunt, ut innocenti aegre facerent eumque opprimerent, gravissimo se devinxerunt scelere, quo ad hunc diem devincti haerent: Sin autem id non sciverunt, haud sane periculum est, ne se stupo-

 ris

ris excusatione defendant; sed quanam alia excusatione utentur? quis illos causa non cognita & sine praevio examine sententiam injustam & falsam approbare coëgit, cum tam facile, momento unius horulae, viginti illis locis in Millio inspectis, verum non videre non potuissent?

Antequam finem faciam, scrupulus eximendus est *J. A. Bengelio*, qui *Introduct. in Crisin N. T. p.* 445. *Nos quidem*, inquit, *praeter caeteras differentia impedit*, *quae memoratur in var. Act.* XVI. 35. *sed eos minus impediet*, *qui ipsum Codicem Cant. inspexerint.* Res ita se habet: & Editor Oxoniensis & Millius varietatem eandem & satis quidem magnam tum ex Stephani Codice β. tum ex Cantabrigiensi attulerunt; postea vero Millius, in Appendice se ipsum perperam corrigens, addidit, Cantabrigiensem Codicem omittere verba ἐπὶ τὸ αὐτὸ εἰς τὴν ἀγορὰν, quae in Stephani β. reperiantur, Stephani vero β. habere λέγοντες, ubi in Cantabrigiensi sit λέγοντας. Utrumque falso; nam & illa sex verba eodem modo disertissime in Codice Cantabrigiensi extant; & ex silentio Stephani, qui ad vocem λέγοντες nihil ex secundo suo Codice annotaverat, non consequitur, Codicem β. cum editis consentire.

Hac etiam occasione paulo distinctius explicanda sunt, quae p. 31. de *Cœlicolis* dixi, scilicet fuisse homines nullam religionem revelatam sive veram sive falsam admittentes, sed solam naturalem, quam Ratio dictat, colentes. Contra quam interpretationem vir doctus objecit, tales homines ab aevo condito semper extitisse, *Honorium* vero atque Augustinum de Coelicolis loqui, tanquam de Secta nova. At non difficile est haec in concordiam redigere: Homines quidem singulares, ita de religione sentientes, a priscis temporibus fuerunt; sed Secta fuit nova, i. e. Seculo demum tertio Cœlicolae se ipsos a Gentibus, Judaeis & Christianis segregare, & in Societatem coire coeperunt, electo *Majore* seu Patriarcha, & ritu Baptismi instituto, quo in Ecclesiam istam novam admitterentur. In his, quos Graeci Ὑψιςαρίους vocarunt, nomen suum professus erat in juventute Gregorius, Pater Gregorii Nazianzeni.

E. Si jure querimur, Codices Vetustissimos ex Versione Itala fuisse ita interpolatos, ut inde ad stabiliendam veram Lectionem parum auxilii peti possit, multo magis dolendum est, non tantum nullos aequales, sed ne quidem intervallo unius, duorum, imo trium Seculorum proximos, ex quibus hoc damnum sarciretur, hactenus repertos fuisse. Cum enim codices quatuor primae Classis, quos descripsi, sint quarti & quinti seculi, Codicum secundae Classis, qui sequuntur, ne unum quidem seculo nono antiquiorem esse pronunciare ausim.

Primum inter istos locum concedo Codici BASILIENSI Num. B. VI. 21. Hunc *Joannes de Ragusio*, auctoritate Concilii Basiliensis ad Graecos legatus missus, postea a Felice Papa creatus Cardinalis S. Sixti, cum multis aliis Bibliothecae Cœnobii Praedicatorum Basileae testamento legavit, unde A°. 1559. in Bibliothecam publicam transiit. Eodem usus est Polanus in adornanda Versione Germanica. Constat 40. quaternionibus in octavo majori; Luc. I. 69. ad II. 4. iterum insertum est folium aliena manu scriptum in locum veteris deperditi, a Cap. III. 4. ad 15. deficit, a XII. 58. ad XIII. 12. insertum est folium alia manu scriptum, itemque a XV. 8. ad 20. ac rursus deficit a XXIV. 47. folio uno abscisso. In fine Τίτλων Marci & Joannis, manu recenti adscripta est pericope ex III. & IV. Capite Apocalypseos. Scriptus est in usum Ecclesiae alicujus, cui etiam inserviit, ut ex variis indiciis constat, habet ἀναγνώσεις margini annotatas εἰς ἑκάςην παννυχίδα τῆς ἁγίας Θεοτόκου, εἰς τὸ γενέσιον τῆς ἁγίας Θεοτόκου, εἰς ὕψωσιν τοῦ ἁγίου ςαυροῦ, εἰς τὴν μεταμόρφωσιν, εἰς τὴν εὕρεσιν τῆς τιμίας κεφαλῆς τȣ προδρόμου τȣ Κυρίου, τȣ ἁγίου Διονυσίου. item τῶν ἁγίων πάντων & εἰς τὴν μνήμην Κωνςαντίνου καὶ Ἑλένης, quae duo postrema festa alia manu indicantur. Videntur autem a Constantino Porphyrogenneta & Helena uxore fuisse instituta, quod conjicio ex ceremoniali ipsius,

ipſius, cujus capita a J. A. Fabricio Cap. V. Lib. V. Bibliothecae Graecae ex Bibliotheca Uffenbachiana edita ſunt, ibi enim, poſtquam feſta antiqua & ſolennia libro primo enarrata fuiſſent, libro demum ſecundo alieno loco notatur ὅσα δεῖ παραφυλάττειν, ὡς τανῦν ἐπιτελεῖται ἡ τοῦ ἁγίου καὶ μεγάλου Κωνςαντίνου ἐτήσιος μνήμη, cui jungitur, ὅσα δεῖ παραφυλάττειν τῇ ἑορτῇ τῶν ἁγίων πάντων. Quod ad Orthographiam attinet confundit frequentiſſime ε & αι. item ει, ι, η. ω & ο. αι & υ. κλαθμὸς ſcribit pro κλαυθμὸς; itaque pedibus concedo in ſententiam J. R. Wetſtenii, cujus ejusmodi de hoc Codice judicium eſt de L. Gr. pronunciat. p. 170. „ Inſigne σφάλμα (Jo. XX. 26.) in voce καικλησμένων pro κε-„ κλεισμένων occurrit, quae turpiſſimae hallucinationes mihi perſuadent, ſcripto-„ ri ignariſſimo & nil niſi literas formare edocto textum dictatum fuiſſe; itaque „ ſonum tantum, non Orthographiam attendentem tam ſaepe & ridicule aber-„ raſſe". Hanc imperitiam librarii etiam oſtendit, quod locis Matth. XVI. 2. 3. Luc. XXII. 43. 44. Jo. VIII. 1---11. olim ſuſpectis, minio aſteriscos praepoſuit, aſterisci ſignum cum obelo manifeſte confundens.

De eo J. *Millius* prol. 1177. „ Iſtius, inquit, Codicis Lectiones Cl. Joannis „ Battierii Graecarum literarum in inclyta urbe Baſileae profeſſoris beneficio „ jam ante annos quatuordecim nactus ſum"; quod repetit Prol. 1507.; ubi in nomine quidem aberratum fuiſſe ſtatim vidi, cumque *Joannes Jacobus Battierius* ſpecimine A°. 1687. edito varias ex hoc Codice Lectiones primus propoſuiſſet, putavi alterum ejus nomen a Millio fuiſſe omiſſum; poſtea vero quam didiciſſem hunc codicem a *Samuele Battierio*, in eadem Academia Graecae linguae Profeſſore, viro mihi, dum viveret, amiciſſimo collatum & cum Millio communicatum fuiſſe, errorem tum Millii tum meum, quantumvis levem, non corrigere religio mihi eſt.

Pergit Millius: „ *Erasmus* in Evangeliis hoc unum fere ſecutus eſt exem-„ plar. ---- Ex lectionibus variantibus aliisque quibusdam indiciis SATIS „ CERTO comperi, ipſiſſimum illud exemplar fuiſſe ---- Hunc expreſſit Eras-„ mus in plurimis" &c. &c.. Verum quidem eſt, Codicem alium Baſilienſem, qui nobis 2. eſt, quemque Erasmus in ſua editione expreſſit, easdem fere lectiones habere, quas habet is de quo agimus; inde tamen minime conſequitur, hunc Codicem E. ab Erasmo vel conſultum vel viſum fuiſſe, ſiquidem nullum ejus rei apparet veſtigium, & in recenſione Codicum, quibus Erasmus uſus eſt, manifeſte omittitur atque excluditur, uti ſuo loco in deſcriptione Editionis Erasmi oſtendemus.

„ Ante decem Secula exaratum cenſet Battierius. Characteres ejus ſunt gran-„ diores & quadrati, & quod ex ſpecimine characterum una cum variis Lectio-„ nibus ad nos miſſo apparet, Alexandrini Codicis noſtri literis plane ſimiles, „ ut proinde probabile ſit librum ad iſtam aetatem aſſurgere. Codex, ut ex Va-„ riationibus ejus aſſequor, probatae fidei eſt & bonae notae". Tantum vero abeſt, ut Characteres hujus Codicis ſint literis Alexandrini Codicis plane ſimiles, ut vix duas literas ſimiles reperire liceat; noſter ubique habet accentus & ſpiritus a prima manu, diſtinctiones item majores & minores, & in his ſignum Crucis, quibus Alexandrinus caret, quod jam per ſe ſolum ingens inducit aetatis utriusque intervallum. Obiter hic obſervo, me operarum incuria factum eſſe exiſtimare, ut in diſſertatione *Jo. Rodolphi Wetſtenii*, cognati & praeceptoris quondam mei cariſſimi, *de Accentibus Graecorum* p. 89. ubi Codex noſter deſcribitur, V conſonans pro U vocali ederetur, in illis verbis: *Circumflexus V inverſi formam ubique refert:* in noſtro enim Codice, ut in omnibus aliis, accentus circumflexus non habet angulum, ſed formam ſemicirculi vel parabolae repraeſentat. Alexandrinus porro Codex totus ſcriptus eſt Charactere rotundo & aequabili, iſte vero potius picturae ſapit argutias, ſiquidem ſingulae literae apices ſuos habeant, & quaſi baſi cuidam inſiſtant, id quod praecipue in litera

δ de-

δ deprehendes, ut & in iftis β. γ. ε. ζ. ξ. τ. υ. Φ. χ. ψ. ω. Literae vero ε. θ. & ο. non ut in Alexandrino rotundae, fed formae oblongae fere apparent. Porro hunc Codicem Alexandrino juniorem effe patet etiam ex adfcripta κυριακῇ τῆς Τυροφάγȣ, quod feftum feculo demum feptimo ab Heraclio Imperatore fuit inftitutum: his addo, quod fupra monui, fefta *Conftantini & Helenae*, item *omnium Sanctorum*, feculo decimo inftituta, in hoc Codice non a prima fed alia manu notari, unde confequi exiftimo, prius illum fcriptum fuiffe quam haec Fefta inftituerentur. Hic codex jam ante fceculum fere ad mille annorum vetuftatem affurgere creditus eft *Jo. Jacobo Buxtorfio*, Bibliothecae Bafilienfis tunc praefecto, quod judicium refert *Mabillonius* Itin. Germ. p. 18., fequiturque tum *Battierius* tum *Millius*: ego tamen feculo nono eum tribuere malim: contuli menfe Martio A°. 1714.

F. Codex quatuor Evangeliorum, olim JOANNIS BOREELI Equitis, tribus ad Jacobum magnae Britanniae regem legationibus, & ampliffimis in patria Zeelandia muneribus geftis, poft editum in Danielem commentarium, aetatis quinquagefimo primo vita defuncti, A°. 1629. Paulo poft mortem *Boreeli* vir quidam doctus contulit cum editis Matthaeum, Marcum, & Lucae capita X. priora; quam collationem mecum communicavit A. 1730. *Ifaacus Verburgius*, Gymnafii Amftelodamenfis Rector, amicus meus, dum viveret, fingularis. Codex incipit à Matth. VII. 6. Deeft folium unum à Matth. XIII. 25. ad finem capitis, & alterum a Marci X. 6. ad 16. Qua pagina Capita Evangelii Joannis enumerantur, inferius fcriptum eft: Χριςῷ τελείῳ Χάρις. Ubi Codex ifte nunc lateat, refcire nondum potui.

G. Codex IV. Evangeliorum, ex Oriente ab *Andrea Erasmo Seidelio* in Germaniam allatus, pervenit ad JO. CHRISTOPHORUM WOLFIUM, paftorem Hamburgenfem, qui & Codicem defcripfit, & Variantes ex eo Lectiones edidit *Anecdotor. Graec.* Tomo. III. ipfumque tandem Codicem *R. Bentlejo* in Angliam transmifit. Singulae paginae in duas columnas diftinguuntur. Incipit a Matth. VI. 6. paffim etiam folia quaedam funt deperdita, a Matth. VII. 25. ad VIII. 9. ab VIII. 23. ad IX. 2. a XXVIII. 18. ad Marci I. 13. a Marci I. 32. ad II. 4. à XIV. 19. ad 25. a Luc. I. 1. ad 13. a V. 4. ad VII. 3. ab VIII. 46. ad IX. 5. ab XI. 27. ad 41. a XXIV. 41. ad finem. a Joan. XVII. 5. ad 19. a XIX. 4. ad 27.

H. Codex IV. Evangeliorum, ab eodem *Seidelio* in Oriente repertus, fuit poftea J. C. WOLFII, qui eum defcripfit eodem *Anecdotorum Tomo*. Prorfus fimilis eft Codici G. nifi quod literae funt paulo minores, & paginae in columnas non diftinguuntur. Incipit a Matth. XV. 30. Abfciffa funt folia a Matth. XXV. 3. ad XXVI. 3. a Marc. XV. 44. ad XVI. 14. a Luc. V. 18. ad 33. a VI. 8. ad 23. a X. 2. ad 19. a Joan. IX. 30. ad X. 25. a XVIII. 2. ad 25. a XX. 12. ad 25. Specimen iftius Codicis a poffeffore mihi miffum vidi Amftelodami menfe Januario A°. 1734.

I. Codex Bibliothecae COTTONIANAE notatus Tit. C. 15. continet quatuor tantum fragmenta feu folia Matth. XXVI. 57. ad 65. a XXVII. 26. ad 34. a Joann. XIV. 2. ad 10. a XV. 15. ad 22. in charta Ægyptiaca purpurei coloris, literae videntur primo flavae fuiffe, poftea de novo atramento illitae; margini adfcripti funt Canonum Eufebianorum numeri, in textu vero hinc inde Correctiones occurrunt. Contuli A°. 1715.

K. Codex CYPRIUS, ex Cypro infula advectus A°. 1673. inter *Colbertinos* N. 5149. Complectitur IV. Evangelia; pro aede S. Eutychii defcriptum fuiffe haec docet nota in Palaeogr. obfervata: Ἐγράφη δὲ ἡ δέλτος διὰ χειρὸς α.... ζου.... καὶ ἐκεφαλεώθη.... προσδέξῃ ταύτην ἡ ἁγία θεοτόκος καὶ ὁ ἅγιος Εὐτύχιος. Illum Seculo X. adfcribit *Simonius*, qui etiam V. L. excerpfit, quae Editioni Millianae infertae funt. Variantes ejus Lectiones plerumque conveniunt

niunt cum Codicibus A. B. C. D. quare & hunc Codicem ex versione Latina interpolatum fuisse existimo, vide Matth. XXVII. 34.

L. Codex R. STEPHANI OCTAVUS, Bibliothecae Regiae 2861. Singulae paginae in duas Columnas sunt divisae. Deficit in Matth. IV. 21. ad V. 14. in XXVIII. 17. ad finem, in Marci X. 17. ad 30. in XV. 2. ad 20. in Joann. XXI. 15. ad finem: aliquoties etiam foliorum ordo a bibliopego perturbatus est. In fine haec nota librarii vel possessoris reperitur: αφηκαν ὁ Γεοργιος του Λιασκόβιτη. Festinanter contuli Parisiis anno 1715. sed multo tamen accuratius Stephano. Notandum vero, ex hoc ipso Codice Th. *Bezam* ultra XL. lectiones, inque iis insignem illam Marc. XVI. 9. produxisse, quae in margine Editionis Stephani non conspiciuntur; unde manifesto probatur, quod diximus, Stephanum praeter eas, quas ipse edidit, multo plures Varietates & collegisse & cum amicis communicasse.

„ Dicendum omnino, inquit Millius Prol. 1168., de hoc Codice, eum esse „ πονηρȣ̃ κόμματος": at non propter rationem ab ipso allatam, sed quia in scriptura nominum propriorum & Hebraicorum, & alibi passim, ingenium luxurians prodit librarius, & quia ubique fere ad Versionem Italam est interpolatus; quod & *Lucas Brugensis* vidit, qui in V. L. Graec. ad Marc. VII. 31. „ Parisi„ ensium, inquit, Codices 2. & 8 ----- multum vereor, ne ex Latina editio„ ne mutuati sint: libenter enim illi consonant contra alios omnes, id quod „ hactenus saepe vidimus"; & *T. Beza*, cujus testimonium attulimus supra p. 32.

Hunc Codicem omnium, quotquot sunt in bibliotheca regia, Evangeliorum Graecorum antiquissimum judicavit *Simonius* Hist. Crit. N. T. c. XI. Unum addo, in margine *Versionis Syrae posterioris* multas Variantes Lectiones ex Codice Graeco adscriptas esse, quae in hoc uno & solo reperiuntur, v. gr. longam illam triginta trium vocum additionem Marci XVI. 9., cujus modo feci mentionem. Si quis existimaverit, inde consequi, hunc Codicem aliquot seculis esse antiquiorem, quam vulgo putatur, & jam initio seculi VII. Alexandriae fuisse inspectum; nec Simonium nec me valde habebit repugnantem; eoque minus, quod haec conjectura firmari videtur similitudine literarum, quibus tum iste tum Codex Actorum Apostolicorum, qui venerabilis Bedae fuit, exaratus est.

M. Codex Bibl. Reg. 2243. quem FRANCISCUS DES CHAMPS Abbas de Signi obtulit. Continet IV. Evangelia. Conspiciuntur hinc inde in isto Codice inscriptiones Moscoviticae & Arabicae, teste Palaeogr. p. 260. Varias ex eo Lectiones edidit *Kusterus*. Lubenter subscribimus judicio Montfalconii, qui Codicem hunc ad seculum X. refert.

N. Codex VINDOBONENSIS, Bibliothecae Caesareae, membranaceus, purpureus aureis & argenteis literis majusculis absque accentibus exaratus, constat foliis 26. quorum 24. prioribus continentur fragmenta Geneseos exornata 48. picturis, ex quibus etiam de Antiquitate Codicis judicium ferri potest: posteriora duo folia melius conservata magisque legibilia sunt, quam praecedentia, carent autem picturis, & unaquaeque pagina in duas columnas divisa est. Primo continetur Lucae XXIV. 13. — 21. Secundo — — 39. — 49. vers 13. pro σαδίους ἑξήκοντα scriptum est σαδίους ἑκατὸν ἑξήκοντα, quem manifestum errorem etiam ille ipse, cujus manu codex ille olim exaratus est, agnovit, ideoque singulis vocis ἑκατὸν literis singula superne imposuit argentea puncta, ut hac ratione significaret simul ac moneret, totam illam vocem delendam esse tanquam superfluam. *Lambecius* de Bibl. Caes. I. 3.

O. „ Fragmentum alicunde divulsum & a D. ANSELMO BANDURIO „ Viro Docto mihi oblatum" continet historiam Pharisaei & Publicani, describente *Montfalconio* Palaeogr. p. 235.

De Codicibus Graecis Evangeliorum Junioribus.

Egimus de Codicibus, qui literis majoribus, & priores quidem quatuor sine Accentibus, scripti sunt, nunc sequuntur Codices Literis minoribus & Accentibus appositis exarati.

Codex Bibliothecae *Basiliensis* B. VI. 27. membranaceus in Octavo foliis 303. seculi X. continens Novum Testamentum integrum praeter Apocalypsin. Bibliopegus imprudens praemisit Evangeliis Acta & Epistolas, quibus praefiguntur singulis prologi ὑποθέσεις & κεφάλαια Euthalii Diaconi, in fine est δήλωσις τῶν καθ' ἑκάστην ἡμέραν ὀφειλόντων λέγεσθαι Ἀποστολοευαγγελίων, in prima litera Actorum Epistolarumque imagines Lucae, Jacobi, Judae vel Pauli depictae sunt, Textus autem ubique fere congruit cum MSS. ex quibus Editiones typis vulgatae curatae sunt: longe aliter se res habet in Textu Evangeliorum; Vid. p. 6. n. 12.

Singulis Evangeliis praefixae fuerant olim picturae, sed quae a tribus prioribus Evangeliis jam una cum quatuor aliis foliis recisae sunt: in fronte Evangelii Joannis vero depictus conspicitur Christus, sinistra tenens Crucem duplicem, dextram vero porrigens *Lazaro*, qui veste caerulea indutus, barbaque candida insignis, capite obvelato conspicitur; & *Mariae*, quae vultum praefert juniorem, vesteque purpurei coloris induta est; ad pedes Christi jacet *Clavis*: ad sinistram ejus stant duae personae, quarum altera, amplectens crucem, coronam auream gestat in capite, indutaque pallio est caerulei coloris auro distincto, barba crinibusque canis; altera junior videtur veste purpurascente coronaque aurea insignis, cum hac epigraphe adjecta, † ἡ ἀνάστασις † duobusque Jambis

Ἀλκῆς φέρων μίμημα καὶ κράτους Λέων
Ἄνακτα Χριστὸν πανσθενῆ προδεικνύει.

Similes occurrunt versus inter Opera Theodori Studitae a Sirmondo edita, p. 170. Λέων σὺν υἱῷ τῷ νέῳ Κωνσταντίνῳ Item pag. 199. Οἱ τὸ κράτος λαβόντες ἐκ Θεοῦ μόνου, Λέων τε Κωνσταντῖνος, οἱ στεφηφόροι &c. Unde consequitur, duas istas figuras exhibere *Leonem Sapientem* cum filio *Constantino Porphyrogenneto*; alluditur quippe ad nomen Leonis, quod & Imperatorem & Animal fortissimum & ipsam fortitudinem denotat, teste Clemente Alex. Strom. V. p. 671. ubi de signis Ægyptiorum hieroglyphicis scribens eadem fere verba habet: ἀλκῆς μὲν καὶ ῥώμης σύμβολον αὐτοῖς ὁ Λέων: simul etiam alluditur ad Resuscitationem Lazari, Joann. Cap. XI. expositam, & ad templum memoriae hujus resuscitationis ab ipso Imperatore Leone dicatum, cujus rei testis est Codinus de Officiis Cap. 16. de Origin. Cp. p. 63. κατὰ τὴν Ἀνάστασιν τοῦ ἁγίου Λαζάρου, εἰς τὴν ἐπ' ὀνόματι αὐτοῦ τιμωμένην σεβασμίαν μονήν, & Leo Grammaticus p. 481. nec non Glycas Annal. IV. 298. ἔκτισεν ὁ Λέων εἰς τοὺς λεγομένους τόπους τὸν ἅγιον Λάζαρον, κατασκευάσας μονὴν ἀνδρείαν εὐνούχων, ἔνθα καὶ τοῦ ἁγίου Λαζάρου σῶμα καὶ Μαρίας τῆς Μαγδαληνῆς ἀνακομίσας ἀπέθετο, ποιήσας καὶ τὰ ἐγκαίνια τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας. Zonaras L. XVI. p. 178. Ἡ μονὴ τοῦ ἁγίου Λαζάρου παρὰ Λέοντος Σοφοῦ ἐκτίσθη --- ἔφερε καὶ τὰ λείψανα ἀπὸ Κύπρου καὶ Βιθυνίας τῆς τε μυροφόρου Μαρίας καὶ Λαζάρου. Vita Leonis §. 16. Ἔκτισε τε καὶ τὴν τοῦ ἁγίου Λαζάρου ἐκκλησίαν τὴν λεγομένην τόπον, καὶ μονὴν ἀνθρώπων εὐνούχων ἐν αὐτῇ κατεσκεύασεν, ἔνθα καὶ τὸ τοῦ ἁγίου Λαζάρου σῶμα καὶ τῆς ἀδελφῆς αὐτοῦ Μαγδαληνῆς ἀνακομίσας ἀπέθετο. Simeon Logotheta p. 463. §. 9. Τῷ ΙΓ. αὐτοῦ ἔτει κτίζει ὁ βασιλεὺς εἰς τοὺς λεγομένους τόπους ναὸν ἅγιον Λάζαρον, καὶ κατασκευάζει μονὴν ἀνδρῶαν εὐνούχων, ἐν ᾧ καὶ τὸ τοῦ ἁγίου Λαζάρου σῶμα καὶ Μαρίας τῆς Μαγδαληνῆς ἀπέθετο. Georgius Monach §. 26. Ὡσαύτως ἔκτισεν ἐκκλησίαν εἰς τοὺς λεγομένους τόπους τὸν ἅγιον Λάζαρον, κατασκευάσας αὐτὴν μονὴν ἀνδρείαν εὐνούχων· ἔνθα καὶ τὸ τοῦ ἁγίου Λαζάρου σῶμα ἐκ Κύπρου, καὶ Μαρίας τῆς Μαγδαληνῆς ἀπὸ Ἐφέσου ἀνακομίσας ἀπέθετο, ποιήσας καὶ τὰ ἐγκαίνια τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας. Antiquitat. Constantinop. p. 24. Ὁ δὲ ἅγιος Λάζαρος ἐκτίσθη μὲν παρὰ τοῦ Μα-

χεδόνος, ὕστερον δὲ παρὰ Λέοντος τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ ἐπλατύνθη, ἀποχαρισαμένου ἐν τῷ τοιούτῳ νεῷ καὶ κτήματα πολλὰ, εἰς ἐυνούχων μονὴν ταύτην ἀποκαταστήσας. Ἔφερε δὲ ἀπὸ Κύπρου καὶ τὰ ἅγια λείψανα τοῦ ἁγίου Λαζάρου, καὶ ἀπὸ Βιθυνίας τῆς ἁγίας Μαρίας τῆς μυροφόρου, καὶ ἀπέθετο ἐκεῖσε ταῦτα. Quare Imperatoris fuiſſe Codicem fortaſſis inde etiam conjici poteſt, quod & τίτλοι Euſebiani omnes aureis literis ſcripti, & primae ſingulorum librorum paginae Diſtinctiones aureis punctis notatae ſunt, inſtar Codicis 14. infra deſcribendi. Conceſſit poſtea in uſus alicujus Eccleſiae, ut videtur, quo tempore manus imperitior & junior principium & finem Ἀναγνώσεων margini adſcripſit, una cum hac precatiuncula: κύριε συγχώρησον τὴν ψυχὴν τοῦ δούλου σου Μαλαχίου ἱερομονάχου τὸ τοῦτο γράφοντος.

Fuit hic Codex denique Cardinalis *Raguſini*, qui illum teſtamento legavit fratribus Praedicatoribus Conventus Baſilienſis, a quibus REUCHLINUS mutuo acceptum ultra 30. annos detinuit, donec poſt mortem ipſius redderetur: ſicut in ipſo hoc Codice notatum reperi; cujus rei ſequens Epiſtola, in Codice MS. E. III. 15. religata, pleniorem fidem facit: „ M. Joannes Reuchlin Phorcenſis Doctori Jacobo Louber Carthuſiae Baſilienſis Patri. Recte felicem judicavi proxime quartum Kl. Junias tuam dignationem, cum aderam in aede tua—Hoc audi & tecum habeto: eſſe in Bibliotheca Praedicatorum Baſilienſium quendam minutiſſimo ſtilo repoſitum libellum, ita ut fertilior ſit & maxime portatilis, quo eleganter, quas Apoſtoli Graecas conſcripſerunt literas, inſunt; — ita gracilis & ita manualis paret, ut ſe non injuria enchiridion nominares; idcirco niſi eum habuero, vitam efflabo.——— Praedicatoribus aſſentiaris, easdem, rem & propriam & ſuam, & quam alias multipliciter habent, mihi ex bono & aequo tradituris. ——— Legavit ut noſti bonae memoriae Jo. Rhaguſaeus S. Sixti Cardinalis libros hujusmodi Graeculos Jacobitis Baſilienſibus, quos ſi alienare praeſumant, poena extat adjuncta, ut in commiſſum tibi cadant—. Gratificari te mihi poſſe omnes intelligunt— fortaſſis aie, legatum eſt, ſacrum eſt.— Quem penes Commiſſoria eſt, eam illum abdicare aliquando poſſe, cum lubet, amicisque gratificari, Divi Severus & Antoninus perſcripſerant.— Pace tua dixerim, profecto, qui ejuscemodi libris annos quinquaginta praeteritos unquam uſus fuerit, eſt niſi ego ipſe alius nemo. Ita ut dedecori quandoque a plerisque habiti ſint; cur? quoniam, quae ineſſent, ignorabant omnes— Certum eſt itaque, mi Jacobe, neque qualitatis Graecae linguae Praedicatores hactenus capaces, neque legatariis ipſis tali relicto valde conſultum eſſe — ex Stutgard XI. Kl. Aug. 1488".

Eodem Codice etiam *Polanus* in adornanda N. T. verſione Germanica uſum ſe fatetur; nos vero bis atque accurate contulimus. Poſtea etiam cum *J. A. Bengelio*, paucorum tantummodo, quae ſelegerat, locorum excerpta petente, quaedam Matthaei, primorumque Marci capitum Lectiones communicatae ſunt; quod fatetur *Var. Matth.* p. 450. Codex eſt plane ſingularis, qui in Evangeliis plures habet Lectiones variantes, quam omnes fere reliqui Codices ſimul ſumti. Eo Codice uſus etiam eſt *Eraſmus*, vel, ut ipſe ait, ii qui Editionem primam N. T. Eraſmi curaverunt. *Apologia Eraſmi Roterodami — qua reſpondet duabus invectivis Eduardi Lei — Antverpiae* 1520. *in quarto pagg.* 56. (quam Eraſmus poſtea neſcio quo conſilio ſuppreſſit, uti nos docet in Catalogo Operum. „ Leo reſpondimus tribus libellis, tametſi ſecunda editione primum omiſimus" unde nec in Operibus Eraſmi haec Apologia recuſa eſt) „ Porro quod poſterior Editio mea minus conſentit cum priore, partim & illud fuit in cauſa: Praefecti erant caſtigandis, ut vocant, formis duo Joannes Oecolampadius Theologus & Nicolaus Grebelius Juris utriusque Doctor, & habebant Exemplar *Capnionis (i. e. Reuchlini)* eleganter ſane depictum; ſed non protinus liber elegans idem eſt & caſtigatus. Ad hunc multa mutarant ex exemplari meo, priusquam ſentirem. Ubi ſenſi, juſſi eos ſe-

F 2 „ qui

„ qui Codicem minus quidem nitidum, sed emendatiorem". Et A°. 1522. *Apologia ad Stunicam* in Jo. I. 47. „ Quum haec excuderentur Basileae, sup„ petebant nobis exemplaria tria [Evangeliorum] unum quod nobis praebuerat „ eximius vir Jo. Reuchlinus, duo, quae praebuerat monasterium Praedicato„ rum Basileae, in quorum altero aderant Commentarii Graeci Theophylacti, „ quem nos toties adduximus nomine Vulgarii, quod Theophylacti vocabulum „ ob literas detritas vix legi posset". & A°. 1528. *Respons. ad Object.* 16. *Hispanorum* de loco Lucae I. 35. „ Johannes Reuchlinus suppeditarat Codi„ cem N. T. bellum verius quam emendatum; is hic relictus est a Cardinali „ quodam, Synodi tempore. Qui praeerant Castigationi, cum haberent Theo„ phylacti vetustissimum Codicem; maluerunt illum bellum sequi. Ita factum „ est, ut aliquando contextui non congrueret mea emendatio. Hoc simul at„ que comperi, jussi, ne quid ad illum corrigerent, qui videretur ad Vulgatam „ Latinorum ac recentem Lectionem emendatus".

Ab hac Erasmi sententia discessi, fateor, in prima Prolegomenorum meorum Editione. Cum enim eo tempore alios ad Versionem Italam interpolatos Codices non nossem nisi Graeco-Latinos, id est a librariis Latinis, nec Graeci nec Latini sermonis satis peritis, exaratos: hunc vero Codicem ab homine Graeco & erudito scriptum deprehendissem, qui & Orthographiae regulas accurate observasset, & ἰῶτα, quod alias subscribi solet, ubique adscripsisset, & in Patribus Graecis fuisset versatissimus, quod praeter alia multa indicia patet ex annotatione ejus ad Historiam adulterae, Jo. VIII. & ad Marc. XVI. 9.; non potui a me impetrare, ut illum & Codices Graeco-Latinos in eandem classem referrem. At suspicione mihi tunc oborta de Codicibus A. C. & L., & re postea accuratius examinata, non dubito Erasmo assentiri atque dicere, hunc Evangeliorum Codicem tum ex Versione Itala, sive ex Codicibus Graecis ad hanc Versionem effictis, tum ex aliis etiam Versionibus, tum ex Patribus, euphoniae atque elegantiae studiosioribus, interpolatum fuisse; quod innumeris exemplis mihi constitit.

2. Codex *Basiliensis* B. VI. 25. membranaceus Seculi XV. Basileae a FR. PRAEDICATORIBUS emtus pretio duorum florenorum Renensium. Continet quatuor Evangelia, imperita plane manu scripta, quae η & ι & ει, ω & ο, αι & ε, β & υ fere confundit, multa etiam ob ὁμοιοτέλευτα omittit. Martinus *Crusius* eodem usus est Tubingae A°. 1577. & ante illum praecipue *Erasmus*, qui A°. 1515. hunc ipsum Codicem in officinam Frobenianam, ut typis ederetur, tradidit, unde etiam signa Typothetarum & quaterniones & paginas signatas Editionis primae Erasmianae adhuc retinet; ante tamen Erasmus hunc Codicem ad fidem Theophylacti aliorumque Patrum, & ex Versione Latina, aut aliis Codicibus Graecis, interdum etiam ex conjectura correxit: uti & ex inspectione Codicis discere licet, & ipse Epistola CCLI. ad Budaeum hoc ultro fatetur. En Exempla, ex margine hujus Codicis petita, ubi eum Erasmus sua manu perperam correxit.

Matth. II. 11. εἶδον] εὗρον ex Versione *Vulgata*.

V. 17. ἀλλὰ πληρῶσαι] ἀλλ' ἀναπληρῶσαι, quia in *Vulgata* legit: *sed* (adimplere.

29. γέενναν] + τοῦ πυρὸς ex Versione *Vulgata*. Duas tamen Correctiores istas Erasmus in Editione ipsa non est secutus.

XIII. 14. ἀναπληροῦται + ἐπ' ex *Vulgata*.

XXI. 7. καὶ ἐπεκάθισαν ἐπάνω αὐτῶν] Haec, quae in Codice ipso omissa erant, Erasmus ex Versione *Vulgata* non intellecta vertit: καὶ ἐκάθισαν ἐπάνω αὐτῆς: In ipsa vero editione Typothetarum vitio expressum est: καὶ ἐτάθισει ἐπάνω αὐτῆς.

XXIII. 13. 14. Erasmus ordinem commatum invertit ex Versione *Vulgata*.

XXVII. 35. addidit: ἵνα πληρωθῇ κ. λ. ex Versione *Vulgata*.

52. addidit, quae aberant: καὶ τὰ μνημεῖα ἠνεῴχθησαν.

Marc.

Marc. IV. 4. addidit τȣ̃ ȣ̓ρανȣ̃ ex Verſione *Vulgata.*
VI. 31. ἀναπαύεσθε] ἀναπαύσασθε.
VII. 2. addidit: ἐμέμψαντο ex Verſione *Vulgata.*
Luc. II. 43. ἔγνω Ἰωσὴφ καὶ ἡ μήτηρ] ἔγνωσαν οἱ γονεῖς ex Verſione *Vulgata* & *Codice primo.*
Joann. I. 28. Βηθανίᾳ] Βηθαβαρᾷ ex *Codice primo.*

Ex hoc etiam Codice, paucas quasdam lectiones ſecum communicatas exhibet *J. A. Bengelius.*

3. Codex membranaceus in quarto continet quatuor Evangelia, Actus Apoſtolorum, Epiſtolas Catholicas & Paulinas. Fuit olim Collegii CORSENDONCENSIS in Quempinia. Eo uſus eſt *Erasmus*, qui haec in prima pagina ſcripſit: „ Hoc exemplari ſum uſus in Editione ſecunda Novi Teſtamenti, ſed „ cum aliis multis Nam hoc quidem, ut belle ſcriptum, ita comperi parum eſſe „ caſtigatum, quod apparet illo neminem uſum. Erasmus Roterodamus hoc „ meapte manu conſcripſi. A°. M. D. 19. 15. Cal. Julii ". Et ad finem Evangelii ſecundum Lucam: „ καὶ τȣ́τῳ βιβλίῳ ἐχρησάμην ἐν τῇ δευτέρᾳ ἐκδόσει τῆς „ καινῆς διαθήκης πρὸς δόξαν Ἰησοῦ χριςȣ̃. Φυλαχθήτω γȣ̃ν. Ὁ Ἐρᾶσμος ὁ Ροτεροδαμὸς „ ἐμαυτȣ̃ χειρὶ ἔγραψα τȣ̃το, ἔτει M. D. 19. " & Tomo IX. p. 56. Apologia ad Jac. Fabrum A°. 1517. ad 2. Cor. VIII. 4. „ δέξασθαι ἡμᾶς. ἐν πολλοῖς τῶν „ ἀντιγράφων εὕρομεν ȣ̈τως. In belliſſimo quodem exemplari ſic comperi ſcriptum, „ viz. verbis ex marginali ſpatio in medium contextum translatis ab illiterato ſcri„ ba ". Et clarius in locum: „ Hoc loco ridiculum quiddam accidit in exem„ plari Corſendoncenſi, codice alioqui perquam eleganti, ſed pulchro verius „ quam emendato. Scriptor, ut facile licet conjicere, cum repperiſſet a ſtudio„ ſo quopiam annotatum quippiam in ſpacio marginali, credens a ſcriba prae„ termiſſum, tranſtulit in medium verſum ad hunc modum: δέξασθαι ἡμᾶς, ἐν „ πολλοῖς τῶν ἀντιγράφων ȣ̈τως εὕρηται, καὶ ȣ̓ καθὼς ἠλπίσαμεν. Siquidem is indi„ cans ἡμᾶς [δέξασθαι] in plerisque non addi, in aliis rurſus addi, aſſcripſerat „ haec. In plerisque exemplaribus ſic invenitur. Ea verba ſcriptor indoctus me„ dio Pauli ſermoni admiſcuit. ---- Atque haec cum ab eruditis multa depre„ henduntur in libris, qui cum autoritate leguntur, quid futurum arbitramur, „ ſi quicquid quocunque modo libris illitum fuerit, citra judicium citraque cen„ ſuram velimus recipere? Atque hac occaſione comperimus innumeros locos eſſe „ depravatos". Similiter ad 1. Theſſ. IV. 3. addit in ipſo contextu ex Theodoreto, διὰ τὸ πολλὰ εἶναι τῆς ἀκολασίας τὰ εἴδη. Si vero aberratio librarii noſtri Erasmo jure viſa eſt ridicula, dubito quo nomine appellem vel factum vel excuſationem Erasmi ipſius; cum enim ſecundae editionis N. T. p. 98. & 99. loco alieno imago Trinitatis, i. e. columba capiti Chriſti, gremio Dei Patris impoſiti, inſidens fuiſſet ex hoc codice expreſſa, una cum confeſſione Graeca fidei Chriſtianae; Eduardus vero Leus hanc confeſſionem obſcuram & heterodoxiae ſuſpectam pronuntiaſſet, Erasmus in Apologiae contra Leum libello primo (quem ſupra ad codicem 1. citavi) haec reſpondit: „ In exemplari, quod nobis „ commodavit honorabile Collegium Corſendoncenſe, inter varias picturas ha„ bebatur & haec divina τριὰς cum ambientibus angelorum choris. Sub hac au„ reis literis habebantur diſtincta, quae ſic tribuuntur perſonis divinis, ut ea„ dem ſint omnium: rurſus quae numero multitudinis illis attribuuntur. Deinde „ fidei Symbolum, ſub quo pictus erat homo, nonnihil ſublatus a terra, jam„ que ceu fidei alis paullatim tendens in cœlum. Hac pictura delectatus Frobe„ nius, ut opinor, abſente atque inſcio me, quod illic viderat, addidit ſuo vo„ lumini. Ejus facti invidiam Leus impingit mihi. ----. Quod ſi quis eum Co„ dicem hujus picturae gratia ſuſpectum habeat, ſciat me nulli exemplari minus „ fiſum quam illi, quanquam eo nullum erat elegantius".

Iſte codex nunc adſervatur in bibliotheca conventus *Bruxellenſis* Fratrum Praedicatorum ſeu Dominicanorum, ubi eum Cl. *Jo. Walker* Anglus cum editione Genevae A°. 1620. curata contulit, poſtea vero Collationem humaniſſime mecum communicavit. Ipſo judice codex eſt ſeculi XII. Addo, ſcriptus forte a Monacho Latino, qui hinc inde, ſed rarius, Graeca ad Verſionem Vulgatam correxit, vid. Marc. VI. 2. Act. XX. 28. XXVIII. 8. 1. Cor. X. 16. XVI. 19. Phil. IV. 19. Heb. VII. 27. 1. Pet. IV. 14.

4. Codex R. STEPHANI γ. hodie Bibliothecae Regis Galliarum n. 2867. Codex eſt membranaceus in quarto, continens quatuor Evangelia.

5. Codex *Stephani* δ. *Reg.* 2871. Univerſum N. T. complectitur excepta Apocalypſi. De eo J. *Millius* prol. 1164. „ In quibusdam", inquit, (potuisſet dicere, in plurimis) „ Codici huis conſentit verſio *Vulgata.* ---- Ex hac „ Vulgatae Verſionis cum Codice δ. conſonantia, ductum puto *Eſtium* comm. „ in 1. *Pet.* V. 10. in eam ſententiam, Exemplar hoc non fuiſſe probatae „ fidei.

6. Codex *Stephani* ε. *Reg.* 3425. Eſt exemplar N. T. integrum excepta Apocalypſi, in octavo litera minori exaratus.

7. Codex *Stephani* ς. *Reg.* 2866. Quatuor Evangelia continet.

8. Codex *Stephani* ζ. *Reg.* 2242. Evangelia continet.

9. „ Codex *Stephani* ιβ. *Reg.* 2862. complectitur IV. Evangelia: prae- „ mittitur prologus in Evangelia, qui ſic incipit: ὁ τῶν ἁπάντων τεχνίτης: ſe- „ quitur Euſebii Epiſtola ad Carpianum cum ejusdem Euſebii Canonibus. In „ fine vero haec nota habetur, quam non praetermittendam duximus: ἐκ τȣ̃ „ κατὰ Ματθαῖον Ἐυαγγελίȣ ἐγράφη Ἑβραϊστὶ ἐν Παλαιστίνῃ μετὰ ἔτη η. τῆς ἀναλή- „ ψεως τȣ̃ κυρίȣ, ἔχει δὲ ῥήματα βφκβ. ἔχει δὲ στίχȣς βφξ. ἐκ τȣ̃ κατὰ Μάρκον ἐ- „ γράφη Ρωμαϊστὶ ἐν Ρώμῃ μετὰ ἔτη ιβ. τῆς ἀναλήψεως τȣ̃ κυρίȣ, ἔχει δὲ ῥήματα „ αχοε. στίχȣς αχις. ἐκ τοῦ κατὰ Λουκᾶν Ευαγγελίȣ, ἐγράφη Ἑλληνιστὶ μετὰ ἔτη „ ιε. τῆς ἀναλήψεως τοῦ Κυρίȣ εἰς Ἀλεξάνδρειαν τὴν μεγάλην, ἔχει δὲ ῥήματα γωγ. „ ἔχει δὲ στίχȣς βψν. ἐκ τοῦ κατὰ Ἰωάννην Ἐυαγγελίȣ, ἐγράφη Ἑλληνιστὶ εἰς Ἔφεσον „ μετὰ ἔτη λ. τῆς ἀναλήψεως τοῦ Κυρίȣ. ἔχει δὲ ῥήματα αλη. ἔχει δὲ στίχȣς βκδ. „ Agmen claudit Salomonis notarii ſubſcriptio plerisque in locis eraſa, & ad- „ modum ſingularis, quam non ſine labore legimus. Τέλος ἔλαβε τὸ παρὸν ἅγιον „ τετραευαγγέλιον, ὑπὸ χειρὸς ἐμȣ̃ τȣ̃ πολυτλήμονος καὶ ἐυτελȣ̃ς Νοταρίȣ Σολομῶντος „ ἀπὸ Νοταρίων ---- ἐτελειώθη δὲ ἐν ἔτει ἀπὸ κτίσεως κόσμȣ ςψος. ινδ. α. (i. e. „ Chriſti. 1168.) ---- βασιλεύοντος ἐν Κωνσταντίνȣ πόλει Μανȣὴλ τȣ̃ πορφυρογεννήτȣ „ καὶ ἐνδοξοτάτȣ βασιλέως, καὶ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις Ἀμαρρὴ τȣ̃ κραταιȣ̃ ρὶξ, ἐν δὲ τῇ „ νήσῳ Σικελίας Γȣλλιέλμȣ τȣ̃ δευτέρȣ ρηγὸς". ita deſcribitur in Palaeograph. p. 305. Codex fuit Petri Stellae, poſtea in Tellerianam Bibliothecam tranſiiit: *Kuſtero* eſt *Pariſ.* 3. cujus V. L. conferendo didici hunc ipſum Codicem fuiſſe, qui a Stephano ιβ. notatus eſt.

10. Codex *Reg.* 2865. quatuor Evangeliorum: prius Auguſtini Juſtiniani, qui eum dono dedit Jo. Mariae Catanaeo, poſtea Bibliothecae Telleriano-Rhemenſis, *Kuſtero* vocatur *Pariſ.* 1.

11. Codex *Reg.* 3424. duobus voluminibus conſtans, ſcriptus ſeculo XI. ſi judicio ſtandum Cel. Boivinii. Continet IV. Evangelia ex Bibliotheca Telleriana; *Kuſtero* eſt *Pariſ.* 4.

12. Codex *Stephani* ιδ. continet quatuor Evangelia. Primum fuit Bibliothecae D. *Victoris* ad urbem, citatus a *Budaeo* ad Pandectas p. 151. in octavo, ex Luc. I. 1. & a *Beza* in Matth. VI. 34. & Jo. III. 22. Eodem Codice *Colinaeus* uſus eſt, cum N. T. ederet, & is qui N. T. Graeco, a Jac. Bogardo A°. 1543. edito, ad calcem Varias Lectiones adnotavit. Poſtea fuit Bibliothecae Tellerianae, nunc vero *Reg.* 2865. *Kuſtero* eſt *Pariſ.* 5. Collationem hujus codicis accura-

curatiorem ante hos tres annos inveni in Bibliotheca V. R. *Caesaris de Missy*, Pastoris Ecclesiae Gallicanae Londini, adscriptam editioni typis excusae in folio, cum hac annotatione praefixa: „ Victorianus MS. Codex. qui est S. Victoris „ ad muros Parisiorum; notatur hic Codex a Roberto nota ιδ'.; quantum „ ex collatione deprehendere potui; & certe notatio illa seu asteriscus, qui est „ ad I. Cap. Matthaei τὸν Ἰακεὶμ &c. manifesto indicio est. Interea tamen R. „ Stephanus Lectiones hujus codicis quasdam omisit non praetereundas, quas „ notamus. Videtur exemplar hoc non omnino optimae notae.

„ Hos Codices inter se collatos diligentissime a quodam viro bono, a Cla„ rissimo viro Domino *Scaligero* habuimus *A. Thysius*.

13. Codex *Reg.* 2244. IV. Evangeliorum ex Bibliotheca Telleriana. Hic Codex unus pene plures V. L. suppeditavit, quam reliqui Parisienses omnes, docente *Kustero* in praefatione N. T. Milliani, cui *Paris.* 6. vocatur. Simillimus est nostro *primo* & *sexagesimo nono*.

14. Codex *Reg.* 3424. in Octavo elegantissime exaratus IV. Evangelia complectitur. Praemittitur index Capitum Matthaei aureo Charactere, sequitur Icon Matthaei Evangelistae in fundo aureo depicta. Deinde Eusebiani Canones. Literae majusculae & notae marginales omnes auro distinctae sunt. Singula Evangelia pari ornatu decorata sunt. Ante Evangelium Lucae in vacuis foliis describitur recentiore manu Canon Paschalis ab anno Mundi 6670. ad 7712. hoc est, ab anno Christi 1162. ad 1204. in fine a prima manu legitur ἐγράφη Νικηφόρϐ βασιλεύοντος ινδ'. Z. quem aliquis putavit esse Nicephorum seculi IX., D. de Montfaucon seculi X. ego vero non dubito esse *Nicephorum* Botoniaten, qui exeunte seculo XI. regnavit, & cujus Codex simili splendore extat in Bibliotheca Coisliniana N°. 79. vide Palaeogr. p. 280. *Kustero* est *Paris.* 7.

15. Codex *Reg.* 2868. In quo IV. Evangelia minori Charactere scripta cum elegantioribus picturis, *Kustero Paris.* 8.

16. Codex *Reg.* 1881. continens IV. Evangelia Graece & Latine ex Versione Vulgata, binis columnis in singulis paginis, cujus Graeca videntur esse scripta a Graeco, Latina autem a Latino Librario seculi XIV. Codex est membranaceus in folio.

17. Codex *Reg.* 2244. Membranaceus seculo XV. manu Georgii *Hermonymi* Spartani, qui Lutetiae Literarum Professor & Capnionis Budaeique praeceptor fuit, eleganter scriptus atque pictus. Fuit ante hac Cardinalis *Borbonii*, cujus insignia in prima pagina depicta sunt, cum Symbolo *n'espoir ne peur*. Continet quatuor Evangelia Graece cum adjuncta Latina Vulgata versione.

In eo etiam isti Versus reperiuntur:

„ *Nil mirere meos pictura divite luxus,*
„ *Splendida nec quaeras quid pia signa velint.*
„ *Charolus Antistes proles Borbonia gemmis*
„ *Retulit haec Graecis facta characteribus*
„ *Cardineus Pastor &c.* Duos istos Codices contuli A°. 1715.

18. Codex *Reg.* 2241. IV. Evangelia continens.

19. Codex *Reg.* 1869. IV. Evangelia continens.

20. Codex *Reg.* 1883. IV. Evangelia continens.

21. Codex *Reg.* 2860. IV. Evangelia continens. quatuor isti Codices a R. *Simonio* producuntur ad Joannis Cap. VIII.

22. Codex *Colb.* 2467. continet IV. Evangelia in folio.

23. Codex *Colb.* 3947. Quatuor Evangelia; adjecta est Evangeliis Matthaei & Marci Versio Latina.

24. Codex *Colb.* 4112. in Quarto, IV. Evangelia cum Commentariis.

25. Codex *Colb.* 2259. IV. Evangelia.

26. Codex *Colb.* 4078. IV. Evangelia cum Commentariis seculi XI. in Quarto membranaceus, describitur in Palaeograph. p. 51.

Quinque istos Codices contulit R. *Simonius*, & in Critica sua hinc inde ad eosdem provocavit, unde *Millius* Variantes suas Lectiones excerpsit: ego vero integram Collationem manu ipsius Simonii margini N. T. a Curcellaeo editi adscriptam beneficio Reverendi *Petri Allixii* accepi, atque in meas schedas transscripsi; quae tamen Collatio hoc habet incommodum, quod non singulos Codices suo nomine appellet, sed ex istis quinque modo unum, modo duos, tres, quatuor, vel quinque conjunctim simpliciter memoret.

27. Codex *Colb.* 6043. Quatuor Evangelia, ad quorum marginem eleganter depictae sunt imagines rerum in Evangelii Textu descriptarum. Liber bene antiquus, sed plurimum passus ab Emendatore aliquo, qui in Evangeliis tribus posterioribus textum misere violavit, Lectionibus haud paucis seu penitus erasis seu etiam in ipsarum locum substitutis aliis. Millio, qui eum ita describit, est *Colb.* 1.

28. Codex *Colb.* 4705. septingentis plus minus annis abhinc exaratus, si rite judicat D. Larroquius. Codex iste Evangeliorum mutilus indiciis satis luculentis, scriptura pessima, totoque certe contextu se unum ex iis esse prodit, quos scribae Latini literarum Graecarum rudes in Occidentalium studiosorum gratiam ex Graecis exemplaribus, qualia apud ipsos fere extabant, misere corruptis & vitiatis, pro modulo exscripsere. Scatet ubique Lectionibus peculiaribus; mirifice interpolatus est ceterorum Evangeliorum Lectionibus. Ita *Millius* de suo Codice *Colb.* 2. quae tamen ex Lectionibus ab ipso notatis equidem hactenus deprehendere non potui.

29. Codex *Colb.* 6066. Quatuor Evangeliorum truncatus XV. primis Matthaei Capitibus. Abundat Scholiis e margine traductis, & adspersus est hic illic particulis initialibus Lectionariorum: Peculiares Lectiones habet haud paucas; & in plurimis, ubi diversus incedit a plerisque aliis, convenit tamen cum Exemplari Ephesio; ita describit Millius Codicem suum *Colb.* 3.

30. Codex *Colb.* 4444. continet XVI. priora Matthaei Capita in quarto. Millio *Colb.* 4.

31. Codex *Colb.* 6083. continet Lectiones e reliquo Matthaeo & Marci Capp. sex primis & septimi parte. Codex iste recentioris scripturae est, & accedunt characteres ejus ad formam typorum vulgarium. Millius praecedenti jungit & vocat *Colb.* 4.

32. „ Codex *Colb.* 6511. fragmentum continet a Matth. X. 22. ad finem „ Capitis XXV. Millio *Colb.* 5.

33. „ Codex *Colb.* 2844. Novum Testamentum excepta Apocalypsi in „ grandi folio, Allixii judicio sexcentorum annorum & amplius. Ordo non i- „ dem est in Epistolis, qui in vulgatis MSS., incipit cum Epistola prima ad Co- „ rinthios & post Johannis tertiam sequitur Epistola ad Romanos. Manifestum „ est, Codicem hunc ex iis fuisse, quos in usum Occidentalium ex interpolatis „ ac mirifice corruptis Graecis suis scribae linguae istius rudes exscripserant". Quod Millii judicium, donec plenius de eo nobis constet, in medio relinquimus. *Millio* est *Colb.* 6. 7. 8.

Variantes Lectiones istorum septem Codicum Millius, Collectore D. Larroquio, procurante vero P. *Allixio*, quem promotorem sui Operis summum vocat, edidit: quo miror magis, cur idem Millio lectiones quinque illorum Codicum, a Simonio collatorum & paulo supra recensitorum, non item communicaverit.

34. Codex *Coislin.* 195. eleganter scriptus foliorum 468. continet IV. Evangelia cum scholiis variorum Patrum, item Titi Bostrensis, Victoris Antiocheni,

ni, Thalassii Monachi & presbyteri, Anastasii, Ammonii. In fine Matthaei haec habentur: ἑρμηνεία τοῦ κατὰ Ματθαῖον Ἐυαγγελίου ἐν ἐπιτόμῳ, ἐγράφη δὲ τὸ Ἐυαγγέλιον ἐκεῖνο εἰς τὸ πατριαρχεῖον ἐπὶ Σεργίου Πατριάρχου; quid sit πατριαρχεῖον explicat Balsamon ad Can. 9. Concil. Oecum. VII. ἐπισκοπεῖον, inquit, τῆς Κωνσταντίνου πόλεως τὸ πατριαρχεῖον ἐστι. Cum autem Sergius seculo demum XI. Constantinopolitanam sedem tenuerit, isteque Codex sit ex alio descriptus, patet non ad seculum X., ut in Bibliotheca Coisliniana collocatur, sed summum ad XI. referendum esse. Fuit olim Monasterii S. Nicolai cognomento Stauronicetae in monte Atho, ut in fine Libri adnotatum est.

35. Codex *Coisl.* 199. foliorum 325. quem XI. seculo adscribit Catalogus, continet totum Novum Testamentum; singulis Libris numerus τῶν στίχων sive versuum ad calcem subjectus est; Epistolis praefiguntur ὑποθέσεις Euthalii: frequenter satis erasis prioribus vocabulis alia superscripta sunt; ante Apocalypsin duo folia vacua relicta sunt: ipsius Apocalypseos margini plurimae notulae adspersae. Ad calcem manu aliena haec habentur: ἀφιέροσεν τὸ ἱερὸν τοῦτο Ἐυαγγέλιον ὁ ἐυλαβέστατος ἐν Ἱερ . . . . πάπα κῦρ Διμήτριος ἔτους ζρλε. † ἀνεκενίσθη παρ᾽ ἐμοῦ τοῦ ἐλαχίστου καὶ. . . . quae temporis notatio Annum C. 1627. indicat.

36. Codex *Coisl.* 20. eleganter scriptus seculo XI. Continet quatuor Evangelia, cum Commentariis Variorum, ut notatur ad calcem his verbis: πάντες οἱ φιλοπόνως ἐντυγχάνοντες τῇ τοῦδε τοῦ ἐυαγγελίου συγγραφῇ, καὶ πολλὴν τὴν ὠφέλειαν ἐκ τῆς τῶν πονηθέντων ἡμῖν ἀπὸ διαφόρων Ἑρμηνειῶν συναγωγῆς ἀρυσάμενοι, ἔυχεσθε ὑπὲρ τοῦ φιλοπόνως ἀπὸ πολλῶν βιβλίων ταῦτα συναγαγόντος, καὶ συγγεγραφότος, καὶ συναρμόσαντος. καὶ γὰρ ἐκ πολλῶν καὶ διαφόρων οὐ μόνον ἁγίων πατέρων, ἀλλὰ καὶ ἀδοκίμων Αἱρετικῶν ἅυτη ἡ βίβλος ἐσχεδιάσται. Fuit olim magnae Laurae S. Athanasii in monte Atho, quod testatur haec nota in fine libri recenti manu scripta p. 508. ἅυτη ἡ ἱερὰ καὶ θεία βίβλος ἀφιερώθη εἰς τὴν σεβασμίαν καὶ βασιλικὴν Ἀθωνικὴν Λαῦραν τοῦ θεοφόρου πατρὸς ἡμῶν Ἀθανασίου. καὶ ἐι βουληθείη τὶς ἢ ἱερομόναχος ἢ ἰδιώτης ἢ ἄλλο πρόσωπον ἀλλοτριῶσαι καὶ μεταθῆναι εἰς ἕτερον μοναστήριον, ἢ χάριν φιλίας φιλοδωρήσασθαι τινος, ὥστε ἀποξενῶσαι παντελῶς τοῦ μοναστηρίου, ἐχέτω τὰς ἀρὰς τῶν τιη. Θεοφόρων πατέρων, καὶ ἔστω ἀφωρισμένος ἀπὸ Θεοῦ παντοκράτορος ἐν τῷ νῦν αἰῶνι καὶ ἐν τῷ μέλλοντι.

37. Codex *Coisl.* 21. XI. seculi, continens quatuor Evangelia cum scholiis brevioribus; duo priora folia partem Epistolae Origenis ad Africanum exhibent alia manu scriptam.

38. Codex *Coisl.* 200. XIII. seculi, continet totum Novum Testamentum praeter Apocalypsin. (nam in Catalogo hujus Bibliothecae Apocalypsis per errorem pro Epistolis Paulinis ponitur) Desunt hinc inde folia quaedam, ut Matth. XIV. 15. ad XV. 30. XX. 14. ad XXI. 27. Marc. XII. 3. ad XIII. 4. Hic Codex dono missus fuit Ludovico IX. Galliarum Regi, ut fidem faciunt sequentia verba in principio apposita: „ Μιχαὴλ ἐν Χριστῷ τῷ Θεῷ πιστὸς βασιλεὺς καὶ αὐτοκράτωρ τῶν Ρωμαίων Δοῦκας Ἀγγελὸς Κομνηνὸς ὁ Παλαιόλογος, Michael in Christo Deo fidelis Imperator & Moderator Romanorum Ducas Angelus Comninus Paleologus & nobus Constantinus semper Augustus, Serenissimo Domino Lodowico illustrissimo Regi Franciae salutem. Eltham Alahu Imperator Tartarorum, ejus filius Eltham Apagan, qui duxit filiam Mikaelis & baptizatus est, a la Curia Romana 1269. itaque in estate istius anni fuerant ad Dominum Regem, & in hieme sequente venit alius nuncius ab eodem Mikaele ad eundem Regem". In isto Codice frequentes omissiones occasione ejusdem vocis, quae in duabus deinceps periodis occurrebat, invenimus: in margine sunt hinc inde notae Latinae, quibus Textus Graecus cum versione Latina comparatur: plures item correctiones in Graecis. Nescio quo modo pervenit in manus D. D. Prez Savigni, indeque in Bibliothecam Patrum Cadomensium societatis Jesu A°. 1640. transiit. Et quod praecipue commemorandum est, hoc eodem Codice *R. Stephanus* usus est, in cujus editione sub

nota θ. occurrit, id quod cum totum conferendo comperi, tum praecipue ex eo, quod Stephani idem ille Codex nullas Variationes habet, ubicunque in isto Codice aliquid desideratur, quodque fere Lectiones singulares utrobique eaedem sunt.

De eo *Millii* istuc judicium est: „ Codex, inquit, unus e praestantioribus, „ cujus proinde Textum pene universum in editionem suam admisit Stephanus; „ exhibet Editionis Stephanicae margo variationes Codicis hujus circiter 366. „ multo plures ostensurus, ut videtur, si accuratius paulo instituta fuisset col- „ latio". Ubi quod de praestantia Codicis ait, & nos habet assentientes; quod item de pluribus aliis a Stephano non observatis variationibus addit, id quoque haud secus ex inspectione & collatione cognovimus: quod vero adjecit, Stephanum ad eum potissimum suum conformasse Textum, id & ab iis, quae deinceps subjungit, aperte diffidet, & nullo plane indicio constare ipsi potuit.

39. Codex *Coisl.* 23. seculi XII. Continet IV. Evangelia cum Scholiis Variorum. Monasterio S. Athanasii in monte Atho illatus est per monachum Macarium A. C. 1218. Ceterum ita exacte per omnia congruit cum Codice 34. ut pro ipsius Apographo habendus sit.

40. Codex *Coisl.* 22. Continet IV. Evangelia cum Scholiis. A Joann. XX. 25. ad finem omnia desiderantur: ita autem negligenter scriptus est, & ita congruit cum aliis Codicibus sequioris aevi, ut vix ausim eum cum Catalogo Bibl. *Coislin.* seculo XI. adscribere. Fuit autem Codex Constantinopolitanus, quod ex istis notis in fine ab alia manu adjectis conjicio: Ἀυγούςῳ κϛ. τῶν ἁγίων μαρτύρων Ἀδριανȣ̃ καὶ Ναταλίας ὥρᾳ ϛ. τῆς νυκτὸς ἐγίνετο σεισμὸς φρικώδης μέγας ἐν τῇ μεγάλῃ πόλει Κωνςαντίνου; item Νοεμβρίῳ κθ. ινδ. η. ἐν σαββάτῳ ὥρᾳ η. τοῦ ἡλίȣ λάμποντος καθαροῦ, ἐγένετο σεισμὸς φρικώδης μέγας εἰς τὴν ἀθλίαν Κωνςαντίνου πόλιν. τὸν ὅρον τούτων Κύριος οἶδεν. quae mihi non ut in Catalogo dicunter Graeco-barbara, sed satis Graeca videntur; postea in montem Atho delatus est, quod testatur nota a manu recentiore ultimae paginae 309. adscripta: ἡ βίβλος αὕτη ὑπάρχει τῆς θείας καὶ ἱερᾶς μονῆς τοῦ μεγάλου Νικολάου τῆς ἐπικεκλημένης τοῦ Σταυρονικήτα.

41. Codex *Coisl.* 24. XI. seculi; in quo Variorum Patrum Commentarii in Matthaeum, & Victoris in Marcum, multa etiam Photii continentur scholia.

Istos octo Codices, facta mihi singulari humanitate a R.P. *Carolo de la Rue* Ord. S. Benedicti inspiciendi copia, qua potui diligentia contuli.

42. Codex Evangeliorum *Medicaeus* dictus, cujus V. L. Petrus Pythoeus ad marginem N. T. a Stephano A°. 1550. curati notaverat: Pythoei Codicem Eduardus Bernardus sibi acquisivit in Anglia, atque cum Millio communicavit: Medicaeus autem, referente Amelottio, qui eo usus est, jam in Trecensi Collegio adservatur.

43. Codex *San-Maglorianus* constat duobus Voluminibus continetque totum Novum Testamentum excepta Apocalypsi. Seculo IX. adscribit qui eo usus est *Dionysius Amelotte*, at Rich. Simonius non ultra quadringentos aut quingentos annos illi tribuit.

44. Codex menbranaceus quatuor Evangeliorum, ex monte *Atho* in Angliam delatus, ubi eum sibi comparavit supra laudatus CAESAR DE MISSY, mihique ostendit A°. 1746. denique pro singulari suo in has literas studio accuratissimam Collationem cum editione *J. Millii* instituit, mecumque humanissime communicavit.

45. „ Codex *Bodlejanus* 1. Quatuor Evangeliorum, in Octavo nitidissime de- „ scriptus, sed haud ita vetustus. Ad Lucam etiam ponitur numerus ςίχων, „ ex quo constabat.

46. „ Codex *Bodl.* 2. Quatuor Evangeliorum, annis abhinc 300. descriptus „ charactere nitidissimo. Et hic habet numerum ςίχων.

47. „ Co-

47. „ Codex *Bodl.* 6. Quatuor Evangeliorum in Duodecimo quod vocant
„ crassiusculo, recenti atque pessima manu scriptus. In principio Codicis occur-
„ rit literis majusculis vox σερβοπουλος, nomen, ut opinor, Librarii; certe e-
„ jusdem omnino characteris cum hisce nostris esse censeo Chrysostomi Homi-
„ lias quasdam in Bibliotheca Collegii Corporis Christi Oxon. repositas, quas
„ conscripsit Graeculus quidam Redingae A°. 1499. neque vero ultra aetatem
„ istam assurgere videtur hoc exemplar. Iste Codex cura *Usserii* collatus est,
„ qui etiam Varias ejus Lectiones in *Polyglottis* Anglicanis N°. 13. editas
„ exhibuit.

48. „ Codex *Bodl.* 7. complectitur IV. Evangelia Quarto majori cum Scho-
„ liis marginalibus. Textus ipse charactere satis eleganti, verum non ita vetu-
„ sto, exaratus est, σχόλια sunt manus paulo recentioris. Notatur etiam, quot
„ ῥήματα & στίχους singuli Evangelistae contineant.

49. Codex *Roe* 1. quatuor Evangeliorum membranaceus forma minori.

50. Codex *Laud.* 1. continet Evangelia cum Commentariis, est membranaceus in Quarto majori, plurimum mutilatus, incipit Matth. IX. 36. a Matth. XII. 3. ad 24. deest folium, item aliud a XXV. 20. ad 32. a Cap. V. Joannis vers. 18. desunt omnia. Codicem annorum circiter septingentorum esse conjicimus.

51. Codex *Laud.* 2. Universum N. T. complectitur excepta Apocalypsi. Codex membranaceus est in Quarto grandiori. Partium ordinem turbavit bibliopegus, Evangelia ultimo loco ponens; habet prologos Euthalii, scriptus videtur annis abhinc 400.

52. Codex *Laud.* 5. Evangeliorum membranaceus Octavo minutiori, eleganti descriptus charactere. Ad calcem Joannis indicat scriba nomen sibi fuisse *Nicetae*, & a se scriptum fuisse hoc exemplar anno 6794. seu Christi 1286.

53. Codex *Seldeni* 1. IV. Evangeliorum membranaceus in Octavo, charactere nitidissimo. Liber est minus vetustus, neque enim ultra annos quadringentos assurgere videtur.

54. Codex *Seldeni* 2. Scriptus ut constat ex calce ἔτει ϛωμϛ, sive Christi 1338. Complectitur IV. Evangelia satis pulchre exarata.

55. Codex *Seldeni* 3. Evangeliorum manu pulcherrima scriptus, sed recentiore, ad finem Evangeliorum notatur numerus στίχων.

56. Codex *Lincolniensis* Collegii Oxonii: continet IV. Evangelia: eum donavit Edmundus Audley Episcopus Sarisburiensis, cujus tempore sub annum 1502. & in ejus quidem gratiam a Graeculo quodam tum apud Anglos commorante descriptum fuisse credibile est.

57. Codex *Magdalenensis* Collegii, continet Novum Testamentum integrum excepta Apocalypsi; initio Marci deest folium: charactere admodum minuto, manu tamen perita scriptus est; alicubi a juniore manu adscriptum est ἐσκωτώθην ὁ πανυψηλώτατος αὐθέντης ἡμῶν Πάλσας ὑπὸ τῶν Ἀγαρηνῶν ἐθνῶν, μηνὶ Σεπτεμβρ. ιη. ἡμέρα β. ἔτους ϛωϟδ· τῆς ἰνδικτιῶνος τῆς ι. i. e. Christi 1386. *Hammondus* in Annotationibus in N. T. saepe ad illum provocat, testaturque in praefatione, se illum bis cum editis contulisse. Hunc Codicem vidi A°. 1715.

58. Codex *Novi Collegii* Oxon. Continet IV. Evangelia, Acta Apostolorum & Epistolas Pauli, ineleganti admodum charactere. Convenit in multis cum Codice Montfortii, in quibus seorsim abeunt hi duo a reliquis plerisque omnibus: Evangelio Joannis praefixum est Argumentum Theophylacti; Codex iste geminus plane videtur alterius illius supra memorati 56. ejusdem characteris, ejusdemque forte librarii. A Latino scriptum esse inde patet, quia habet eandem divisionem Capitum ac Latini, quae in Codicibus ex Graecia allatis nunquam reperitur. Vidi A°. 1715.

Horum trium Codicum V. L. cura *Usserii* in Polyglottis editae sunt.

 59. Co-

59. Codex Collegii *Gonvilli & Caii* apud Cantabrigienſes membranaceus IV. Evangeliorum, quondam Communitatis fratrum Minorum Oxoniae; negligenter ſcriptus eſt, dum Librarius ſive inertia ſive etiam operis nimia feſtinatione non modo pauca ſubinde verba, ſed & integros haud raro verſiculos, ubi ab eodem verbo incipiunt, aut iisdem vocibus concluduntur, omiſit. Variantes ejus Lectiones primum in Polyglottis editae ſunt. Vidi A°. 1716.

60 Codex Joannis *Mori* Epiſcopi Norvicenſis, poſt ejus mortem beneficio Georgii I. Regis cum reliqua ſupellectili ejus libraria in Bibliothecam publicam Cantabrigienſem tranſlatus, continet Evangelia anno, ut expreſſum eſt ad calcem voluminis, 6805. i. e. Chriſti 1297. eleganter deſcripta. Subnectitur eidem liber Apocalypſeos a manu multo recentiore.

61. Codex *Montfortii* ſeculi XVI. continet Novum Teſtamentum recentiori & minus diligenti manu deſcriptum in octavo: fuit olim Fratris Froyht Franciſcani, poſtea Thomae Clementis, deinde Guiliemi Charci ac demum Thomae *Montfortii* S. T. D. Cantabrig. Noviſſime in manus *Uſſerii* pervenit, nunc vero aſſervatur *Dublinii* in Collegio Trinitatis notaturque G. 97. In Evangeliis habet Capitum Diviſionem *Ordinariam* (hoc eſt, ut puto eam, quae in Latinis ſervatur,) teſte Uſſerio, qui Evangelia & Acta Apoſtolorum contulit, & eorum V. L. in Polyglottis edi curavit. Habet etiam Prologos *Theophylacti.* Circa hunc Codicem non unum errorem commiſit D. *Martin*, illum inprimis valde ridiculum; quod cum in hoc Codice in fine Evangelii Marci adderetur, Marcum Evangelium ſuum edidiſſe μετὰ δέκα χρόνȣς *decem annis* poſt aſcenſionem Chriſti, Martinus annos in *ſecula* convertendo, & *Marcum* in *Librarium*, qui hunc Codicem exaravit, Codicem hunc attribuit ſeculo undecimo. Hoc ipſo Codice, quem *Britannicum* vocavit, uſus etiam eſt *Eraſmus* tum paſſim in Annotationibus tum praecipue in 1. Jo. V. 7. 8. qua occaſione recte pronunciavit & recentiorem eſſe & ad Latinorum Lectionem immutatum. Vide ſupra de Codice 56. & 58. & Luc. II. 22. Jo. XIII. 33.

62. Codex *Henrici Googe* S. T. D. & Coll. Trin. apud Cantabr. ſocii, continet IV. Evangelia, de eo ſic Uſſerius; „ habet hic liber diſtinctionem ordinariorum κεφαλαίων .... quid ſibi iſta velint neſcio", ait Millius. Mihi autem videtur ſenſus verborum planiſſimus, habet nimirum iſte Codex Capitum eandem diſtinctionem ac ſuperior. Variantes ejus Lectiones in Polyglottis extant. Quorſum iſte Codex pervenerit, ſilentio Millius involvit, ſuſpicor autem eundem eſſe ac ſequentem.

63. Codex *Uſſerii* 1. in folio complectitur Evangelia quatuor cum Commentariis ex Patribus; eum & ſequentem in Bibliotheca Dublinienſi contulit H. Dodwellus, atque *Editori Oxonienſi* tranſmiſit, qui, quoniam ſerius ad manus ejus pervenerat iſta Collatio, V. L. tantum ex Luca ac Joanne exhibuit. Poſtea Richardus *Bulkeley* nobilis Hibernus iterum cum editis contulit, *Millioque* obtulit.

64. Codex *Uſſer.* 2. Continet quatuor Evangelia nitide deſcripta forma minori. Hic liber, ut ex Collationibus conſtat, is ipſe eſt, cui titulum *Em.* dedit *Waltonus* in Polyglottis; erat quondam, uti notavit Uſſerius, D. *Thomae Good* S. T. P. eſtque fortaſſe prima pars N. T. Collegii Emanuelis qui Epiſtolas continet. Codex iſte nitide magis quam accurate exaratus plurimis in locis deficit ob ὁμοιοτέλευτα.

65. Codex *Jo. Covelli* S. T. P. Cantabrigienſis ex Oriente ab ipſo advectus, continet Evangelia; haud ſane vetuſtus.

66. Codex *Thomae Gale* Londini Evangeliorum in Octavo.

67. Codex *Huntingdon.* 2. membranaceus vetuſtus ſed lacerus Evangeliorum, in Evangelio Joannis deſunt omnia a Cap. VI. 64. ad finem libri.

68. Co-

68. Codex *Georgii Wheeler* Ecclesiae Dunelmensis Canonici, ex Oriente allatus, complectitur Evangelia in Octavo.

69. Codex *Leicestrensis*, totum N. T. complectens, quem *Thomas Hayne*, Magister Artium, natus Thrussingtoni vico Comitatus Leicestriensis, dedit A°. 1669. Bibliothecae urbis Leicestriae. Est seculi XIV. in foliis tum membranaceis tum chartaceis temere permistis scriptus. Incipit a Matth. XVIII. 5. deficit ab Act. X. 45. ad XIV. 17. a Judae 7. ad finem, ab Apoc. XXI. 1. ad finem libri. Ejus Collationem edidit *Jo. Millius*, sed ita ut & plurima omiserit, & multa perperam notaverit, &, uti suspicor, frequenter *Lincolniensem* pro *Leicestriensi* posuerit. Epistolae ad Hebraeos praefigit partem Prologi Euthaliani, qui est apud Millium Anonymus ex Oecumenio. In hoc Codice Historia adulterae non reperitur suo loco Jo. VIII. (quod Millius affirmat Prol. 1506.) sed ad finem Capitis Lucae XXI. Historia vero de sudore sanguineo Christi ex Luc. XXII. 43. 44. transposita est post Matthaei XXVI. 39. Post Evangelia sequuntur Epistolae Paulinae deinde Acta &c. Titulum Evangeliorum habet singularem ἐκ τοῦ κατὰ Μάρκον Εὐαγγελίου, ἐκ τοῦ κατὰ Λουκᾶν Εὐαγγελίου, ἐκ τοῦ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγελίου. Multo autem accuratius hunc Codicem contulerunt *Jo. Jakson* & *Guilielmus Tiffin*, cujus Variantes Lectiones margini editionis Oxoniensis in octavo adscripsit Rev. *Gee* pastor apud Leicestrienses, quod exemplar cum Rev. *Caesar de Missy* sibi comparasset, mecum liberaliter communicavit A°. 1748. Huic codici gemellus ac similis est Paris. 6. quem supra descripsi n. 13. Alterutro etiam aut utroque usus est Erasmus, qui inde lectiones singulares in Annotationibus producit, vid. in Marc. III. 14 & 16. IV. 21. 30. 40. V. 33. VI. 3. VIII. 11. 26. IX. 11. XIV. 36. 41. Luc. XVIII. 7. Jo. VII. 26. XI. 47. Act. XIV. 19.

Praecipue vero notandum, hunc codicem ex Versione Latina interpolatum fuisse, inscriptiones Epistolarum Pauli Latinos sequuntur; ordo verborum idem est ac in Latinis. Consensum cum Codice Cantabrigiensi etiam Millius observavit Vide Marc. II. 14. Luc. XVI. 21. XIX. 37. XX. 47. XXIII. 29. Jo. IV. 43. V. 9. 19. VI. 23. 24. VII. 31. VIII. 24. XI. 4. XIII. 5. XIV. 17. XVI. 18. quod & *Bengelius* fassus est, in *Introd.* p. 415. scribens, „ in Evangelistis Latinizare Leicestriensem". Idem poterat affirmare de Epistolis. Vid. Rom. V. 18. VIII. 38. XIV. 22. XV. 23. XVI. 9. 1. Cor. I. 15. 2. Cor. VI. 15. XII. 19. κατέναντι θεῷ. 1. Tim. VI. 19.

70. Codex D. *Bunckle* Londinensis IV. Evangeliorum, scriptus post inventionem artis typographicae, non, ut Millius judicat, ante hanc, a *Georgio Spartiata*, qui A°. 1476. a Sixto IV. Papa in Angliam missus est, (teste Allatio de Georgiis) qui etiam Codicem Gallicanum 17. & alium Actorum atque Epistolarum exaravit.

71. Codex *Ephesius* Evangeliorum scriptus anno, quem notula ad calcem subjecta libri indicat, 1166. Pertinebat olim ad Episcopum quendam Ephesiorum, advexit autem secum ex Oriente *Thomas Trahernius*, ejusque V. L. Syllogen una cum libro ipso in Bibliotheca Lambethana reposuit: & Codicem & Collationem nitidissime scriptam vidi A°. 1746.

Horum XXVI. Codicum V. L. exhibet Millius, qui eos etiam describit.

72. Codex membranaceus quatuor Evangeliorum. Habet inscriptionem Arabicam, & in fronte hanc Graecam: τὸ παρὸν βιβλίον τῆς μονῆς τοῦ ὁσίου καὶ θεοφιλεστάτου πατρὸς ἡμῶν Συμεὼν τοῦ ἐν τῷ θαυμαστῷ ὄρει, (vide Caveum Hist. Lit. de *Symeone Stylite* juniore A°. 527.) ἐν ἡμέραις τοῦ ὁσιωτάτου καθηγουμένου καὶ ἀρχιμανδρίτου κυρίου Πέτρου. Et in fine a manu juniore ἠγωράσθην τὸ παρὸν τετραυαγγέλιον ἀπὸ τῆς ταπεινῆς εἰρήνης μοναχοῦ . . . λόγου τῆς μονῆς τοῦ ἁγίου μεγάλου μάρτυρος Θεοδώρου, εἰς συγχώρησιν ἁμαρτιῶν αὐτῆς, καὶ εἰς ἄφεσιν πλημμελημάτων αὐτῆς Νε. . . . ἐξοδιασι. . . . . ταυτ. . . . . Habet in margine Catenam, sive scho-

ſcholia Chryſoſtomi, Baſilii, Athanaſii & Anonymi in Matthaeum: ad Cap. IV. 2. facit mentionem menſium Ægyptiorum, Ἀθὺρ ιβ. ἐβαπτίσθη- ſecundum alios τῆς δεκάτης τοῦ Τυβι, ad XIV. 2. τελειοῦται ὁ βαπτιστὴς Θὼθ μηνὶ α. XXVII. 38. σταυροῦται ὁ κύριος αὐτῇ τῇ ἕκτῃ ὥρᾳ Φαμενὼθ. in Marc. ult. Χριστὸς ἀνελήφθη μηνὶ κατ' Αἰγυπτίους Παχὼν I. In Lucam habet Variantes Lectiones ab eadem manu, qua Codex exaratus eſt, margini adſcriptas. Non habet Hiſtoriam Adulterae, & in Joanne habet, Chriſtum hora *tertia* cruci fuiſſe affixum. Habet porro tum Lectiones tum Annotationes ſingulares. Vid. in Matth. XXVII. 49. Hunc Codicem, antequam in Angliam mitteretur, A°. 1731. menſe Julio a *T. Johnſon* Bibliopola mecum communicatum contuli.

73. Codex membranaceus in quarto penes *G. Wake* Archiepiſcopum Cantuarienſem, quem A°. 1724. nactus eſt ex dono *Mauri Cordati* Principis Hungaro Walachiae, continet IV. Evangelia, quibus in initio praemittitur Canon Evangeliorum, & ſingulis Capitum ſummaria. Omittit ſaepius aliquot verba propter ὁμοιοτέλευτα. Continet Hiſtoriam Adulterae, ſed varie difformatam. Frequens eſt confuſio vocalium. Codex ipſe videtur habere ultra 700 annos. In Luca habet lectiones ſingulares.

74. Codex membranaceus in quarto eleganter ſcriptus continet IV. Evangelia, quibus Canones Euſebii praemittuntur, & ſingulis Evangeliis τὰ κεφάλαια; rariſſimae ſunt ex Evangeliſtariis interpolationes. Confuſio Vocalium non frequens, quamquam η pro ει, & ει pro η, αι pro ε, & ω pro ο. aliquoties occurrunt. In initio & fine ab alia manu additur πίναξ ex Evangeliis de circulo anni, cui etiam debemus correctiones & interlineationes, quas ex iſto codice notavi. Ex monaſterio Παντοκράτορος in monte *Atho* delatus in Angliam A°. 1727. emtus a D. Guil. *Wake* Archiepiſcopo Cantuarienſi, & ab ipſo Collegio Ædis Chriſti Oxon. deſtinatus, notandus ibidem num. I. Incipit a Matth. I. 14. deficit a V. 30. ad VI. 1. In fine haec habet: γέγραφα ταπεινὸς Θεόδωρος ὁ ἁγιοπετρίτης, hoc eſt, ut ex Codice meo infra n. 90. deſcribendo didici, ſcriptus eſt A°. 1293.

Duorum iſtorum Codicum cum editione Genevenſi anni 1620. collatorum Variantes Lectiones mecum communicavit Rev. *Jo. Walker.*

75. Codex Genevenſis 2. Quatuor Evangeliorum Conſtantinopoli allatus, quem vidi A°. 1714.

76. Codex *Caeſ.* 28. in Folio, conſtat foliis 358. & quondam fuerat *Andreae Conterarii* Veneti, cujus inſignia gentilitia in primo folio depicta ſunt. Continetur eo N. T. excepta Apocalypſi, ſcriptum minutioribus literis Graecis (nequaquam vero Uncialibus, ut ait Millius) quomodo fere ſcriptura eſt impreſſi Codicis Complutenſis. Contulit eum cum editis *Gerhardus a Maſtricht*, Syndicus Bremenſis ad Imperatorem Legatus A°. 1690. unde apographum nactus *Millius* appendici ſuae inſeruit ſub titulo *Viennenſis*: in Editione vero Wetſteniana anni 1711. vocatur *Caeſareus.* Poſtea G. a Maſtricht accuratiorem hujus Codicis collationem communicavit cum *H. Wetſtenio*, qui eam margini editionis ſuae adſcripſit, unde & multos Typographi in exprimendis hujus codicis lectionibus errores correxi, & non paucas in editione vel ſtudio vel incuria omiſſas varias Lectiones deſcripſi. Ibidem etiam iſtud G. a Maſtricht monuiſſe deprehendi: „Non adnotavimus tranſpoſitiones varias ſcriptoris, cujus „ oſcitantiae eas adſcribimus, cum caeterum nullius ſint momenti.

77. Codex *Caeſ.* 22. in Quarto, conſtat foliis 300. & ex celeberrima Regis Hungariae *Matthiae Corvini* Bibliotheca Budenſi petitus eſt. Continentur eo IV. Evangelia cum Scholiis; adeſt Hippolyti Thebani ſeculi XI. ſcriptoris tractatus de Genealogia Chriſti.

78. Codex *Jo. Gotlieb Carpzovii Lipſienſis*, continet IV. Evangelia in Quarto cum figuris, cum ſcripſit in membrana Γεώργιος Δεσμοφύλαξ Ναυπλίου, con-

contulit vero, qui 600. annorum esse judicavit, Bornerus, a quo *Kusterus* V. L. acceptas suae editioni inseruit.

79. Codex Evangeliorum Graeco-Latinus a Georgio *Douza* Constantinopoli allatus, & *Gomaro* Leidae visus; cujus iste mentionem facit in locum Jo. VIII.

80. Codex quatuor Evangeliorum membranaceus, seculi XI. integer. Habet hypotheses Evangelio praefixas. De Evangelio Matthaei addit: Ἐγράφη ἐν Ἰερουσαλὴμ Ἑβραΐδι διαλέκτῳ. Habet etiam Τίτλους & Κεφάλαια, quin & Capitum distinctionem eam, qua hodie Ecclesia Latina utitur, Seculo XV. hujus Codicis marginibus adjectam. Fuit olim *Jo. Georgii Graevii*, nunc Rev. & Cl. *Jo. van der Hagen*, qui eum mihi benevole demonstravit A°. 1739. 27. Julii Ultrajecti. Eundem Codicem jam A°. 1691. cum editis contulit *A. Bynaeus*.

81. Codices Graeci, quorum fit mentio in *Correctorio* Bibliorum Latinorum seculo XIII. scripto, de quo infra. Correctores istos fuisse usos Codice nostro 12. colligo ex V. L. ad Matt. XII. 36.

82. Codices, quibus *Laurentius Valla* in concinnandis Annotationibus in Latinam N. T. editionem ex collatione Graecorum exemplarium usus est. Qui & quales fuerint, & ubi terrarum nunc lateant, incertum est; in Matth. XXVII. 12. ait „tres Codices Latinos & totidem Graecos habeo, cum haec compono, „ & nonnunquam alios Codices consulo”. At in Joann. VII. 29. „ *septem*, „ inquit, Graeca exemplaria legi, in quorum singulis ita scriptum est. --- Caetera verba absunt; neque a Graecis tantum exemplaribus sed etiam a plerisque Latinorum”: ubi existimo in numero Codicum errasse Vallam, nam si conferas annotationem in Jo. XVIII. 28. deprehendes, illum *septem* Latinos habuisse Codices. Istud tamen observavi, Lectiones Vallae a veteribus Codicibus dissentire, cum novis autem nuperisque congruere. Usus autem sum Editione prima Annotationum Vallae, curata ab Erasmo A°. 1505.

83. Codex *Augustanus* 1. membranaceus habet IV. Evangelia.

84. Codex *Augustanus* 2. membranaceus, continet Matthaeum & Marci partem.

85. Codex *Augustanus* 3. membranaceus, dissutae sunt plagulae IV. Evangelistarum.

86. Codex *Byzantinus*, qui hodie *Posonii* asservatur, concessu inclyti Conventus Ecclesiastici Augustanae Confessionis; eum misit *Matthias Marthius*, minister Evangelii probatissimus. Codex est membranaceus, & continet IV. Evangelistas: fuitque quondam Bibliothecae *Budensis* portio; sub calcem autem haec extat notula: ἄυτη ἡ βίβλος ἐγράφη μὲν, ὅτε δὴ ἐγράφη. ἐξωνήθη δὲ παρὰ Μιχαὴλ ἱερέως τοῦ πεπαγωμένου ἐν ἔτει ϛχϟα ἐπὶ τῆς βασιλείας τοῦ ἐυσεβεστάτου πορφυρογεννήτου κυρίου Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ κατὰ μῆνα Αὔγουστον, διδασκομένου αὐτοῦ τὰ ἱερὰ γράμματα παρὰ Ἀντωνίου ἐυτελοῦς μοναχοῦ καὶ ἱερέως τοῦ τζίρου καὶ κατὰ θεὸν πατρὸς αὐτοῦ. Itaque veniit liber A. C. 1183., nescio an jam tum aliqua vetustatis specie commendabilis: emtus autem fuit in usum *Alexii Comneni* II., & ornamenta illo possessore non indigna, aurum literis initialibus & picturis haud parce illitum, foliaque serica cœrulea, Eusebianis Canonibus & quatuor Evangelistis adjecta, hodienum retinet, praeter marginem amplissimum, quem ante ligaturam iteratam habuisse noscitur. vide ad Luc. VIII. 15.

87. Codex *Moscuensis* continet quatuor Evangelistas in membrana; & ex literarum pictura, Niconisque patriarchae documentis, plus mille annorum aestimatur, quamquam a Jo. VII. & manus recentior est, & cura librarii minor. In extremo scriptionis notatur annus M. C. 6508. (aerae nostrae millesimus) indict. 13. Facultatem hujus Codicis evolvendi a Theophane Archiepiscopo Novogorodensi, & a Synodo Moscuensi impetravit vir S. R. G. B. *Bulfingerus*: excerpta vero magno labore & studio ad Leusdenianam editionem adornavit V.

C.

C. *Frid. Chrift. Groffius*, P. P. Unus hic ex reclufo noviter climate exortus Codex vel hoc nomine inftar multorum eft, quod quum & antiquiffima illa & minus antiqua ejus portio ex alio & alio exemplari deducta fit, neutra tamen cum ullo de codicibus adhuc collatis fingulariter congruit: caeterisque adeo codicibus, quippe abs quibus in nullam notabilem varietatem difcedit, hoc fuo confenfu pondus addit.

His quinque Codicibus ufus eft in editione N. T. *J. A. Bengelius*; unde eorum, quas affert, varias lectiones excerpfi.

88. Codex *Joachimi Camerarii*, quem ut veterem librum diligenter exaratum laudat, & ad editionem Erasmi collatum faepius citat in annotationibus ad quatuor Evangeliftas, cum N. T. & notis Bezae recufis Cantabrigiae A°. 1642. Similis eft ifte Codex iis, quos n. 63. 72. & 80. defcripfi. Vide etiam Marci IX. 49.

89. Codex *Gehlianus* Evangeliftas complectitur, fcriptus A. M. 6514. indictione quarta, i. e. A°. 1106. cujus cum editione Rechenbergiana collationem *Auguftinus Gabriel Gehlius* (huic enim Codicem donarat *Damianus Sinopeus*) A°. 1729. feorfum edidit. Hanc cum non reperirem, ufus fum excerptis *Bengelii*.

90. Codex chartaceus fcriptus manu *Jacobi Fabri Daventrienfis* Seculo XVI. continet duobus in quarto Voluminibus Novum Teftamentum integrum excepta Apocalypfi, & eo quidem ordine, ut praecedat Joannes, fequantur Lucas, Matthaeus, Marcus, Epiftolae Paulinae, Acta & Epiftolae Catholicae. Epiftola Judae bis extat, fed non ex uno eodemque exemplari defcripta. In capite Libri haec notantur: „ Quatuor Evangelia non femel collata magno labore „ cum antiquiffimo exemplari membranaceo, quod fuit *Magiftri Weffeli Groningenfis*, cujus jam poffeffores Fratres Regulares in monte divae *Agnetis* „ *apud Swollis*. Non facile dixerim, quantum laborem mihi pepererit collatio, „ non occurente & ad manus exiftente, qui aufcultaret, & ego recognofcerem". Et in fine Evangeliorum poft Συναξάριον: ἐπληρώθη τὸ παρὸν Τετρευαγγέλιον διὰ χειρὸς χαμῦ τῦ ταπεινῦ γραφέως Θεοδώρυ Ἀναγνώςυ τῦ Ἁγιοπετρίτου, καὶ ἀναγινώσκοντες εὔχεσθε ὑπὲρ τῦ πόθῳ πολλῷ κτησαμένυ, κἀμῦ δὲ τῦ γράψαντος λύσιν πολλῶν ἁμαρτημάτων Θεὸν ἱλεύμενοι. ὦ Δημήτριε, Θεοδώρυ μέμνησο τῦ καλλιγράφυ, ἔτυς ϛω α. Δόξα τῷ Θεῷ ἀμήν. Ad has infcriptiones obfervo, tum Weffelium, qui A°. 1489. diem obiit, Codicem fuum Evangeliorum accepiffe ex Bibliotheca Vaticana dono Sixti IV. Pontificis, tum Codicem Graecum, unde fuum defcripfit Ja. Faber, fuiffe fcriptum A°. 1293. ab eodem librario, qui Codicem 74., cujus fupra facta eft mentio, exaravit. Quae ratio eft cur in eamdem Lectionem confpirent duo ifti codices, vide Matth. V. 29. XIX. 15. 16. XXIV. 32. XXVI. 40. Marc. IV. 32. V. 13. VII. 20. XIV. 72. XV. 19. Porro de exemplari altero Epiftolae Judae haec habet „ fequitur Epiftola Judae; quam „ habet Guardianus Collitarum Conventi (fic lego) de *Zirchze* in fuo exem-„ plari". Habet Capitum divifionem in Ecclefia Latina receptam; confundit τ & θ, item ζ. & σ. Aliquando etiam Latinam verfionem fequitur, vid. 2. Cor. IX. 6. XI. 23. Gal. V. 8. Eph. IV. 6. Phil. II. 23. Col. 1. 28. Habet etiam prologos Euthalii.

Cum rari ante Reformationem fuerint in Belgio Viri docti & literarum ftudiofi, dignus eft Jacobus Fabri, qui in clariore luce collocetur. Natus is eft A°. 1472. Daventriae. Praeceptorem ibi habuit eundem ac Erasmus *Alexandrum Hegium*. A°. 1499. edidit carmen heroicum. Poft Lector fecundae Claffis Daventrienfis edidit opera Praeceptoris fui Hegii, quorum partem Erasmo dedicavit A°. 1503. A°. 1511. edidit Catonis Difticha cum aliis Gnomologicis e Graeco verfis. Jacobus Faber Stapulenfis eum donavit Pfalterio quintuplici, quod A°. 1509. ediderat. Quin etiam varia noftri Jacobi extant MSS. in Bibliotheca

theca Daventrienfi, Ifaaci Argyropuli & D. Matthaei Graecorum Canones & menologia fua manu Graece descripfit, in Latinum vertit, ac notas adjecit. In veftibulo cujusdam Codicis fcriptum eft „ Fuit aliquando in poffeffione Ma-„ giftri Jacobi Fabri, viri tam Graece quam Latine undiquaque docti, & in-„ teranei Daventrienfis lectoris fecundae Claffis, in fcholis laude digniffimi". Adhuc erat in vivis A°. 1515. Denique *J. C. Wolfius*, ex cujus Bibliotheca hunc Codicem mihi comparavi, in prima pagina adnotavit: „ Poffideo Genefin & Exodum Hebraice in quarto MS. in cujus limine & calce *Jac. Fabri* hujus „ nomen comparet, ibique *Daventrienfis* vocatur, liber autem ab eo legatus „ dicitur Fratribus montis Agnetae ".

91. Codex Evangeliorum olim Cardinalis *Perronii*; pertinebat, antequam in manus ejus devenerat, ad S. Taurini monafterium Ebroicenfe, optimae notae & plus quam octingentorum annorum, judice Bernardo Montfauconio, a quo diverfas ejus Lectiones accepiffe fe Millius fatetur.

92. Codex membranaceus ex mufaeo *Andreae Faefchii* I. V. C., Reipublicae Bafilienfis ab Epiftolis, nunc Comitatus Varnfpergenfis Praefecti, qui hunc & multos alios cum MSS. tum typis editos raros Codices, pro veteris amicitiae jure, mecum libentiffime communicavit; continet *Marcum* & in eum *Victoris* Antiocheni Commentarios foliis 5. mutilos. Item Scholia in Epiftolas Catholicas (non Victoris, quod exiftimavit G. *Caveus* in Hift. Lit. eumque fecutus J. A. Fabricius Biblioth. Gr. Vol. 7. p. 769. deceptus titulo praecedentis libri) fed Variorum illo pofteriorum, Severi, Ammonii, Maximi &c.

93. Codex *Gravii*, quatuor Evangeliorum. Aut eft idem Codex atque 63. aut ei fimillimus. Citatur ab J. Voffio ad Luc. III. de Genealogia Chrifti.

94. Codex *Faefchianus* chartaceus, continens *Victorem* in Evang. Marci, in Evangelium vero Lucae *Titi* Boftrenfis, nec non Chryfoftomi, Severi, Theophylacti, aliorumque Scholia. Item Dionyfii Alexandrini Epiftolam ad Bafilidem.

95. Codex *Wheeler.* 2. membranaceus in Quarto cum Scholiis, continet Evangeliorum partem, nempe Lucae omnia ab initio orationis Dominicae Cap. XI. 2. ad finem, & Joannem exceptis duobus aut tribus foliis integrum.

96. Codex Evangelii S. Joannis in Duodecimo fcriptus elegantiffima manu *Jo. Trithemii* Abbatis Spanhemienfis, feculo XV. exeunte: Bibliothecae Bodl. dono dedit Georgius Hackwell, qui & ipfe illud acceperat ab Abrahamo Sculteto Theologo Palatino Jan. 26. 1607. Variantes ejus Lectiones Ufferius in Polyglottis edendas curavit.

97. „ Codex *Hirfaugienfis* continet Evangelium fecundum Johannem, fcrip-„ tumque fe fatetur per *Nicolaum* (cognomine, ut arbitror, *Bafellium*) mo-„ nachum Hirfaugienfem · convenit autem fingulariter cum Cod. *Trith.* (i. „ e. 96.) apud Millium. Illum inpertiit nobis vir inclytus *Z. C. ab Uffenbach.* „ Scriptus eft A°. 1500". Ita codicem, qui eo ufus eft, defcribit J. A. *Bengelius.*

98. Fragmentum *Tubingenfe.* . . . . .

99. Codex Evangeliorum *Rutgerfii*, quo ufus eft in Exercitationibus facris *Daniel Heinfius*, qui eum antiquiffimum vocat.

100. Codex *Pauli Eubeswaldii* Baronis; Codex vetus quatuor Evangeliftarum, quo fe olim in Hungaria ufum fuiffe narrat *J. C. Wagenfeilius* in Sota p. 33., allato unico loco Jo. VIII. 6.

101. „ Codex *Uffenbachianus* 3. habet Evangelium *Johanis*, fed plane „ recens, & cum editionibus prifcis Bafileenfibus ita congruit, ut ex earum ali-„ qua defcriptus exiftimari debeat, quapropter vix unquam citavi". Verba funt *J. A. Bengelii.*

102. Variantes Lectiones ex Codice Bibliothecae *Mediceae*, margini editionis N. T. Plantiniani A°. 1591. excusi, adscriptae à Matth. XXIV. ad Marc. VIII. 1., mihi comparavi Amstelodami ex Bibliotheca Jacobi le Long.

103. Ex Manuscripto Codice *Constantinopolitano* plus quam octingentorum annorum, qui tunc erat in Bibliotheca Cardinalis *Mazarini*, paucas quasdam Variantes Lectiones cum *S. Curcellaeo* communicavit *Emericus Bigotius*, filius praesidis Parlamenti Rothomagensis.

104. Ex alio codice Evangeliorum adhuc vetustiore, qui fuerat *Hieronymi Vignerii*, presbyteri Oratorii, idem Bigotius quaedam excerpsit; quae cum omnibus schedis a *M. Falcario* Amstelodamum ad *D. Blondellum* & *S. Curcellaeum* missis, A°. 1744. d. 18. Septemb. mihi tradidit conjunctissimus quondam Collega *Joannes Driebergius*.

105. Codex membranaceus *Hieronymi Guilielmi Ebner ab Eschenbach*, continet totum N. T. praeter Apocalypsin, constat foliis 425. Praefixum est menologium ab alia manu crassiori membranae inscriptum, cum his versibus additis:
Θεοῦ τὸ δῶρον, καὶ Ἰωσαφὰτ πόνος. ἔτους ϛῶΘ· Ἰνδίκτου ιδ. μηνὶ Ἰουνίου κθ. ἡμέρα.
Χριστὲ δίδου πονέοντι τεὴν πολύολβον ἀρωγήν. Ad finem Evangelistarum ab eadem manu adpositus est numerus στίχων; historiam adulterae, quae in hoc codice ab Jo. VIII. 3. ad 12. aberat, idem Joasaphatus ad calcem Evangelii subjecit A°. 1319. in coenobio τῶν ὁδηγῶν Constantinopoli. Initio Evangelii Joannis pictura reperitur similis ei, quam ex Codice 1. descripsi supra. Ordo is servatur, ut primo sint Evangelia, postea Acta & Epistolae Catholicae, denique Paulinae. Ita hunc Codicem descripsit *M. Conradus Schoenleben* in dissertatione Noribergae A°. 1738. edita.

106. Codex membranaceus quatuor Evangeliorum, seculi decimi, in bibliotheca Ill. Comitis *de Winchelsea*; quem accurate cum editis contulit *J. Jakson*, collationem vero mecum communicavit supra laudatus *C. de Missy* A°. 1748. Saepissime iste Codex sequitur Versionem Syriacam posteriorem. Habet etiam Interpretationem Arabicam vocis παρασκευὴ ad Matth. XXVII. 62.

107. Codex membranaceus N. T. excepta Apocalypsi, Bibliothecae D. Marci seu Dominicanorum Florentiae, seculo XIV. scriptus, quod notatur in fine Epistolae ad Hebraeos: ἐτελειώθη μηνὶ Ὀκτοβρίῳ ζ. Ἰνδικτίωνος ια. ἔτους ϛωξϛ. Μεθοδίου χεὶρ τοῦ πρωτορακενδύτου. Praemittuntur Evangelia, sequuntur Acta, Epistolae Catholicae & Paulinae. Hunc Codicem describit *Jo. Lami* libro de *Eruditione Apostolorum* Florentiae A°. 1738. edito p. 218.

108. Codex quatuor Evangeliorum; membranaceus ex bibliotheca *Jani Parrhasii*, nunc in Coenobio *S. Joannis de Carbonaria* Neapoli. Initio legitur Epistola Eusebii ad Carpianum. Describitur a *Montfalconio*, Diarii Italici p. 308.

109. Codex quatuor Evangeliorum, quem mihi humanissime in bibliotheca sua ostendit *Richardus Meade* Londini A°. 1746. Evangeliis praefixos habet prologos *Cosmae* Indicopleustae; singuli porro versus de Historia adulterae Jo. VIII. asteriscis sunt notati.

110. Codex *Joannis Ravii*, Professoris Upsaliensis, totius Novi Testamenti, membranaceus, literis uncialibus absque accentuum notis exaratus, quem ille, uti fama est, ducentis imperialibus emtum ex Oriente attulit, & Seren. Electoris *Brandeburgici* Bibliothecae consecravit, referente *Jo. Sauberto* p. 61. Prolegom. in Matthaeum, qui etiam istius Codicis Variantes Lectiones ad Matthaeum edidit; M. V. vero *de la Croze* Regis Borussiae Bibliothecarius, & in isto studiorum genere multo versatissimus, Codice hoc diligentius excusso deprehendit, vix centum annorum esse, & ab impostore quopiam ex editione Complutensi descriptum, adeo ut qui Codicem Complutensem vidit, etiam MS. istum Codicem viderit, ne demtis quidem mendis Typographorum. Sane non in Oriente scriptum esse ex ipso Sauberto apparet, qui notavit, in

hoc

hoc Codice ſcribi ωβηλ, Cαλωκ, απολως, pro ωβηδ, σαδακ, αποδως, & literam Δ lineola inferiori transverſa ſaepe deſtitui; quod Graeco homini accidere non poruit. Hoc mihi per epiſtolam rogatus confirmavit Cl. *la Croze* A°. 1731. 3. Martii, ſimulque ſignificavit ſe ad objectiones *D. Martini* non reſpondiſſe, quod ſenem venerandum offendere aut ipſi aegre facere noluiſſet.

111. Codices *Veleſiani*. De iis *Jo. Mariana* praefat. Scholior. in N. T. „ Graecum Teſtamentum, inquit, neſcio qua ſorte nactus eram, quod *Petrus* „ *Fagiardus Marchio Veleſius* ad fidem *Sexdecim Graecorum exemplarium* ca-„ ſtigavit, quae magna diligentia undique congeſſit, neque impenſae parcens „ neque labori, *vir Graece doctus*. . . . Illud certe deſideratur, ut variis Le-„ ctionibus, quas ad marginem minio adjecit, deſignaret, ex quibus Codicibus „ ſingulas ſumſiſſet". Et Praefat. in Schol. ad Bellarmin. „ Vix eſt locus in „ quo non conſonent margines cum noſtra Editione *Latina*. Verum ex tanta „ concordia rurſus oriebatur ſuſpicio, eum in aliquem Graecum Codicem in-„ cidiſſe ex eorum numero, qui poſt Concilium Florentinum ad fidem Latino-„ rum multi ſunt caſtigati, & penitus conſentiunt. Eam ob cauſam eo Codi-„ ce parce & caute uſi ſumus, nec tamen porſus rejecimus". Hanc Veleſii collationem Mariana videtur primum communicaſſe cum ſodali ſuo *Ludovico ab Alcaſar* Hiſpalenſi, qui Comment. in Apocalypſin Antverpiae 1614. edito pag. 422. ad V. 8. „ Ipſe tamen, inquit, *Graecum* aliquem librum vidi, qui „ hoc in loco non legit ὅτε ἔλαβε ſed ὅτε ἤνοιξε", deinde cum alio ſodali *Ludovico de la Cerda*, qui eas edidit in Adverſariis ſacris Lugduni 1626. in folio, haec praefatus: „ Dono reverentiſſimi Joannis Marianae e ſocietate noſtra habeo exem-„ plar Novi Teſtamenti, in quo variae lectiones ſunt manu tranſſcriptae, quas „ item manu propria adnotarat Illuſtriſſimus Marchio Veleſius Petrus Faxardus, „ facta collatione *Sedecim* exemplarium, in quibus erant *Octo ex Bibliotheca* „ *Regia* beati Laurentii—Teſtamentum id Graecum eſt & excuſum, notae om-„ nes Graecae item & manuſcriptae. Et eo magis adduco has Notas, quod „ plurimae illarum faveant impenſe interpretationi Vulgatae noſtrae". Et in fine capitis: „ Marchionis Veleſii explicationes inutiles neſcientibus Graece, at-„ qui ſcientibus utiliſſimae ſunt. Magno labore comparatae ſunt a viro ſapien-„ tiſſimo, & *emendatus Textus Graecus ad normam vulgati interpretis*. Por-„ ro multa ſunt, quae nolui transſcribere, ſed haec parvi momenti".

Ab eo tempore Lectiones iſtae Veleſianae in Polyglottis Anglicanis, in N. T. Gallico Amelotti, in N. T. Graeco Oxonienſi, denique in Appendice Milliana locum ſuum obtinuerunt. De iis hoc eſt *Millii* judicium Prol. 1312. „ Haud diffitendum quidem, in exemplaribus apud Latinos exaratis paucas „ quaſdam ad Latinum textum à Latinis fuiſſe fictas & formatas. Hujusmodi „ ſubinde unam, alteram, tertiam videas in hac *Veleſiana* συλλογῇ, non item „ multas, quod primo intuitu ſuſpicareris.

Dubito autem, utrum *Mariana* malae fidei an imperitiae potius poſtulandus ſit. Quod ſi enim vel tantillum animum attendiſſet, facile perſpexiſſet, Veleſium non contuliſſe Codices Graecos ſed Latinos, quorum Varias Lectiones ipſe ſaepius infeliciter in Graecum convertit, forte ne S. Inquiſitio, quid moliretur, intelligeret, ipſumque tanquam haereſeos ſuſpectum capitali judicio implicaret. Quod autem non Graecos ſed Latinos Codices conſuluerit, primo inde patet, quia Lectiones profert, quae neque Graecae ſunt, neque in ullo unquam codice Graeco extiterunt. v. gr. Matth. XIV. 7. ὡμολόγησεν αὐτῇ δοῦναι, ὃ ἐὰν αἰτήσηται ἀφ' αὐτῶν. XX. 25. προσκαλεσάμενος αὐτοὺς πρὸς ἑαυτὸν καὶ εἶπε. XXII. 40. οἱ προφῆται κρέμαται. XXIII. 2. Μωυσοῦ. XXVII. 40. οὐαὶ. 65. μετὰ ταῖς κουστωδίαις. Marc. II. 15. καὶ οἱ καὶ ἠκολούθουν. III. 13. προσεκλήθη. IV. 35. διέλθωμεν εἰς τὸ ἐναντίον. VI. 23. πιστεύσει ὅτι, ἃ λέγει, γενηθήτω. XV. 35. τινες τῶν περιστηκότων (& Luc. XII. 1.) 47. ποῦ τιθῆται. Luc. II. 34. σημεῖον ἀντιλεξόμενον. V. 17. καὶ αὐτὸς ἦτο διδάσκων. 25. τὴν κλίνην, ἐφ' ᾧ κατέκειτο, VIII. 47. προσ-

 πεσοῦσα

πεσῦσα ἐπὶ τῦς πόδας αὐτῦ (& Act. XVI. 29.) XI. 7. καὶ εἰ μεμενήκη αὐτὸς κρῦων. XVI. 6. κάθισε Jo. XX. 6. θεώρησε. Act. VII. 51. ἀντεπέσετε. VIII. 6. ἀποκαθιςήσεις. XII. 20. διὰ τὸ τρέφεσθαι αὐτῶν αἱ χῶραι. XV. 21. ὅπυ κατὰ πᾶν σάββατον ἀναγινωσκόμενα. XVII. 17. πρὸς τῦς παρηκῦσαντας. XIX. 35. τῆς Διοπετῦς. XXI. 12. ὁ δὲ ἀκῦσαντες Rom. X. 16. ὑπάκυσαν. 1. Cor. X. 13. εἰληφέτω. XIII. 5. ὀυκ φιλοτιμεῖ. XVI. 19. παρὰ τοῖς καὶ ξενίζομαι. 2. Cor. I. 13. ἀνάγνωτε καὶ ἐπέγνωτε. 2. Pet. I. 4. δεδωρήσεται.

Secundum argumentum, quo probatur Lectiones Velefianas ex Codicibus Latinis profluxiffe, hoc eft, quod multae manifefto produnt originem ex verbis verfionis Latinae ambiguis & perperam intellectis. Matth. XXV. 1. εἰς ἀπάντησιν τῦ νυμφίυ καὶ τῇ νύμφῃ, quia *fponfae* poteft effe vel fecundi vel tertii cafus. Rom. VIII. 22. οὐ μόνον δὲ ἐκεῖνα, quia *illa* poteft effe vel femininum fingulare vel neutrum plurale. Heb. XI. 25. πρόσκαιρος, quia *temporalis* primi & fecundi cafus eft.

Tertium argumentum. Ubi Variatio in Latina Verfione unius literulae aberratione orta eft, in Graeco Velefii alia vox notatur, quae a voce, quam habet Textus Graecus, toto coelo abit, manifefto indicio, Variationes non ex Graecis fed ex Latinis Codicibus defcriptas ab ipfo fuiffe, v. gr.

Marci	VIII.	38.	ἐπαισχυνθῇ, *confufus fuerit*] ὁμολογήσῃ, confeffus fuerit.
	X.	30.	ὑπολαβὼν, *fuscipiens*] ἀναβλέπων, *fuspiciens.*
Luc.	XXIII.	35.	Θεωρῶν, *fpectans*] προσδεχόμενος; *exfpectans.*
Act.	III.	12.	εὐσεβείᾳ, *pietate*] ἐξουσίᾳ, *poteftate.*
	XVI.	1.	Ἰυδαίας, *Judaeae*] χήρας, *Viduae.*
	XVII.	6.	τὴν οἰκυμένην, *orbem*] τὴν πόλιν, *urbem.*
	XXI.	16.	Μνάσωνι, *Mnafonem*] Ἰάσσωνι, *Jaffonem.*
Rom.	XIII.	2.	αἱ δὲ ὖσαι ὑπὸ τῦ θεῦ τεταγμέναι εἰσιν, *quae autem funt, a Deo ordinatae funt*] τὰ δὲ ὖσα, ὑπὸ τῦ θεῦ τεταγμένα εἰσιν, *quae autem funt, a Deo ordinata funt.*
Heb.	XII.	18.	κεκαυμένῳ, *accenfibilem*] προσίτῳ, *acceffibilem.*
			ἔλαθον, *latuerunt*] ἤρεσαν, *placuerunt.*
Jac.	V.	6.	κατεδικάσατε, *addixiftis*] ἠγάγετε, *adduxiftis.*
1. Pet.	I.	6.	λυπηθέντες, *contriftati*] λυπεῖσθαι, *contriftari.*
	III.	8.	τὸ δὲ τέλος, *in fide*] ἐν τῇ πίςει, *in fide.*
2. Pet.	I.	6.	σεσοφισμένοις, *doctis*] ἀδιδάκτοις, *indoctis.*
Apoc.	XVIII.	17.	ἐπὶ τόπον, *in locum*] ἐπὶ λίμνης, *in lacum.*
	XIX.	1.	ἡ σωτηρία, *falus*] ὁ αἶνος, *laus.*
		6.	ὄχλυ, *turbae*] σάλπιγγος, *tubae.*
	XXI.	12.	ἀγγέλυς, *angelos*] γωνίας, *angulos.*

Ut jam fexcentas alias Variationes omittam, quae in fola Verfione Latina & apud Velefium reperiuntur; ex quibus omnibus planum fit, perperam a *Mariana* atque ipfo quoque *Millio* iftas Lectiones pro adftruendo Latinae Converfionis cum genuino Graeco Textu confenfu adduci, cum ex ipfa eadem Converfione petitae fint, adeoque fibi ipfis teftimonium dare non poffint; quod etiam *Simonius* vidit Praefatione in N. T. Gallicum, & in Lucae VIII. 36. XIV. 19. & *J. Clericus* Art. Crit. P. III. §. I. c. XVII. 35. p. 292. & *G. de Maftricht* Prol. 97. & in 1. Cor. XV. 47. 1. Pet. III. 2. Apoc. XVIII. 17. fuspicati funt.

Unum addo, Velefium fuas Variationes adfcripfiffe Editioni R. Stephani tertiae, quod didici ex loco „ 1. Pet. III. 11. καὶ ποιησάτω εἰρήνην καὶ διωξάτω „ αὐτὴν] *legit* καὶ ποιησάτω ἀγαθὸν, ζητησάτω εἰρήνην, καὶ διωξάτω αὐτὴν"; nam verba ἀγαθὸν ζητησάτω in fola tertia Stephani editione operarum incuria omiffa funt. Cum autem Stephanus in praefatione ejus editionis moneat, fe ufum fuiffe *fedecim* codicibus, quorum *octo* fuerint ex Bibliotheca *Regia*; patet utique quid *Marianam* & *la Cerdam* deceperit, ut nobis pro *octo* codicibus Bibliothe-

cae

cae *regis Galliae*, totidem *Regis Hispaniae* codices, & pro Editione *Stephani* ex *sedecim* codicibus ab eo curata, *sedecim* codices quos marchio *Velesius* inspexerit, substituerent. Casu enim fortuito fieri vix potuit, ut numerus duplex Codicum Stephanicorum & Velesianorum esset idem, Codices autem essent diversi.

112. Codices *Romani XXII.* Ex illis X. exhibere dicuntur Evangelia, alii VIII. Acta & Epistolas, denique IV. Apocalypsin, contulisse eos jussu Urbani VIII. Papae Romae conquisitis MSS. codicibus venerandae antiquitatis e Vaticana potissimum & primariis in Urbe Bibliothecis *Joannem Matthaeum Caryophilum*, Cretensem eo fine, ut inserviret editioni Graecae Novi Testamenti, circa annum 1625. Cum vero consilium istud ad exitum perductum non fuisset, Collatio Caryophili, mortui A°. 1635., in Bibliotheca Francisci Cardinalis Barberini, Urbani Papae nepotis, reposita atque ibi circa annum 1642. ab *Isaaco Vossio* conspecta, tandem A°. 1673. a *P. Possino* ad calcem Catenae Graecae in Marcum, Romae editae, subjuncta est; quae cum sero in Angliam advecta esset, *Editor Oxoniensis* A°. 1675. non nisi a Capite XXV. demum Actorum Apostolicorum ea uti potuit: *Millius* vero totam in suam editionem transtulit: Haec ideo prolixius exequenda mihi duxi, ne quis, ut a multis factum est, confunderet ipsos Codices MSS. cum eorundem Collatione a Caryophilo ad Editionem Antwerpiensem anni 1572. instituta & ex Bibliotheca Barberini edita.

Diu autem & merito mihi suspecti fuerunt isti Codices Romani, primo & praecipue quod singularem deprehendi historiae Codicum istorum & *Velesianorum* (quos spurios esse, ni fallor, demonstravi) convenientiam, adeo ut eadem aut similis fabula mihi narrari videatur. Velesiani codices editi sunt A°. 1626: Romanos eodem tempore contulisse dicitur Caryophilus. Velesianarum Lectionum editio dedicata est Francisco Cardinali *Barberino*, *Urbani P. P. Fratris filio*: Caryophili opus *jussu*, ut ait, *Sanctissimi domini nostri Urbani VIII.* cœptum, & in Bibliotheca Barberiniana repositum est. Velesianae Lectiones editae sunt eo consilio, ut autoritas Versionis Latinae confirmaretur: idem fuit Caryophili consilium, quod testatur Praefat. ad Lectorem. „ Summo namque „ Dei beneficio ex hac collatione perspectum illud est, Vulgatam editionem Latinam, testimonio Graecorum vetustissimorum Codicum & Authorum, esse „ fidelissimam, & Graeco illi, ut S. Hieronymus vocat, fonti ---- non immerito aequiparandam". Velesianae Lectiones, ut vidimus, productae sunt a *Mariana*, *Alcasare*, & *de la Cerda*, *è Societate Jesu*: Romanae vero a P. *Possino* ex eadem Societate. Cum vero constanti fama feratur, ex illa societate prodiisse nonnullos, qui a piis fraudibus non valde abhorrerent, idque de tribus prioribus, qui Velesianas Lectiones tractaverunt, modo probatum sit, non immerito de quarti etiam fide dubitari posse existimamus; eoque magis, quod numerus Codicum *Romanorum*, uti & *Velesianorum*, cum numero Codicum *Stephanicorum* congruit; nam & Stephanus in Editione tertia ad marginem citat *decem* Codices MSS. *Evangeliorum*, *octo* Actorum & Epistolarum, & *quatuor* Apocalypseos: (licet enim non nisi duos Apocalypseos codices haberet ιε. & ις. tamen errore Typographi semel etiam tertius ια. & quartus ε. citantur) & totidem Romae, nec plures nec pauciores & Evangeliorum & Epistolarum & Apocalypseos codices reperti fuisse dicuntur, quot Stephanus habuit; quod ab omni veri similitudine abhorret, nisi si quis probet, tres illos Stephani numeros 10. 8. 4. aut sua natura sacros, aut ab *Urbano VIII.* Pontifice Romano, ut honorem *R. Stephano* tribueret, consecratos fuisse.

Porro negligentiam indicat, tum quod ad 1. Cor. XIII. 5. *novem* codicum, & Apocal. IV. 8. & VII. 3. *quinque* codicum testimonium affert, cum tamen ipse in praefatione dixisset, se Epistolarum nonnisi 8. & Apocalypseos nonnisi 4. Codices habuisse: tum etiam illud, quod nec codices eorum-

que aetatem & characterem descripsit, nec singulos citavit, sed modo quatuor, modo octo, modo septem. Quo factum ut nec codices reperiri, neque error aut fraus detegi possint: qua de re etiam conquestus est *Simonius*. Ad Ephes. III. 1. dicit in *octo* hoc est in omnibus codicibus reperiri τῶν πιστῶν, quae tamen lectio nusquam reperitur, sed τῶν ἐθνῶν. Denique aut vehementer fallor, aut pleraeque omnes istae Romanae lectiones ex editione Stephani tertia sunt translatae; pauciores autem quae hinc inde occurrunt ex annotationibus Erasmi, T. Bezae & Lucae Brugensis, forte etiam ex Patrum scriptis sunt petitae, vid. ad 1. Cor. XIII. 5. Testimonium contrarium Graeculi esurientis nihil moror, qui postquam Pontifici fumos vendidisset, Archiepiscopatu Iconiensi in partibus, digno operae suae praemio, donatus est. Porro si *Urbanus* Pontifex plenam fidem habuit *Caryophilo*, cur collationem ejus non curavit edi, cur illa totos quinquaginta annos seposita & neglecta delituit, donec ab homine Gallo (de cujus fide consule Caveum Hist. Lit. in *Methodio* & *Amphilochio*) inveniretur, & carbo pro thesauro ostentaretur? Dissentit hic a nobis J. A. *Bengelius*, ratione tamen non satis firma usus: „ Unum, inquit *Introd. in Crisin N. T.* p. 440., „ dabimus exemplum: Jo. I. 42. citantur *Barberiniani decem*, ubi differentia „ articuli Vulgatum non tangit, & Stephani margo plane vacat". Fateor Stephani marginem vacare, at hoc ipso argumento Caryophilus ductus putasse videtur, inde consequi, Stephani Codices *decem* i. e. omnes legisse ὁ χριστὸς cum articulo, uti in Textu editum est: contra editionem Complutensem & Erasmi, quae legunt χριστὸς sine articulo. Lis haec non aliter quam ipsis libris Romae inventis & productis, quod nunquam credo fiet, solvi potest.

De Evangelistariis Graecis MSS.

Cum primum multa Evangelistaria A°. 1715. in Bibliothecae Colbertina vidissem, avide ad illa cum editis conferenda me accinxi, sperans me inventurum constantem & publice receptam in Ecclesia Graeca Lectionem: at eventus exspectationi meae non respondit, nam & ipsos inter se, atque a nostris Editionibus non raro dissentire deprehendi. Ejus rei conspectum Tibi, B. L., exhibiturus Codices primum describam, quorum sex quidem priores literis majoribus, reliqui autem omnes literis minoribus scripti sunt.

1. Codex COLBERTINUS 700. continens Evangelistarium; prima pagina literis aureis scripta est, versusque quosdam, ut vocant, politicos praefixos exhibet, confusae sunt literae non tantum οι & υ. ει & ι. sed etiam η. & ι. Ab octavo esse seculo existimat Cl. Auctor Palaeogr. Gr. p. 228. quinetiam alibi p. 4. ad septimum promovet; mihi vero non videtur seculo nono prior; arguta enim illa & affectata literarum pictura clamat sane, ea aetate fuisse scriptum, qua literarum simplicium notae in desuetudinem venerant: Accedit, quod & mentio fiat in eodem Codice festorum, quae seculo VIII. nondum instituta ac sancita fuisse videntur, ut κυριακὴ τῶν ἁγίων πάντων, εἰς μνήμην τοῦ ἁγίου Καρτερισίου, εἰς τὰ μεταθέσια τῆς σοροῦ Βλαχερνῶν Julii 2. εἰς τὴν μνήμην τοῦ ἐν ἁγίοις βασιλέως Κωνσταντίνου καὶ Ἑλένης, μνήμη τῶν ἐν ἁγίοις πατριαρχῶν Ἀλεξάνδρου, Ἰωάννου καὶ Παύλου τοῦ νέου, εἰς τὴν ἕυρεσιν τῆς τιμίας κεφαλῆς. Nescio etiam quid mysterii lateat in literis Βξυρνν, quae in frontispicio hujus Codicis extant.

2. Codex COLBERT. 2215. continens Evangelistarium mutilum & sequioris aevi superscriptionibus foedatum. In indice festorum habet Aug. 15. εἰς τὴν κόιμησιν τῆς θεοτόκου Sept. 8. εἰς τὸ γενέσιον τῆς θεοτόκου (festum exeunte seculo VII. institutum) 9. τοῦ ἁγίου Ἰωακεὶμ καὶ Ἄννης. Octob. 27. τὰ καταθέσια τῆς τιμίας κάρας. Nov. 21. τὰ εἰσόδια τῆς ὑπεραγίας θεοτόκου. 12. Ἰωάννου τοῦ ἐλεήμονος. Dec. 12. ἐπινίκια Χοσρόου καὶ Πέρσου. (A°. 627.) May 21. Κωνσταντίνου καὶ Ἑλένης, Junii 12. Νικηφόρου Πατριάρχου. Octob. 8. τῆς ἁγίας Πελαγίας τῆς πόρνης ζήτει

εἰς τὸ τέλος τῦ βιβλίου. Plurima in iſto Codice occurrunt juniori manu a poſſeſſoribus notata, ut μνήσθητι κύριε τὴν ψυχὴν τοῦ δούλου σου Πάπα κυριακοῦ καὶ ἱέρεος καὶ πνευματικοῦ καὶ Τισισίου, item τοῦ δούλου σου παναγιῶτι ἀναγνώςου υἱοῦ τοῦ Νικολάου. item τοῦ δούλου σου Γεοργίου ἱεράρχου. item Catechiſmus lingua Graeca vulgari inſcriptus διδασκαλία χριςιανική. mentio etiam fit Annorum Chriſti 1524. 1537. 1529. Occurrunt denique inſtrumenta donationum, aedi cuidam Sacrae factarum, quarum prior ita incipit: κατὰ τὴν σήμερον ἡμέραν ἥτις ἐςιν ἡμέρα κυριακὴ, πέπτα καὶ δεκάτη τοῦ αὐγούςου μηνὸς, ἔτει-τοῦ Χριςοῦ αυξδ. ὁ τρισέντιμος καὶ μανύφικος ἀφθέντης καβάλλαρις μησηρ γαλιατζῶς βοιραλαους ηθεχισεν-εἰς τὸν ναὸν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου τῆς πολληλεω πασσας. ſubſcribitur μητρα.... ραμοςκαςελλαν aliud inſtrumentum eſt anni 1466. ἔμπροσθεν τῆς ὑπεραγίας θεοτόκου τῆς πολι.... ἐγὼ Μαριος Πετρενα-ἐγὼ Λοζετος ϲιζιλος. Ex iſtis omnibus, niſi mea me conjectura fallit, conficitur, Codicem eſſe Cyprium.

3. WHEEL. 3. „Lectionarium Evangelicum in quarto grandiore literis quadratis & majuſculis paulo pinguioribus (quales Ruſſicae) deſcriptum circa „Annum Chriſti milleſimum, quod e partibus Orientis allatum libere in uſus „noſtros tradidit Vir Cl. D. Georgius Wheeler, Eccleſiae jam Dunelmenſis „Canonicus, inquit Millius.

4. MOR. 2. „Evangeliſtarium pervetuſtum grandioribus literis circa Annum „Chriſti milleſimum exaratum Joannis Mori Epiſcopi Norvicenſis", cujus Lectiones Millius in appendice exhibet.

5. „Lectionarium Evangelicum mutilum pervetuſtum, ſcriptum literis quadratis pinguioribus paulo ante annum Chriſti milleſimum. Id enim colligo ex „Lectionario ejuſdem omnino cum hoc noſtro Characteris, quod oſtendebat „mihi, cum olim Cantabrigiae agerem, Amicus e paucis D. Joann. Covellus, „S. T. P. ad cujus quidem calcem indicatum eſt exemplar illud ſcriptum fuiſſe „Anno ςφγ. h. e. Chriſti 995". ita *Millius* ſuum Codicem BODLEJAN. 3. deſcribit, quem nos deprehendimus in iſta Bibliotheca notatum eſſe Baroc. 202. & ex parte contulimus. Guilielmus Laud Archiep. Cantuarienſis illum cum aliis A°. 1628. per Comitem Pembrockiae inter libros Franciſci *Baroccii* Patricii Veneti emit, atque in Angliam transportavit.

6. Codex SCALIGERI. In Catalogo Bibliothecae Lugduno Batavae ita deſcribitur: „Series Lectionum Feſtalium ex Evangeliis & Pſalmis Graece & „Arabice; ex charactere Graeco colligebat illuſtris Scaliger ſuo tempore, 800. „retro annis ſcriptum fuiſſe hoc exemplar. Et in Epiſtolis Scaligeri: Lectionarium vetuſtiſſimum Arabum Chriſtianorum. Arabica ſunt ſine punctis diacriticis, Graecus Textus e regione appoſitus ex Prophetis & N. T. litera quadrata, quam capitalem vulgo vocant, quod eſt argumentum vetuſtatis non „infimae". Codicem vidi & contuli Leidae in Bibliotheca A°. 1731. Cum ſit papyraceus, de aetate ejus pronunciare non audeo. Scriptus eſt autem literis majuſculis, ſimilibus codici Prophetarum, qui olim Cardinalis *Rupefocaldii* fuit; accentus ubique habet appoſitos, confundit η & ει, item υ. & οι, ω & ο. Diſtinctio major minio ſcripta exprimit figuram crucis. in fine legitur. . . . . τῦ δέλυ Πέτρου ἁμαρτωλῦ . . . . ὁ θεὸς ἡμῶν. Ἀμήν. Continet fragmenta pauca ex Pſalmis, Evangeliis, Actis, & Epiſtolis, ſive Pericopas legendas τῇ κυριακῇ τῶν ἁγίων βαΐων, κατὰ τὴν σύνταξιν, εἰς τὸν νιπτῆρα, εὐαγγέλιον τῶν ἁγίων παθῶν τῦ κυρίῦ ἡμῶν Ἰησῦ χριςῦ, ὥρᾳ α. τῆς νυκτὸς, ὥρᾳ γ. ς. θ. ια., τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ παρασκευῇ πρωῒ ὥρᾳ α. τῆς ἡμέρας, ὥρᾳ γ. ς, θ., τῷ ἁγίῳ καὶ μεγάλῳ σαββάτῳ, κυριακῇ τῆς ἁγίας βαΐας. Habet Lectiones ſingulares, & conſentit cum Verſione Ægyptiaca: Seculo XV. fuit in poteſtate hominis eccleſiae Latinae addicti, qui 1. Pet. II. 23. vocem δικαίως imperite mutavit, ut legeretur σε ἀδίκως, atque ita, ſi placet, exprimeretur Verſio Vulgata: *judicanti ſe injuſte.* Tunc etiam verſus ſequentes de *Ludovico XII.* Rege Galliarum huic Codici ſunt inſerti:

Dum

Dum trepidant *Itali*, movet & *Germania* bellum,
Et ſcelerum inventrix *Hiſpania* tota Megaeram
Concitat in *Gallos*, ſimul aggrediente *Britanno:*
Has omnes furias vicit *Ludovicus*, una
Gallorum princeps & regum maximus idem.
Attamen his ſcelerum in ſeſe ſurgentibus armis
Miſit ad *Ægypti* ſaevum *Syriaeque* tyrannum, ut
Chriſticolis vetiti reſeraret clauſtra ſepulchri.
Sic hoſtes pariter vicit, nobisque ſepulchrum
Reſtituit, placans precibus, quem vincere ferro
Mallet, & a vano mundum defendere cultu.
Et faceret tandem: impediunt ſed talia Parcae,
Invidiaeque modo Regum, quibus omnia letho
Ante ſuos ortus. . . .

Caetera deſunt.

7. Codex *Colbertin.* 614. Continet Evangeliſtarium ſeculi XIII. ut ex nota in fine appoſita colligo, ἐτελέσθη τȣ̃το τὸ ἱερὸν.... διὰ χειρὸς Γεωργίȣ ἱερέως τȣ̃ Ροδίȣ, διὰ συνδρομῆς καὶ πολλȣ̃ πόθȣ.... διὰ ψυχικῆς αὐτȣ̃ σωτηρίας, καὶ ἐτέθη εἰς τὸν πάνσεπτον ναὸν τȣ̃ μεγάλȣ Ἐπιφανίȣ ἤγȣν τῆς ἐγκλήτης. . . . εἰ δὲ τις βȣληθῆ ἆραι τȣ̃το κρυφίως ἢ καὶ φανερῶς, ἕξη τὰς ἀρὰς τῶν ιβ. Ἀποστόλων, καὶ ἀρὰν εὕρη κακίστην πάντων μοναχῶν. Idem *Georgius* ſimile Evangeliſtarium ſcripſit A°. 1205. quod in Bibliotheca Regia extat, & in Palaeographia deſcribitur.

8. Codex *Colb.* 648. Evangeliſtarium ſeculi XIV. in fine habet, ἐγράφη χειρὶ Κοσμᾶ μοναχȣ̃ τȣ̃ παναρέτȣ; cui haec aetas aſſignatur in Palaeographia.

9. Codex *Colb.* 681. Evangeliſtarium mutilum, deſunt enim Lectiones feſtorum.

10. Codex *Colb.* 721. Evangeliſtarium, in quo plura deſunt, quam in praecedenti.

11. Codex *Colb.* 1265. Evangeliſtarium de Sanctis a feria 2. poſt novam Dominicam ad XI. Junii; videtur eſſe pars altera Codicis 10.

12. Codex *Colb.* 824. Evangeliſtarium a feria 2. poſt Dominicam Thomae, deeſt initium; videtur ſcriptus eſſe in uſum Eccleſiae Conſtantinopolitanae, praeterquam enim quod frequens fit mentio Archiepiſcoporum Cp., exhibetur etiam Lectio in σύναξιν τῆν ὑπεραγίας Θεοτόκȣ ἐν τοῖς χαλκοπρατείοις, quae regio Urbis Conſtantini fuit.

13. Codex *Colb.* 1241. Evangeliſtarium, in quo deſunt quaedam hinc inde folia.

14. Codex *Colb.* 1282. Evangeliſtarium. Charta laevigata eſt & binae Columnae in ſingulis paginis eleganter ſcriptae ſunt: in fine haec nota a Librario adjecta eſt: Χριστὲ δίδȣ πονέοντι τεὴν πολύολβον ἀρωγὴν (vide ſupra pa. 58. n. 105.) ἐγὼ Ἰωάννης Θεοφύλακτος.

15. Codex *Colb.* 1824. Evangeliſtarium ejusdem aetatis & commatis, cujus eſt Codex 13.

16. Codex *Colb.* 2465. Evangeliſtarium, in quo multa deſunt; mentio ibi fit cujusdam Philippi, ἐγὼ Φίλιππος τȣ̃ Σαλαιρȣ̃: notantur anni τῆς χριστογονίας 1393. 1413. 1466.

17. Codex *Colb.* . . . . Evangeliſtarium.

Undecim iſtos Codices Colbertinos contuli A°. 1715.

18. „ Codex *Bodl.* 4. Evangeliſtarium mancum annorum circiter 500.

19. „ Codex *Bodl.* 5. Evangeliſtarium nitidiſſime deſcriptum, ſed manu re-
„ centiore, advectum e Turcia & ab Eduardo Hyde, Comite Clarendoniae
„ Cancellario Academiae, in Bibliotheca Bodlejana repoſitum. Fuit primo Pa-
„ triar-

„ triarchae Constantinopolitani, qui illud dono dedit Heneagio Finch Comi-
„ ti de Winchelsey ad Turcarum Imperatorem Legato A°. 1661.

20. „ Codex *Laud.* 4. continet Evangelistarium scriptum, ut apparet in „ fine ejus, a quodam Onesimo, mense Aprili, Indictione ιϛ. anni ϛφνε, h. e. „ Christi 1047.

21. „ Codex *Seldeni* 4. Evangelistarium vetustum, sed mutilum.

22. „ Codex *Seldeni* 5. Evangelistarium vetustum, sed lacerum". Ita *Millius.*

23. Evangelistarium, quod vidi apud Cl. *R. Mead.*

24. Codex *Augustanus* 4. est Evangelistarium, scriptum literis grandioribus: ita eum describit *J. A. Bengelius*; qui etiam V. ex eo L. produxit.

Hactenus de Codicibus *Evangeliorum* egimus: Codices, qui seorsim *Acta*, *Epistolas* aut *Apocalypsin* continent, describemus suo loco.

De Scriptoribus Graecis, qui Novo Testamento usi sunt, usque ad Tempora Constantini M.

Evangelium Nazaraeorum, sive Ebionitarum, sive duodecim Apostolorum, sive κατὰ Ἑβραίους, tot enim nominibus idem appellatur, citarunt Irenaeus, Clemens Alexand. Origenes, Epiphanius atque Hieronymus. Ναζαρηνοὶ, ait Epiphan. Hae. 28. ἔχουσι τὸ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγέλιον πληρέστατον ἑβραϊστὶ, quod explicat Hae. 30. ἐν τῷ γοῦν παρ᾽ αὐτοῖς εὐαγγελίῳ κατὰ Ματθαῖον, ὀνομαζομένῳ, οὐχ ὅλῳ [lege οὐκ ὄντι] δὲ, πληρεστάτῳ, ἀλλὰ νενοθευμένῳ καὶ ἠκρωτηριασμένῳ, Ἑβραϊκὸν δὲ τοῦτο καλοῦσιν. Fragmenta collegit J. A. Fabricius in Codice Apocrypho N. T. Hamburgi 1719. edito, quem fefellisse conjecturam in eo video, quod dictum quoque illud μυστήριον ἐμὸν ἐμοὶ καὶ τοῖς υἱοῖς τοῦ οἴκου μου, a Clemente Alex. allatum, ex eodem Evangelio petitum suspicatus est, cum sit ex Esaiae XXIV. 17.

Hermae Pastor, ex eadem Editione Fabricii.

Barnabae Epistola, ex Editione Cotelerii A°. 1698. in Folio.

Clementis Romani Epistolae duae ex Codice Alexandrino per Patricium Junium erutae, qui, dum lacunas ex ingenio complere conatur, haud raro videtur impegisse, ut cum, literis quibusdam statim in limine obsoletis, legit vocem Scriptoribus Ecclesiasticis inusitatam δυσοίζομεν, ubi alii νομίζομεν, alii δοκήσομεν conjecerunt. Sed procul dubio substituendum erat verbum a Paulo in Epistolis frequenter usurpatum γνωρίζομεν, quod sensum reddit simplicem planumque.

Hanc qualemcunque emendationem meam, quam jam A°. 1730. in publico proposueram, & biennio ante cum nupero *Epistolarum Clementis editore* communicaveram, Editor iste non solum A°. 1742. sibi tribuit, scribens: p. 119. „ *quid si* [γνωρ] ίζομεν *legamus? &c*". sed etiam in publico specimine A°. 1744. in eadem urbe, ex eadem officina, eademque forma (ut cum Epistolis Apostolicis & Annotationibus in eodem volumine compingeretur) edito publice se laudari passus est his verbis: „ Multo tamen aptior h. l. est *Novissima Viri summi* „ *conjectura*, *qui sagaciter vidit* γνωρίζομεν esse verbum illud, quod vetustate „ codicis deletum fuit &c". Quod hac occasione notandum esse judicavi, ne quis, tempora non satis distinguens, me illi Editori aliquid tacitum sublegisse, & plagium, quod vocant, literarium fecisse suspicaretur.

Clementi multa quondam falso adscripta fuerunt, de quibus Eusebius Hist. Eccl. 3, 38. ἤδη δὲ καὶ ἕτερα πολυεπῆ καὶ μακρὰ συγγράμματα, ὡς τοῦ αὐτοῦ, χθὲς καὶ πρώην τινὲς προήγαγον, Πέτρου δὴ καὶ Ἀπίωνος διαλόγους περιέχοντα, ὧν οὐδ᾽ ὅλως μνήμη τὶς παρὰ τοῖς παλαιοῖς φέρεται, οὐδὲ γὰρ καθαρὸν τῆς Ἀποστολικῆς ὀρθοδοξίας ἀποσώζει τὸν χαρακτῆρα. In quibus verbis praecipue illa χθὲς καὶ πρώην notari velim. Pseudo-Clementis sunt 1. *Constitutiones Apostolicae*, quarum Auctor Hexaplari Origenis Editione usus est, & locis Veteris Testamenti multa Aquilae, Symmachi, atque Theodotionis intermiscuit, uti diligenti investi-

gatione primus quod ſciam deprehendi: in Evangeliſtis vero citandis videtur ad manus habuiſſe Tatiani Diateſſaron; plerumque enim Textum ex pluribus compoſuit. 2. *Recognitiones*, quae Latine circumferuntur, quas ſeculi tertii initio adſcribendas eſſe probavit H. Dodwellus. Homiliae, ex quibus eaedem Recognitiones videntur in Latinum ſermonem converſae eſſe, auctorem habent imbutum multis opinionibus a fide Chriſtianorum alienis. Edit. Coteler.

Ignatii Epiſtolae genuinae ſeptem, interpolatae atque ſpuriae duodecim, quae mihi ab eadem manu, ac Conſtitutiones Apoſtolicae, videntur corruptae. Edit. Coteler.

Polycarpi Epiſtola ad Philippenſes. Ed. Coteler.

Papias, Polycarpi ſodalis, Epiſcopus Hierapolitanus, de quo Euſebius H. E. 3, 39.

Valentinus & Valentiniani, quorum fit mentio apud Irenaeum & Epiphanium. De auctore iſtius Sectae haec habet Hieronymus in Oſeae XI. 1. „ Nullus enim, inquit, poteſt haereſin ſtruere, niſi qui ardentis ingenii eſt, & „ habet dona naturae, quae a Deo artifice ſunt creata. Talis fuit Valentinus, „ talis Marcion, quos doctiſſimos legimus". Scripturis pepercit, teſte Tertulliano de Praeſcript. C. 38. qui tamen ipſe libro de Carne Chriſti ipſi adulterationem Capituli Joannis X. 13. objicit; quod confirmat Origenes c. Celſum l. 2. μεταχαράξαντας δὲ τὸ εὐαγγέλιον ἄλλους οὐκ οἶδα, ἢ τοὺς ἀπὸ Μαρκίωνος, καὶ τοὺς ἀπὸ Οὐαλεντίνου, οἶμαι δὲ καὶ τοὺς ἀπὸ Λουκιανοῦ----οὐ τοῦ ἀληθινοῦ Χριστιανισμοῦ ἔγκλημα ἐισὶν οἱ μεταχαράττοντες τὰ εὐαγγέλια, καὶ αἱρέσεις ξένας ἐπεισάγοντες τῷ βουλήματι τῆς Ἰησοῦ διδασκαλίας. In iſta Secta celebres fuerunt Heracleon, qui, referente Origene, in Evangelium Joannis Commentarios ſcripſit, & Ptolemaeus. Valentinus traditionem Apoſtolicam jactavit, teſte Clemente Strom. VII. p. 898. Οὐαλεντῖνον Θεοδάδι ἀκηκοέναι φασὶν, γνώριμος δ᾽ οὗτος ἐγεγόνει Παύλου.

Montanus auctor Sectae κατὰ Φρύγας, ejusque aſſecla Theodotus Byzantinus coriarius, qui circa tempora Valentini ſcripſit librum ἀνατολικὴ διδασκαλία vocatum, cujus fragmentum extat in libris Ὑποτυπώσεων Clementis Alex.

Lucianus Samoſatenſis, Amſtelaed. A°. 1743. tribus in Quarto voluminibus editus. Ei perperam tribuitur Dialogus *Philopatris*, quem ſeculo IV. ſcriptum fuiſſe erudite probavit Cl. *J. M. Gesnerus*.

Celſus, cujus verba frequentur citantur ab Origene.

Oracula Sibyllina,

Phocylidis Sententiae multa continent ex oraculis Sibyllinis translata, a Fabricio utrumque opus Chriſtiano adſcribitur.

Protevangelium Jacobi in Codice Apocrypho N. T. a Fabricio edit.

Juſtinus Martyr, editus a Roberto Stephano Paris. 1551. in Folio. In Dialogo cum Tryphone utitur vocibus ac phraſibus ex Actis Apoſtolorum, & Epiſtolis Jacobi & ad Hebraeos petitis, φρίσσειν, παθητὸς Χριστὸς, & quae leguntur de Melchiſedeco. Ego vero cuperem mihi eximi ſcrupulum de hujus Dialogi auctore, ex diligenti ejus Lectione injectum, nimirum quod non utatur in V. T. locis citandis verſione τῶν ο̄, ſed magis accedat ad Origenis Editionem hexaplarem, cum, quae Origenes obelis jugulavit, omittat, quibusque aſteriſcos appoſuit, addat etiam; cum idem in Daniele alia Verſione, neſcio an Symmachi, utatur. Si Juſtinus mortuus eſt, antequam Symmachi atque Theodotionis Verſio ederetur, & ſi integro ſeculo praeceſſit Origenem, quomodo potuit iſtius opere uti? aut ſi non uſus eſt, quomodo potuit accidere ut prorſus eadem verba iisdem in locis adderet vel demeret, ubi ille vel aſteriſcis quid vel obelis ſignaverat? Quare de hoc auctore quid ſtatuendem ſit, doctiores viderint, mihi rem compertam propoſuiſſe ſat eſt. Pſeudo-Juſtini eſt Expoſitio Fidei, item Quaeſtiones & Reſponſiones ad Orthodoxos, in quibus Manichaeorum, qui exeunte ſeculo tertio exorti ſunt, extincti item Ethniciſmi, ut & Irenaei atque Origenis diſerte mentio fit. *Ire-*

Irenaeus Lugdunenſis Epiſcopus & Martyr. Editus a *Maſſueto* Pariſiis 1710. Graeca ejus Fragmenta ſunt apud Epiphanium, Theodoretum & in Catenis MSS. De eo ita *Millius:* „ Epiphanius, inquit, aliique, quibus Graeca Ire- „ naei debemus, haud ſemper citarunt loca N. T. ad Textum Irenaeanum, „ ſed nonnunquam ad Codices ſuos poſteriores: ---- in Latinis autem interpre- „ ti id unum curae erat, ut Scripturae teſtimonia ---- exprimeret verbis Inter- „ pretationis Italicae. Unde factum, ut paucis in locis, nec niſi ex contextu „ orationis, ſatis aſſequi poſſis, quaenam fuerit Codicis Irenaeani Lectio.

Tatianus Syrus, Juſtini Martyris Diſcipulus, ſcripſit adverſus Gentes. Editus a Friſio Tiguri 1546. idem etiam Catenam neſcio quam & Collectionem Evangeliorum contexuit, teſte Euſebio H. E. 4, 29. ὁ Τατιανὸς συνάφειάν τινα καὶ συναγωγὴν οὐκ οἶδ' ὅπως τῶν Εὐαγγελίων συνθεὶς, τὸ διὰ τεσσάρων· τοῦτο προσωνόμασεν· τοῦ δὲ Ἀποστόλου φασὶ τολμῆσαί τινας αὐτὸν μεταφράσαι φωνὰς, ὡς ἐπιδιορθούμενον αὐτῶν τὴν τῆς φράσεως σύνταξιν. Theodoretus teſtatur, ſe plusquam ducentos tales Evangeliorum Codices deprehendiſſe atque ſepoſuiſſe; hodie nec unus ſupereſt. In Codice tamen 72. ejus fit mentio ad Matth. XXVII. 49.

Theophilus Antiochiae Epiſcopus, tres libros ad Autolycum ſcripſit, a Friſio editos Tiguri 1546.

Athenagoras Athenienſis, ſcholae Alexandrinae Doctor, ſcripſit Legationem pro Chriſtianis & de Reſurrectione mortuorum, in quibus paſſim ad loca N. T. alludit, citat etiam *Baruch. III.* ult. quem locum Editor fatetur, ſe in ſuo Jeremia invenire non potuiſſe. Ed. Oxonii 1706. in Octavo.

Clemens Alexandrinus, Ed. Jo. Potteri Oxonii 1715. Editores priores frequentiſſime aberraverunt in adnotandis locis Scripturae, quae in textu Clementem reſpicere exiſtimabant, atque etiam Millium ſecum in errorem abduxerunt, ut cum Paedag. 3, 11. Clemens dictum 2. Cor. VIII. 21. proferret, ad marginem notarunt Rom. XII. 17. ex quo Millius inſignem Variationem eodem loco falſo exſculpſit. Scripſit idem Clemens VIII. libros ὑποτυπώσεων, qui, ſi integri extarent, maximo nobis uſui eſſent, αἱ μὲν οὖν ὑποτυπώσεις ait Photius Bibl. 109. διαλαμβάνουσι περὶ ῥητῶν τινῶν τῆς παλαιᾶς καὶ νέας διαθήκης, praecipue τοῦ Παύλου τῶν Ἐπιστολῶν καὶ τῶν καθολικῶν. Habemus tamen Fragmenta quaedam in Eclogis Editioni Clementis annexis, & in MSS. Scholiis hinc inde, tum Latina Caſſiodoro interprete, Fello editore.

Hippolytus, Irenaei diſcipulus, Epiſcopus Portus Romani in Arabia, ex editione J. A. *Fabricii* A°. 1718. Folio & Collatione MS. Baſilienſis membranacei Scholiorum in hiſtoriam Suſannae, item de Antichriſto.

Origenes ex Editione Latina Lugduni 1536. & Graeco-Latina *Huetii*, & *Spenceri* collata cum MS. Baſilienſi chartaceo, & *Wetſtenii* collata Epiſtola ad Africanum cum MS. Baſilienſi membranaceo, denique *Caroli de la Rue*, 3. Volum. Licet autem Origenes apud poſteriores Graecos atque Latinos male audierit, illud tamen certum eſt, neminem Patrum fuiſſe ipſo κριτικώτερον & in Scripturis exercitatiorem, qua laude etiam ſua aetate in Ægypto praecipue ac Palaeſtina apud Monachos βιβλιογράφους floruit. Unde factum, ut non modo ipſius N. T. ἔκδοσις tantum non ſola pro Authentico Codice haberetur, ac paſſim omnium frequentiſſime deſcriberetur; verum etiam ut interpretes atque enarratores N. T. pene univerſi temere non alias atque Origenis explicationes adoptarent. Illud ergo affirmare non dubitem, quod, ſi vel Origenis Codex extaret, vel ſcripta ejus integra ſupereſſent, ad editionem Novi Teſtamenti accuratiſſimam plus inde quam ex omnibus aliis Patribus ac Codicibus, qui nunc quidem ſuperſunt, ſubſidii ſperare liceret. Quod tamen non ita intelligi velim, acſi omnes Origenis lectiones probarem; non enim neſcio, illum virum ex conjectura, ſed niſi fallor (ut plerumque fit) infelici & non neceſſaria in N. T. non pauca immutaſſe; quae emendationes tum a librariis, tum ab Hieronymo in Verſione Latina, partim receptae partim neglectae ſunt.

De quibusdam ipſe Origenes nos docet, in commentariis qui ſuperſunt: nullus autem debito, ſi commentarios haberemus integros, longe plura deprehenſum iri, vid. Matth. I. 23. VIII. 28. XIX. 17. 19. XXVII. 7. Jo. I. 28. 1. Cor. X. 28. XVI. 51. Ceterum dolendum, Interpretes Origenis Latinos tanta licentia graſſatos eſſe, ut jam difficulter diſcernere liceat, quid ab Origene aut Rufino profectum ſit. Nec minus dolemus acerbam viri nobis quondam amiciſſimi *Caroli de la Rue* mortem, qui pridie Non. Oct. 1739. extinctus telam coeptam ad finem perducere non potuit: quod ut tandem perficiat, cui hoc negotium moriens demandavit; *Carolus Vincentius de la Rue* fratris filius, utque non ſolum Commentarios Origenis in Johannem, verum etiam Scholia ejus, in Catenis editis ineditiſque paſſim ſparſa, nobiſcum propediem communicet, ardenter cupimus & optamus.

Ammonius Alexandrinus concinnavit Harmoniam Evangeliſtarum, quae Millio judice adhuc Latine extat a Victore Capuano reperta & a Memlerio primum typis edita: nos vero longe aliter judicamus. En deſcriptionem hujus operis ab Euſebio factam: Ἀμμώνιος μὲν ὁ Ἀλεξανδρεὺς, πολλὴν ὡς εἰκὸς φιλοπονίαν καὶ σπουδὴν εἰσαγηοχὼς, τὸ διὰ τεσσάρων ἡμῖν καταλέλοιπεν εὐαγγέλιον, τῷ κατὰ Ματθαῖον τῶν λοιπῶν εὐαγγελιστῶν περικοπὰς παραθεὶς, ὡς ἐξ ἀνάγκης συμβῆναι τὸν τῆς ἀκολουθίας εἱρμὸν τῶν τριῶν διαφθαρῆναι ὅσον ἐπὶ τὸ ὕφει τῆς ἀναγνώσεως; ex quo liquet omnino foetum ſpurium eſſe eum, qui Latine extat. Nam 1. Latinus Ammonius habet hiſtoriam adulterae Jo. VIII. Graecis, Ammonio aeque ac Euſebio, nunquam lectam. 2. Codex Latinus exhibet quatuor Evangeliſtas in unum corpus conflatos: Ammonius autem quaternis columnis quatuor Evangeliſtas diſtincte deſcripſerat, haec enim eſt vis verbi παραθεὶς, i. e. juxta Matthaeum reliquos appoſuit. 3. Latinus Ammonius numeris tantum appoſitis parallela ceterorum Evangeliſtarum loca indicat: iſtud autem non utique Ammonii, ſed Euſebii, ut ipſe diſerte teſtatur, inventum eſt. 4. Latinus Ammonius eandem hiſtoriam ſemel tantum narrat, nihilque repetit: Ammonius quod apud diverſos Evangeliſtas bis terve quaterve iisdem verbis occurrebat, iisdem verbis bis terve quaterve poſuit, etiam τὰς ὁμοφώνους τῶν λοιπῶν εὐαγγελιστῶν περικοπὰς παραθεὶς: id quod etiam Millius vidit; „ Euſebius dicit, Ammonium Matthaei Evangelio adje-„ ciſſe in hoc Opere ceterorum Evangeliſtarum loca ὁμόφωνα ſeu concordantia; „ cum autem ex Harmonia ipſa [Latina ſcil.] conſtet, eum haud adjeciſſe lo-„ corum iſtorum concordantium ipſa verba &c". Pro eo autem, quod neceſſario inde debebat concludere Millius, Latinam Harmoniam non Ammonii eſſe, in alia potius omnia abit, atque ſibi aperte contradicit. 5. Si Ammonius voluiſſet omnes Evangeliſtas permiſcere atque confundere, quid ad ejus ſcopum feciſſet accurata illa ſingulorum diſtinctio in τίτλους & κεφάλαια, quam Millius ipſi adſcribit? aut ſi eadem diſtinctio ex veriori ſententia Euſebii eſt, quid labor Ammonii potuit juvare Euſebium, qui fatetur ἐκ τοῦ προειρημένου πονήματος τοῦ ἀνδρὸς εἰληφέναι ἀφορμὰς, cum confuſio Evangeliſtarum utique ordinem & diſtinctionem non juvet, ſed potius turbet atque difficiliorem reddat? 6. Euſebius teſtatur, in Ammonii opere Matthaeum pro baſi eſſe, & integrum eo ordine, quo ſcriptus eſt, exhiberi, reliquorum autem Evangeliſtarum textum non exhiberi eodem ordine, quo ſcripſerunt: at in Latino Ammonio non trium tantum Evangeliſtarum reliquorum, ſed etiam Matthaei textus perturbatus eſt intermixtis ceterorum verbis. Ex quibus omnibus conficitur, id quod ſub Ammonii nomine nunc Latine circumfertur, ſcriptum eſſe Auctoris Euſebio non prioris ſed poſterioris.

Julius Africanus, cujus Fragmenta hinc inde extant, praecipue apud Euſeb. H. E. 1, 7. & in Catena MS. in Prophetas.

Porphyrius, Origenis condiſcipulus, ſcripſit contra Chriſtianos, & a multis confutatus eſt, qui etiam ipſius verba & objectiones ex verbis Scripturae formatas proferunt.

Gre-

Gregorius Thaumaturgus, Episcopus Neo-Caesariensis in Ponto, Origenis Discipulus. Ejus Canones extant apud Beveredgium: Paraphrasis vero in Ecclesiasten inter opera G. Nazianzeni. Ejus opera edidit G. *Vossius*. Paris. 1622.

Methodius, Episcopus Tyri, sub Decio Martyr; citatur ab Epiphanio & Photio: in Convivium decem Virginum edidit Allatius, contulit J. Clericus & editioni N. T. Kusteri praefixit. Ejus opera, sed spuria pleraque, edidit *Combefisius* Paris. 1644.

Dionysius Episcopus Alexandrinus, Origenis Discipulus, cujus Epistola ad Basilidem edita est a Beveredgio, collata a me cum Codice MS. 34. & 94. contra Sabellium Fragmentum extat apud Euseb. Praepar. 7, 19. aliud de *Natura* apud eundem libro 14. c. 23. & *seqq*.

Petrus Episcopus Alexandrinus & Martyr, ejus Canones habet Beveredgius: ejus etiam fit mentio in Actis Synodi Ephesinae.

Pierius Martyr, Pamphili Martyris Praeceptor. Ejus Codex N. T. laudatur ab Hieronymo in Matth. XXIV. 36. tanquam emendatissimus.

Pamphilus, presbyter Caesariensis & Martyr, scripsit Apologiam pro Origene a Rufino Latine conversam. Codices Origenis & Pierii in Bibliotheca, quam extruxerat, Caesariensi reposuit, ad quos Euthalius Diaconus suam Editionem Actorum & Epistolarum Apostolicarum contulit atque emendavit.

Hesychius Episcopus in Ægypto & Martyr. Ei editionem V. T. Alexandriae & in Ægypto receptam adscribit *Hieronymus* praef. in libr. Paralipom. & in IV. Evangelistas, nec non Apolog. adv. Rufin. Alius est & aliquot seculis posterior *Hesychius Alexandrinus* Lexici scriptor, cujus partem priorem jam A°. 1746. edidit, posteriorem vero nunc cum maxime procurat Vir. pl. Reverendus & multis nominibus mihi colendus JOANNES ALBERTI, qui mira diligentia & sagacitate invenit, loca, quae ex N. T. in hoc Lexico passim citantur, non esse ab ipso Lexicographo, sed ab alio, ordinis Alphabetici nullam habente rationem, addita; eamque ingeniosissimam conjecturam postea schedis J. *Pearsonii* & R. *Bentleji* confirmatam vidit. Ex his autem Hesychiani, ut vocatur, Lexici additamentis non paucas lectiones deprehendi a receptis quidem diversas, sed cum Alexandrinorum lectionibus consentientes: quin etiam aliquoties voci alicui ex N. T. allatae non ejus interpretationem, sed variam Lectionem appositam fuisse observavi.

Lucianus Antiochenus presbyter & Martyr. Edidit versionem τῶν ō. teste Hieronymo ll. cc. „ Constantinopolis usque Antiochiam Luciani Martyris „ exemplaria probat". & alibi: „ praetermitto eos Codices, quos a Luciano „ & Hesychio nuncupatos paucorum hominem asserit perversa contentio". Ejusdem Confessio Fidei extat apud Socratem H. E. 2, 10. & alibi.

De Scriptoribus Graecis, qui N. T. usi sunt Seculo IV.

Eusebius Caesariensis Episcopus, ab eo est scripta 1. Praeparatio Evangelica edita Parisiis a Vigerio 1628. 2. Demonstratio Evangelica contra Hieroclem, contra Marcellum Ancyranum, & de Ecclesiastica Theologia adversus eundem, *Paris.* 1628. 3. Historia Ecclesiastica & de Vita Constantini, ex editione H. Valesiii Moguntiae 1672. 4. Explicatio variorum scripturae locorum in Catenis MSS. hinc inde. Scripsit etiam. 5. Commentarios in Psalmos & Esajam à B. de Montfaucon *Parisiis* A°. 1707. editos. Praecipue vero hic observandum, quod inventis Canonibus, sive tabellis X. artificiose dispositis; in compendio ostenderit tum Harmoniam Evangelistarum, tum etiam quid singuli seorsim a reliquis scripserint. In hoc negotio adjutus est labore Ammonii, cujus Evangelium διὰ τεσσάρων Eusebius cum suo IV. Evangeliorum Codice contulit, ita quidem, ut primo singula Matthaei Segmenta, sicut ordine

ne sese invicem apud Ammonium excipiebant, in suo Matthaeo numeris 1. 2. 3. usque ad ultimum 355. notaret; postea Segmenta Marci 233. Lucae 342. denique Joannis 232. verum non eo ordine, quo in Evangelio διὰ τεσσάρων Ammonii occurrebant, sed quo ipsi Evangelistae scripserant, pariter numeris suis distingueret. Quo labore peracto indicem sive Canones confecit. Postea idem Eusebius Ammonii Τίτλους sive breviaria Capitum singulis Evangelistis praefixit, aut margini apposuit, saepe in quatuor Evangeliis repetito eodem Τίτλῳ iisdem verbis, qui in Ammonii Harmonia sine dubio semel tantum erat positus, cujusmodi in Matthaeo sunt 68. in Marco 48. in Luca 83. in Joanne 18. Reliqua ex inspectione ipsorum Canonum Evangeliis praefixorum & numerorum marginalium, quos Erasmus & Stephanus expresserunt, melius quam ex prolixa descriptione intelligi poterunt. Hanc explicationem laboris Ammoniani atque Eusebiani attento lectori haud paulo pleniorem ea, quam alii adhuc proposuerunt, addere lubuit; unde inter alia jam patet, cur ista κεφάλαια non aequalia, sed modo longiora modo breviora sint, prout nimirum vel in pluribus vel in paucioribus Evangelistas inter se convenientes vel discrepantes deprehenderant. Ceterum Eusebius Codices sacros Pamphili, Pamphilus autem lectionem Codicum Origenis secutus est, qui tantae auctoritatis erant, ut ipse Constantinus M. jusserit quinquaginta Codices sacros cura Eusebii eleganter atque accurate describi: ὅπως ἂν ν. σωμάτια, inquit, ἐν διφθέραις ἐγκατασκεύοις εὐανάγνωστά τε καὶ πρὸς τὴν χρῆσιν εὐμετακόμιστα, ὑπὸ τεχνιτῶν καλλιγράφων καὶ ἀκριβῶς τὴν τέχνην ἐπισταμένων, γραφῆναι κελεύσειας, τῶν θείων δηλαδὴ γραφῶν, de Vita Constant. 4, 36. 37. Quo mandato accepto Eusebius quinquaginta illos Codices magnifice exornatos duobus vehiculis publicis Constantinopolin misit, ἐν πολυτελῶς, inquit, ἠσκημένοις τεύχεσιν τρισσὰ καὶ τετρασσὰ διαπεμψάντων ἡμῶν. Sed & eadem occasione accidisse puto, ut libri illi pauci veteres, qui ex incendio Diocletiani manibusque Traditorum salvi evaserant, prae novis istis & pretiosis regiisque Codicibus sorderent atque vilescerent, passimque seponerentur, sicque paulatim neglecti interirent.

Athanasius Episcopus Alexandrinus ex Editione Comelini Heidelbergae 1601. collata cum MS. Codice Basiliensi chartaceo Nicolai Doxopatri Constantinopolitani.

Petrus, Athanasii in Episcopatu Alex. successor, cujus Epistola Encyclica extat apud Theodoretum.

Marcus Diadochus, ut vocatur, scripsit sermonem contra Arianos a J. R. Wetstenio patre S. T. P. ad praelum paratum, & post ejus obitum A°. 1694. Basileae editum. Nomine ipsius existimem significari aliquem ex Episcopis Alexandrinis, Marci Evangelistae successoribus; eodem sensu, quo de Athanasio in Encomio ejus legitur, ἐπὶ τὸν Μάρκου θρόνον ἀνάγεται, οὐχ' ἧττον τῆς εὐσεβείας ἢ προεδρίας ἐκείνου Διάδοχος. Nisi sit ὁ μακάριος Διάδοχος ὁ Φωτικῆς Maximo citatus.

Macarius, Monachus Ægyptius; Ejus Homilias L. & Opuscula VII. Ascetica edidit J. G. Pritius Lipsiae 1698. & 1699. in Octavo. Loca S. S. videntur ad Codices typis editos, interdum etiam ad Vulgatam Latinam conformata vel potius detorta esse; neque enim Graecus quisquam unquam legit Μαμβρῆς 2. Tim. III. 8. neque verus & antiquus Macarius cum novis Typographorum editionibus constanter ubique conspiraret: sunt tamen loca quaedam, quae manus corruptrices evaserunt, ubi ignorabat forsan, verba Scripturae esse, quisquis Codicem, ita ut editus est, recensuit.

Ephrem Syrus, plurima Syriace scripsit, alia in Graecum conversa & A°. 1709. Oxonii edita sunt. Omnia vero Romae A°. 1738. --- 1743. V. Vol. in folio: expectatur sextum & ultimum volumen.

Marcellus, Ancyrae Episcopus Sabellianus, ab Eusebio Caesariensi refutatus.

Eu-

Eustathius Antiochenus Confessor, scripsit adversus Origenem de Engastrimytho Disputationem, Tomo VIII. Criticorum Sacrorum editam, ejus etiam mentio fit in Actis Synodi Nicaenae a Gelasio Cyziceno conscriptis.

Julianus Imperator Anagnosten egit inter Christianos, postea contra ipsos scripsit. Ed. Ez. Spanhemii Lipsiae 1696.

Eunomius, Episcopus Cyzici, auctor Sectae Anomaeorum. Ejus Confessio & Apologeticus extant in Fabricii Biblioth. Gr. Vol. VIII. & Canisio Basnagii.

Amphilochius Cappadox, Basilio M. & Gregorio Naz. laudatus, e Monacho Episcopus Iconii. Ejus Opera, sed spuria pleraque omnia, quaedam forte Amphilochio Cyzici episcopo, Photii aequali, tribuenda, edidit F. Combefis Parisiis 1644. sed ita ut aliquando loca ex N. T., contra fidem Codicis MS, ad Latinam Versionem corrigenda esse judicaret, & corrigeret, vid. in Luc. VII. 45.

Basilius Magnus, familiaris Greg. Naz., Episcopus Caesariensis, cujus Epistola ad Amphilochium edita est a Beveredgio. Opera reliqua Venetiis 1535. & Basileae 1551. denique III. in folio Voluminibus a *Juliano Garnier* Parisiis 1721. -- 1730. Contulimus aliquot ejus Homilias cum MS. Faeschiano membranaceo. Libri de Baptismo videntur ex Codice recentiore editi, nisi fortassis loca Scripturae ab Editore ad Codices jam typis vulgatos consueto conformata fuerunt. Dubitatur an quartus & quintus contra Eunomium liber (quem etiam Th. Beza edidit) ipsius sint.

Gregorius Nyssenus, Basilii frater. Edidit Beveredgius Epistolam Canonicam ad Letoium, Basnagius in Lect. Antt. Canisii librum ad Theophilum, denique Venetiis A°. 1536. tractatus de homine prodiit. Homilia in ὑποπαντὴν, quae tamen suspecta mihi est, extat cum aliis Homiliis in MS. Faeschiano membranaceo, Homiliae autem in octo Beatitudines, in Ecclesiasten & Canticum, in MS. Basiliensi chartaceo. Opera ejus II. in folio Voll. edita sunt Parisiis 1615. accessit Appendix A°. 1618.

Gregorius Nazianzenus in Palaestina Rhetoricam didicit, Constantinopolitanus Episcopus (unde in MSS. plerumque Constantinopolitanus cognominatur, non vero Nazianzenus) vulgo κατ' ἐξοχὴν Theologus dictus, vir in Scripturis apprime eruditus, Hieronymo teste in Eph. c. V. Epistolae ejus extant in Operibus Basilii; Vita Athanasii ab ipso conscripta operibus Athanasii praefigitur; 16. Tractatus ab Aldo editos A°. 1516. item Opera ejus Basileae 1550. edita contuli cum duobus MSS. Basiliensibus Codicibus chartaceis, quorum prior continet LII. i. e. omnes ipsius Tractatus a quodam Choniata scriptos: posterior vero 18. ipsius Tractatus, cum Scholiis Eliae Cretensis. Opera ejus edita sunt Parisiis A°. 1609.

Caesarius, frater Gregorii Naz., scripsit quaestiones & Responsiones 195. Photio Cod. 210 laudatas, quae Graece & Latine extant in Bibliotheca Patrum.

Asterius, Amaseae metropolis Ponti Episcopus, Homiliam scripsit, cujus argumentum servavit Photius Cod. 271.

Cyrillus Hierosolymitanus Episcopus scripsit Catecheses editas Parisiis 1720.

Didymus Alexandrinus coecus; quaedam ejus Scholia in Catenis reperiuntur: libri tres de Spiritu S. ab Hieronymo conversi sunt; extant etiam ejus Scholia in Epistolas Catholicas Latine, & Fragmentum contra Manichaeos apud Canisium.

Serapio, Catecheta Alexandrinus, Thmuitanus in Ægypto Episcopus ab Athanasio ordinatus; ejus extat Scriptum contra Manichaeos in Canisio Basnagii editum, a Photio Bibl 85. citatum.

Theodorus Heracliensis in Thracia Episcopus, Arianismi fautor, teste Theodoreto, Commentarios scripsit in Matthaeum, Joannem, & Pauli Epistolas, quo-

quorum mentionem facit Hieronymus; in Catenis vero Fragmenta ex iisdem occurrunt.

Epiphanius Palaeſtinus Eleutheropolitanus, Conſtantiae in Cypro Epiſcopus Linguarum peritus, ex Editione Petavii Pariſ. 1622. De eo ita ſcribit Conſalus Poncius: „ ſi quis eſt inter Sanctos Patres, quorum, vel temporum injuria „ vel Librariorum oſcitantia, mutila, corrupta depravataque ad nos ſcripta pervenere — is quidem unus judicio meo S. eſt Epiphanius".

Apollinaris Laodiceae in Syria natus eſt Epiſcopus, Libanii atque Epiphanii amicus, cujus Commentariorum in Catenis Graecorum frequens eſt mentio.

Diodorus Tarſenſis, Praeceptor Mopſueſteni; mentio ejus quoque fit in Catenis paſſim, & in Codice 72. ad Matth. XXVII. 49.

Theodorus Mopſueſtenus, ταῖς γραφικαῖς ἄριστα πλουτῶν μαρτυρίαις, teſte Photio Bibl. 4., plurima ſcripſit, quorum Fragmenta in Catenis MSS. & editis reperiuntur.

Joannes Chryſoſtomus dictus, quae appellatio, aliquot ſeculis ipſo recentior, a tempore VI. Synodi A°. 680. habitae communiter innotuit, presbyter fuit Antiochiae, poſt Patriarcha CP. amicus Theodori Mopſueſt. Textu etiam N. T. uſus eſt eodem atque Origenes. Frequens ejus eſt mentio in Catenis MSS. Editione uſus ſum Savilii Etonae A°. 1612. & poſtea B. *de Montfaucon* Pariſ. 1718. Homilias in Matthaeum ex Codice vetuſtiſſimo ſed lacero Academiae Juliae cum Textu Matthaei vulgato contulit, atque V. L. edidit *J. Saubertus.*

Titus, *Boſtrorum* in Arabia Epiſcopus, ſcripſit contra Manichaeos, a Photio Bibl. 85. citatus, & in Caniſio Basnagii editus: ſcripſit item in Lucae Evangelium Commentarios, qui in catenis MSS. cum aliorum Patrum Commentariis permiſti & a Poſſino Romae A°. 1673. editi ſunt.

Polychronius, frater Theodori Mopſueſteni, ſcripſit in Proverbia, Eccleſiaſtem & Canticum.

Timotheus, *Alexandriae Epiſcopus*, cujus Canones edidit Beveredgius.

Pſeudo-Dionyſius Areopagita in hoc ſeculo collatur a Pearſonio. Qui cum frequenter a Monachis deſcriberetur, & Commentariis explicaretur, inde factum exiſtimo, ut non repraeſentet textum N. T., qualis fuit ſeculo IV., ſed qualis fuit librariorum aut Scholiaſtarum temporibus. Editus eſt Florentiae A°. 1516.

SECULO V.

Syneſius Epiſcopus Ptolemaidis, Libyae Cyrenaicae, ex editione Turnebi Pariſ. 1612.

Proclus, Chryſoſtomi amanuenſis, ſcripſit varias Homilias, quae Latine extant in Bibliotheca Patrum.

Theodoretus, Diſcipulus Theodori Mopſueſteni & Chryſoſtomi, Epiſcopus Cyri in Syria, ex editione Sirmondi Pariſ. 1642. collata cum MSS. Baſilienſibus.

Cyrillus Alexandrinus, de quo ita Millius „ quantum, inquit, ex locis N. „ T. per opera ejus ſparſis colligimus, exemplar nactus eſt notae probatioris & „ admodum emendatum, qualia haud pauca Seculo III. in uſum Praeſulum & „ Doctorum a ſcribis Alexandrinis exarata fuiſſe ſupra notavimus". Hoc eſt, ut verba Viri Cl. interpretamur, ſecutus eſt editionem Origenis atque Euſebii. Edit. Pariſiis 1638. quae tamen non ubique ad fidem MSS. curata eſt, ut ex Scholiis MSS. & MS. Baſilienſi Glaphyrorum & de XII. Anathematismis vidimus. Non raro etiam ſequitur Lectiones Eccleſiae Latinae

Theophilus, praedeceſſor Cyrilli in Epiſcopatu Alexandrino, ſcripſit Epiſtolas Paſchales contra Origeniſtas, Hieronymo interprete Latine editas.

Eutherii Neſtoriani Epiſcopi Tyanenſis ſecundae Cappadociea libelli 18. inter Athanaſii Opera.

Iſidorus

Isidorus Pelusiota, cujus Epistolae in Catenis MSS. passim memorantur; earum libros IV. edidit Rittershusius A°. 1605.

Nonnus Panopolitanus, Agathiae tanquam novus Poëta memoratus, scripsit Paraphrasim Evangelii Joannis Carmine heroico, mutilam; quam edidit Sylburgius Heidelbergae. 1596.

Dioscorus successor Cyrilli in Episcopatu Alexandrino.

Philostorgii Eunomiani ex Cappadocia *Historiae Ecclesiasticae* excerpta,

Socrates CP.,

Sozomenus,

Evagrius Epiphaniensis Syrus, Historiam Ecclesiasticam scripserunt, edidit *Valesius.*

Nilus ex Eparcho CP. Monachus & Asceta. Ejus παραινέσεις extant in Orthodoxographis.

Basilius, *Seleuciae* in Isauria Episcopus, scripsit Homilias, edente Commelino 1596. item Demonstrationem contra Judaeos, in Canisii Antt. Lectt. a Basnagio recusis.

Victor, Presbyter Antiochenus, scripsit in Marcum, frequenter citat Origenem, Apollinarium & Theod. Mopsuest. Extat in Bibliotheca Patrum Latine, in Catenis vero MSS. Graece.

Severianus Gabalorum in Syria Episcopus in Catenis citatur.

Theodotus Ancyranus Synodo Ephesinae interfuit, in cujus Actis aliquot ejus Homiliae extant contra Nestorium.

Hadrianus scripsit *Isagogen* S. S. Tomo VII. Criticorum Sacrorum editam.

Gelasius Cyzicenus scripsit Acta Synodi Nicenae, post annum C. 475. a Commelino A°. 1604. in Folio editus.

Euthalius Diaconus, qui cum Athanasio presbytero Alexandrino interfuit Concilio Chalcedonensi A°. 451. Vid. Concil. Act. III. prope fin. Episcopus postea Sulcensis, edidit Epistolas Paulinas, Acta Apostolorum & Epistolas Catholicas. Ubi sequentia observamus, 1. Paulinas Epistolas edidit jussu alicujus Episcopi, quem Patrem vocat; postea vero Acta & Epistolas Catholicas rogatu Athanasii presbyteri, quem fratrem vocat. 2. Istis libris primus accentus & spiritus apposuit, τήν τε τῶν πράξεων βίβλον ἅμα καὶ καθολικῶν ἐπιστολῶν ἀναγνῶναι κατὰ προσῳδίαν----προσέταξας, ἀδελφὲ Ἀθανάσιε προσφιλέστατε. In hoc forte imitatus labores Origenis, qui, cum in Octaplis Hebraica Graecis literis exprimeret, accentus videtur necessario apposuisse, ne ab ignaro lectore vocabula perperam pronunciarentur; accentus isti conspiciuntur in vetustissimis Codicibus, uno prophetarum Marechalli, altero fragmentum hujus Editionis Euthalianae continente, qui est 202. Bibliothecae Coislinianae. 3. Libros istos etiam στιχηδὸν scripsit, id est, ita ut singulae lineae singulas sententias absolverent, eaque distinctione observata lectores scire possent, quae continuo spiritu legerent, & ubi paulum intermitterent. Πρῶτον δὴ οὖν ἔγωγε τὴν Ἀποστολικὴν βίβλον στιχηδὸν ἀναγνούς τε καὶ γράψας, πρῴην διεπεμψάμην πρός τινα τῶν ἐν Χριστῷ πατέρων ἡμῶν, μετρίως πεπονημένην ἐμοὶ, οἷα τε πῶλος ἀβαδὴς ἢ νέος ἀμαθὴς ἐρήμην ὁδὸν καὶ ἀτριβῆ ἰέναι προστεταγμένος. Οὐδένα γάρ πω τῶν ὅσοι τὸν θεῖον ἐπρεσβεύσαντο λόγον εἰς δεῦρο διέγνων, περὶ τοῦτο τῆς γραφῆς ταύτης εἰς σπουδὴν πεποιημένον τὸ σχῆμα. οὐδὲ γὰρ ἂν ἦν αὐθάδης οὕτως οὐδὲ τολμηρὸς, ὥστε τοὺς ἑτέρους εὖ μάλα πεπονημένους πόνους αὐτὸς ἀφειδῶς καθυβρίζειν ταῖς τῆς ὀλιγομαθοῦς ἡμῶν ἀναγνώσεως τομαῖς. Ἔναγχος τοίνυν, ὡς ἔφην, τὴν Παύλου βίβλον ἀνεγνωκὼς, αὐτίκα δῆτα καὶ τὴν δὲ τὴν τῶν Ἀποστολικῶν πράξεων, ἅμα τῇ τῶν καθολικῶν ἐπιστολῶν ἑβδομάδι, πονέσας ἀρτίως σοι πέπομφα;— jussus enim erat διελεῖν, τούτων [τῶν βίβλων] ἑκάστης τὸν νοῦν λεπτομερῶς, — καὶ τοῦτο ἀόκνως ἐγὼ καὶ προθύμως πεποιηκὼς, στιχηδόν τε συνθεὶς τούτων τὸ ὕφος κατὰ τὴν ἑαυτοῦ συμμετρίαν· πρὸς εὔσημον ἀνάγνωσιν. Numerus στίχων

sive versuum istorum in multis Codicibus MSS. singulis libris cum aliqua variatione subjectus legitur, reperiturque in versione Coptica & Syra posteriore, & a R. Stephano ex parte typis editus est.

Acta Apostolorum habent versus 2524.

Epistola Jacobi	242.	ad Galatas	293. al. 320. al. 392.
I. Petri	236.	ad Ephesios	282. al. 312.
II. Petri	160.	ad Philippenses	208.
I. Joannis	274.	ad Colossenses	208.
II. Joannis	30.	I. ad Thessalonicenses	193. al. 200.
III. Joannis	32.	II. ad Thessalonicenses	106.
Judae	71.	ad Hebraeos	703.
ad Romanos	920.	I. ad Timotheum	213. al. 230.
I. ad Corinthios	870.	II. ad Timotheum	172. al. 179.
II. ad Corinthios	590.	ad Titum	97.
		ad Philemonem.	37.

Hoc modo Codex Coislin. 202. exaratus conspicitur; ad imitationem Origenis, qui Jobum, Psalmos, Proverbia, Ecclesiasten, Canticum, Sapientiam & Ecclesiasticum στιχηρῶς conscribi curavit; post Euthalium vero etiam Hesychius Hierosolymitanus eodem modo XII. Prophetas minores distinxit. 4. Non tantum στίχους i. e. minores distinctiones apposuit, atque numeris signavit, verum etiam majores, quae κεφάλαια vocant, & quorum ἔκθεσιν singulis libris praemisit. Epistolas quidem Paulinas jam A°. 396. alius, quem exscripsit, in Capita distinxerat, καθ' ἑκάστην ἐπιστολὴν προτάξομεν τὴν τῶν κεφαλαίων ἔκθεσιν, ἑνὶ τῶν σοφοτάτων τινὶ καὶ φιλοχρίστων πατέρων ἡμῶν πεπονημένην; in Actis vero & Catholicis, rogatu Athanasii ipse, ad imitationem praecedentis, Capitum distinctionem & recensionem invenit; ἐκ πατέρων ἡμεῖς καὶ διδασκάλων τὸν τρόπον καὶ τὸν τόπον ὠφελημένοι, ἐγχειροῦμεν μετρίως τῇδε τῶν κεφαλαίων ἐκθέσει, αἰτοῦντες συγγνώμην προπετείας ἡμεῖς οἱ νέοι χρόνων τε καὶ μαθημάτων, id in prologo Actis praefixo repetit, τὰ ἕκαστα κατ' ἀκολουθίαν ἐκθέμενος ὀλιγοστῇ ἀνακεφαλαιώσει, & ante Catholicas τὴν τῶν κεφαλαίων ἔκθεσιν ---- μετρίως ποιούμενος: nisi enim ipse horum κεφαλαίων auctor fuisset, suae μετριότητος nullam fecisset mentionem. Ipsa etiam Capita in aliquot partes subdistinxit vel potius 1. 2. 3. 4. vel 5. Appendices illis adjunxit, διὰ μὲν τοῦ Ἄλφα καὶ Βῆτα αὐτοτελῆ τὰ κεφάλαια, διὰ δὲ τοῦ ἀστερίσκου τὰς ἐν μέρει τούτων ὑποδιαιρέσεις ἐσημειωσάμεθα: in Actis κεφάλαια μὲν ὅλα μ. τὰ δὲ τούτοις ἑπόμενα, ἅτινα τὰς σημειώσεις ἔχουσι διὰ τοῦ ἀστερίσκου μη. Habent ergo

Acta Apostolorum Capita	40.	ad Galatas	12.
Epistola Jacobi	6.	ad Ephesios	10.
I. Petri	8.	ad Philippenses	7.
II. Petri	4.	ad Colossenses	10.
I. Joannis	7.	I. ad Thessalonicenses	7.
II. Jannis	1.	II. ad Thessalonicenses	6.
III. Joannis	1.	ad Hebraeos	22.
Judae	4.	I. ad Timotheum	18.
ad Romanos	19.	II. ad Timotheum	9.
I. ad Corinthios	9.	ad Titum	6.
II. ad Corinthios	11.	ad Philemonem	2.

Ista κεφάλαια in Fragmento illo vetustissimo, de quo supra, comparent, & a R. Stephano edita sunt. Extant etiam in Codice Versionis Syriacae posterioris. 5. Idem etiam notavit ἀναγνώσεις, h. e. indicavit, ad quem finem ipso judice

dice legendo cuiquam pergendum esset, τὴν τῶν ἀναγνώσεων ἀκριβεστάτην τομὴν--- ἡμεῖς τεχνολογήσαντες ἀνεκεφαλαιωσάμεθα.

In Actis notavit Lectiones	16.	ad Galatas	2.
In Epistola Jacobi	2.	ad Ephesios	2.
in priore Petri	2.	ad Philippenses	2.
in posteriore Petri	1.	ad Colossenses	2.
in prima Joannis	2.	I. ad Thessalonicenses	1.
in secunda Joannis	1.	II. ad Thessalonicenses	1.
in tertia Joannis	1.	ad Hebraeos	3.
in Epistola Judae	1.	I. ad Timotheum	1.
ad Romanos	5.	II. ad Timotheum	1.
I. ad Corinthios	5.	ad Titum	1.
II. ad Corinthios	4.	ad Philemonem	1.

Lectiones hasce eas fuisse censet Zacagnius, quae Euthalii tempore in Alexandrina Ecclesia servabantur: contrarium docet ipse Euthalius, qui se inventorem divisionis istius auctoremque fatetur. Quod vero adjecit Zacagnius, singulis diebus Dominicis per annum unam istarum Lectionum publice in Ecclesiis lectam aut legendam fuisse, id consuetudini Ecclesiasticae repugnat, qua librum Actorum interjecto tantum inter Pascha & Pentecosten L. dierum tempore lectum, per omne vero reliquum anni tempus sepositum fuisse constat. 6. Dicta ex Veteri Testamento in Actis vel Epistolis citata a reliquo textu uncinulis ac numeris appositis distinxit, libris etiam, unde desumta essent, margini adscriptis, τὴν τῶν θείων μαρτυριῶν εὐαπόδεικτον εὕρεσιν ἡμεῖς τεχνολογήσαντες & alibi ἔκθεσιν — θείων μαρτυριῶν μετρίως — ποιούμενοι. Epistolis vero ad Philippenses & Colossenses hanc Observationem praemisit; ἐν ταύτῃ τῇ ἐπιστολῇ οὐδ' ὅποθεν ἐμνημόνευσε ῥητοῦ Παῦλος ὁ ἀπόστολος. 7. Actis Apostolorum Epistolisque Catholicis & Paulinis singulos prologos praemisit, ac singulis libris ὑπόθεσιν sive Argumentum eorum, quod προοίμιον vocat, praefixit. Hoc est, προοίμιον primum praefigitur Actis, secundum Epistolis Catholicis, tertium Paulinis universis: nam quae singulis epistolis Pauli praefiguntur ὑποθέσεις, alium habent Auctorem, qui ab Euthalio nostro in loco, ubi scripta sit prima ad Corinthios, posterior ad Thessalonicenses, & prima ad Timotheum, aperte dissidet. 8. Quod praecipuum est, Editionem suam cum exemplari Pamphili martyris, in Bibliotheca Caesariensi asservato, contulit; cujus rei fidem facit tum subscriptio Epistolar. Pauli in Codice Coislin. 202. ἀντεβλήθη δὲ ἡ βίβλος πρὸς τὸ ἐν Καισαρείᾳ ἀντίγραφον τῆς βιβλιοθήκης τοῦ ἁγίου Παμφίλου, χειρὶ γεγραμμένον αὐτοῦ; tum subscriptio Actorum & Epist. Cathol. apud Zacagn. p. 513. Ἀντεβλήθη δὲ τῶν Πράξεων καὶ καθολικῶν ἐπιστολῶν τὸ βιβλίον πρὸς τὰ ἀκριβῆ ἀντίγραφα τῆς ἐν Καισαρείᾳ βιβλιοθήκης Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου. Inde error Librariorum ortus est, qui cum legerent, ab Euthalio Codicem Pamphili consultum fuisse, totum laborem Euthalii Pamphilo tanquam notiori adscripserunt. vide Codicem Coislin. 25. At longius a vero aberravit Millius, qui cum in exemplari aliquo paucorum seculorum Euthalii prologum conspexisset, illud protinus ipsius Euthalii αὐτόγραφον vel certe accuratissimum exemplar esse putavit, innumerasque V. L., quinque paginas in Folio complentes, ad Euthalium auctorem retulit, quae temporibus Euthalii nondum natae erant, & a quibus Euthalius ipse in Prologis, Argumentis & Capitibus, & in Fragmento MS. antiquissimo, manifeste recedit: quod perinde est, ac si Millius omnes N. T. Variantes Lectiones ipsis auctoribus sacris adscribere voluisset. 9. Subscriptiones, quibus notatur, ubi Epistolae scriptae essent, ad calcem singularum apposuit. 10. In fine prologi Epistolarum Paulinarum notatur A°. D. 458. scriptus & quidem in Ægypto, τῆς παρούσης ταύτης ὑπα-

ὑπατείας πρώτης Λέοντος Αὐγούστου, Ἰνδικτίωνος ΙΒ. ἐπιφὶ ε. Διοκλετιανοῦ ϙοδ. Æra enim Diocletiani & appellatio mensis Ægyptiis usitata fuit.

Athanasius Cyrilli Patriarchae Alex. ex sorore Diodora nepos, a Dioscoro per octo annos continuos vexatus, & presbyterio privatus, ut ex libello Patribus Chalcedonensibus oblato Act. III. constat; scripsit Synopsin Sacrae Scripturae, Operibus S. Athanasii Episcopi insertam: in illa plerumque ad verbum eadem repetit, quae Euthalius exposuerat, quae causa est, cur eum pro eodem ipso presbytero, cui Euthalius prologos suos inscripsit, indubitanter habeamus. Utrum vero idem ad annum usque 500. vixerit, & Episcopatum Alexandrinum adeptus fuerit, incertum est; eoque magis, quod Nicephorus hunc Episcopum vocat αἱρετικόν.

Ammonius Alexandrinus Presbyter, A°. 458. subscripsit pro defensione Synodi Chalced. contra Eutychen & Dioscorum, ejus fit mentio in Catenis.

Nestorius & Nestoriani; Fragmenta quaedam ex ipsorum scriptis reperiuntur in Actis Synodi Ephesinae, a Commelino A°. 1591. editis & in Scholiis MSS.

Hesychius, Presbyter Hierosolymorum, scripsit στιχηρὸν τῶν ιβ. προφητῶν Tomo VIII. Criticorum Sacrorum editum: vidit ille editionem Euthalianam Epistolarum Pauli, adeoque tempore a Theophane assignato junior est, cujus rei ipsius praefatio fidem facit: ἔστι μὲν ἀρχαῖον τοῦτο τοῖς θεοφόροις τὸ σπούδασμα, στιχηδὸν ὡς τὰ πολλὰ πρὸς τὴν τῶν μελετωμένων σαφήνειαν τὰς προφητείας ἐκτίθεσθαι· οὕτω τοιγαροῦν ὄψει μὲν τὸν Δαυὶδ κιθαρίζοντα, τὸν παρομοιαστὴν δὲ τὰς παραβολάς, καὶ τὸν ἐκκλησιαστὴν τὰς προφητείας ἐκθέμενον· οὕτω συγγραφεῖσαν τὴν ἐπὶ τῷ Ἰὼβ βίβλον, οὕτω μερισθέντα τοῖς στίχοις τὰ τῶν ᾀσμάτων ᾄσματα, πλὴν ἀλλὰ καὶ τὴν ἀποστολικὴν βίβλον οὕτω τινὶ συγγραφεῖσαν εὑρών, οὐ μάτην ἐν τοῖς ιβ. βίβλοις τῶν προφητῶν αὐτὸς ἠκολούθησα. Neque tamen multo est recentior, cum Cyrillus Scythopolitanus ejus faciat mentionem. Citatur etiam in Catenis Evangeliorum & apud Photium Bibl.

SECULO VI.

Theodorus Constantinopolitanus Anagnostes, Historiae Ecclesiasticae scriptor ex Editione Valesii.

Severus Antiochenus Episcopus, auctor Sectae. In Catenis.

Joannes Climacus vel Scholasticus, scripsit scalam Paradisi.

Anastasius Antiochenus Episcopus.

Procopius Gazaeus sophista, scripsit scholia in libros Regum & Paralipom. quae edidit *Jo. Meursius* Lugd. Bat. 1620. & Commentarium in Esajam editum a *J. Curterio* Paris. 1580.

Cosmas Indicopleustes, quem Nestorianum fuisse probavit *M. V. de la Croze*, scripsit Topographiam Christianam, editam a Montfauconio Paris. 1706. tum prologos ineditos in quatuor Evangelistas, quos reperi partim Graece in Codice 109. partim Syriace in Codice Versionis Syrae posterioris.

Andreas, Episcopus *Caesariensis* in Cappadocia, scripsit Commentarium in Apocalypsin.

SECULO VII.

Antiochus, monachus Palaestinus, scripsit Homilias CXXX. in B. P. editas.

Leontius Byzantinus Scholasticus, scripsit librum de Sectis, Basileae 1578. in octavo editum.

Sophronius, *Hierosolymitanus* Episcopus, cujus mentionem facit Photius Bibl.

Maxi-

Maximus scripsit Dialogos a Beza A°. 1570. editos & Athanasio adscriptos, in Orationem Dominicam MS. Faeschian. chartaceum, ἑκατοντάδας ϛ΄. quarum quatuor priores a Conr. Gesnero ex Codice Diegi Hurtadi editae sunt, duae vero posteriores in MS. Faeschiano extant; ad Joannem Cubicularium contra Severum in eodem MS., denique Locos Communes Aureliae Allobrogum A°. 1609. in folio editos. Maximi Opera edidit Combefisius Paris. 1675.

Thalassius, Presbyter & Abbas in desertis Libyae, scripsit sententiarum Centurias quatuor, in Orthodoxographis Basileae A°. 1569. editas.

Joannes Alexandrinus *Philoponus*, ab aliis Grammaticus cognomine dictus, scripsit in Hexaëmeron contra Theodorum Mopsuest. apud Photium Cod. 240.

Chronicon Alexandrinum sive Fasti Siculi ad A. C. 628.

Olympiodorus scripsit in Jobum, extat MS. in Bibliotheca Basiliensi.

Andreas, Monachus primum Hierosolymitanus, postea Archiepiscopus *Cretensis*, scripsit varias Homilias, quarum aliquot extant in Codice MS. Faeschiano membranaceo. Eas edidit *Cambefisius* Paris. 1644.

Theodorus Raithusensis, in Palaestina presbyter, scripsit de Incarnatione, quod scriptum Beza edidit.

Eulogius Episcopus *Alexandrinus*, scripsit contra Timotheum & Severum, Acephalos, & alia apud Photium Bibl. recensita.

SECULO VIII.

Joannes Damascenus; Opera ejus edidit R. Michael le Quien, Parisiis A°. 1712. Praecipue ejus Parallela sacra & excerpta ex Chrysostomi Commentariis in Epistolas Paulinas plurimum nos adjuverunt; is quem supra laudavimus editor de MS. Codice, quo usus est, ita judicat: „ Epitome Commentariorum Jo. „ Chrysostomi, Theodoreti, & Cyrilli in Epistolas Pauli in Codice Regio 2331. „ qui 900. circiter annorum praefert aetatem. Quod ad scripturae Textum, „ qui Commentario interjectus est, attinet ---- a doctissimis praestantissimisque „ Criticis, quibuscum eum communicavi, magni fuit aestimatus". Quod si vero is, qui correctioni apud Typographum praefuit, non ad vulgatos Codices Epistolarum Pauli Graecos & Latinos, sed unice ad MS. Codicis Lectionem attendisset, non suppressisset 1. Thess. I. 1. vocem ἡμῶν. Cap. II. 8. exhibuisset cum antiquioribus ὁμειρόμενοι. vers. 16. ἔφθασεν δὲ. 1. Tim. V. 4. μανθανέτωσαν. VI. 17. ἐν τῷ νῦν αἰῶνι. 2. Tim. II. 26. ἐκ τῆς διαβόλου παγίδος. IV. 18. καὶ ῥύσεταί με ὁ Κύριος. Ita enim habere MS. Codicem a fratre meo *Petro Wetstenio*, A. L. M. nunc in agro Basiliensi V. D. Ministro, qui ipsum inspexit, didici. Sine dubio etiam ad Hebraeos VII. 9. non legendum erat, ὁ δὲ καταλαμβάνων, *qui autem accepit*; sed ὁ δεκάτας λαμβάνων, *qui decimas accipiebat*. In Bibliotheca Basiliensi extat Codex chartaceus MS. contra Nestorianos.

Theodorus Studites, Abbas Constantinopolitanus, ex editione Sirmondi Paris. 1696.

Germanus 1. *Patriarcha Constantinop.* citatur Photio Bibl.

Tharasius, *Patriarcha Constantinop.* scripsit Epistolam ad Hadrianum Papam apud Beveredgium extantem.

Georgius Syncellus Tharasii Patriarchae, scripsit Chronicon.

Elias Cretensis Metropolita, circa A. C. 787. clarus, teste Fabricio, scripsit in exilio Commentarios in 18. Orationes Gregorii Nazianzeni, in MS. Codice Basiliensi asservatos, a Leunclavio vero in Latinum conversos editosque Basileae 1571. Scopus ejus praecipue fuit, dicta S. S., ad quae Nazianzenus alludit, indicare, τῶν ἀπὸ τῆς θείας γραφῆς χρήσεων, ὧν τὰ μὲν παρῳδῶν, τὰ δὲ προσκολλῶν, τὰ δ᾽ ἀλλοιῶν καὶ πολυτρόπως καταποικίλλων ὁ μέγας οὗτος συνήφαινεν. Citat Maximum & Joannem Damascenum; Titulus operis hic est: Ἐξήγησις εἰς

 τοὺς

τοὺς λόγους Γρηγορίȣ τȣ͂ Θεολόγȣ, ποιηθεῖσα τῷ ἐυτελεῖ μητροπολίτῃ Κρήτης Ἠλίᾳ, ὑπερορίῳ τυγχάνοντι.

SECULO IX.

Nicephorus Patriarcha CP. ſcripſit Confeſſionem Fidei ad Leonem Papam, editam in fine Actorum Synodi Epheſinae.

Photius Patriarcha CP. ſcripſit Nomocanonem, Beveredgio edente, Bibliothecam edente Hœſchelio A°. 1601. Epiſtolas edente Montacutio Londini 1651. ejus etiam fit mentio in Catenis; item Amphilochia inedita tribus Tomis, quorum nonniſi ſecundum vidi.

Theodorus Abucara, Damasceni Discipulus, ſcripſit Arabice, convertit Michael Syncellus.

SECULO X.

Arethas, Caeſareae Cappadocum Episcopus, ſcripſit Orationem funebrem Euthymii A°. 911. Ejus fit mentio in Palaeographia Graeca. p. 275. ad A. C. 914. Scripſit etiam Commentarium in Apocalypſin, A°. 1631. Pariſiis editum.

Conſtantinus Porphyrogennetus Imp. ſcripſit Ceremoniale, ex quo Excerpta edidit Fabricius e Codice MS. Ampliſſimi V. D. Zachariae Conradi ab Uffenbach, Conſulis Francofortenſis; qui Codex nunc eſt Bibliothecae Lipſienſis.

Michaël Pſellus, Photii Discipulus.

Joannes Geometra, ejus fit mentio in Catenis in Lucam &c.

Theodorus Daphnopata, praeceptor Conſtantini Porph. Aliquot ejus Homiliae, quarum una eſt de inventione Capitis Jo. Baptiſtae, extant in MS. Codice Faeſchiano membranaceo.

Oecumenius ſcripſit in Acta & Epiſtolas Apoſtolorum, Pariſiis 1631. editus. Textus autem ſacer ad Editiones potius N. T. Erasmiani, quam ad fidem Codicum MSS. expreſſus eſt.

SECULO. XI.

Theophylactus, Bulgariae Archiepiscopus, Chryſoſtomum redegit in compendium, ſcripſit in Evangelia Commentarios, quos in Bibliothecae Baſilienſis Codice chartaceo jam extantes Erasmus inſpexit, Oecolampadius vero in Latinum converſos edidit: Graece autem editi ſunt Romae A°. 1542. Scripſit etiam in Epiſtolas Pauli Commentarios, Londini A°. 1636. editos.

Michaël Pſellus, Michaëlis Ducae Imperatoris praeceptor.

Suidae Lexicon, Cantabrigiae 1705. a L. Kuſtero editum.

SECULO. XII.

Antonius Meliſſa ſcripſit Locos Communes A°. 1609. cum Maximi Locis editos; aetas ejus ignoratur, citat autem Photium atque Damascenum.

Euthymius Zygabenus, Monachus Conſtantinopolitanus ſcripſit πανοπλίαν δογματικὴν A°. 1710. Tergeſti typis editam; ſcripſit etiam in Evangelia & Epiſtolas Commentarios Millio viſos: item in Pſalmos & Hymnos Commentarium ineditum, cujus exemplar manu *Patricii Junii* deſcriptum extat in Bibliotheca Remonſtrantium Amſtelodami.

Theodorus Prodromus ſcripſit Epitomen Commentariorum in Pſalmos, in Bibliothecae Baſilienſis MS. Codice extantem.

Theophanes Cerameus, Episcopus Tauromenitanus in Sicilia, ſcripſit multas Homilias.

Joannes Zonaras Conſtantinopolitanus, ſcripſit Chronicon, & in Jus Canonicum notas a Beveredgio editas.

Alexius

Alexius Aristenus scripsit in Jus Canonicum, & a Balsamone citatur.
Constantinus Harmenopolus judex Thessalonicensis, scripsit de Sectis librum, qui extat in B. P.

SECULO XIII.

Nicetas Choniates varia scripsit partim edita partim inedita, praecipuum opus est Thesaurus Orthodoxae Fidei.
Eustathius Homeri Interpres.

SECULO XIV.

Macarius Chrysocephalus, Philadelphiae Metropolita, conscripsit Catenam in Matthaeum ex variis Patribus A°. 1345. MS. Baroc. 166. *Millio* inspectam, & ad seculum X. relatam.

Balthasar *Corderius* Antwerpiae edidit *Catenam* Patrum Graecorum in *Lucam* ex bibliotheca Card. Bessarionis A°. 1628., & A°. 1630. *in Joannem* ex Codice membranaceo Cardinalis Cusani, qui Treveris adservatur; item in Psalmos A°. 1643. Videtur autem in textu exhibendo magis secutus Codices typis editos, quam Lectionem MS. sui Codicis. Porro *Patricius Junius* edidit Londini A°. 1637. *Nicetae* Heracl. Metrop. Catenam in *Jobum.* Denique P. *Possinus* edidit Tolosae A°. 1646. catenam in Matthaeum, & A°. 1673. Romae in *Marcum.*

De Versione Latina.

PRimis quidem Ecclesiae Romanae temporibus, cum majorem partem ex Graecis atque exteris constaret, cumque adhuc Graeca lingua fere omnibus gentibus per orbem terrarum familiaris esset, Latine conversis Codicibus Sacris opus non fuit, quum Graece legi & intelligi possent ab omnibus. Circa medium demum seculi II., Pio Pontifice Italo existente, videtur lectitari Scriptura Sacra in lingua vernacula, hoc est Latina, coepisse. Cujusmodi autem fuerit haec conversio, multo ante correctionem Hieronymi confecta, ex scriptis eorum, qui eadem usi fuerunt, conjecturam facere licebit; quamquam varie tentata ac descripta fuerit.

Occurrit primo loco *Marcion* & *Marcionitae*, qui corruperunt libros N. T. resectis omnibus iis, quae Judaicae Religioni favere putabant, & contracto toto N. T. in duos Codices, quorum priorem vocabant *Evangelium*, ex Luca maximam partem conflatum, ac subinde ex reliquis Evangelistis integratum: posteriorem *Apostolicum*, continentem Epistolas ad Galatas, ad Corinthios, ad Romanos, ad Thessalonicenses, ad Laodicenos, ad Colossenses, ad Philemonem, & ad Philippenses.

Instituti nostri non est Marcionem refutando actum agere, ac de illis locis disputare, quae sustulerat, sed potius de iis agemus, quae retinuerat.

Ac principio, quod a nemine adhuc animadversum puto, (nisi J. *Millio* prol. 378. suboluisse putemus) comperimus, Marcionis Codices N. T. non ex Graecis exemplaribus, sed ex Versione Latina veteri sive Italica conflatos fuisse. Nimirum ex tribus tantum monumentis, quid Marcion legerit, & Romae primum ediderit, constare potest, ex *Epiphanio*, ex *Tertulliano* & ex *Dialogo contra Marcionitas*, quem Basilius cum Gregorio Philocaliae capite 24. Origeni, Photius Bibl. 236. Methodio, Eusebius autem antiquissimus testis Hist. Eccl. 5, 27. & Praeparat. Evang. 7, 24. *Maximo* cuidam, cujus aetatem ignorasse videtur, adscripsit: ex curiosa vero Dialogi ipsius lectione patet non solum, quod & Huetius vidit, illum seculo IV. sub Constantino M., sed etiam Latine primum, a Maximo forte Treverensi, scriptum fuisse, & postea in Grae-

Graecam Linguam converſum. Frequentiſſime enim loca Scripturae ita citat, ut plane conſtet, Graeca ex Latinis converſa eſſe, cum paſſim a Codicum omnium Graecorum, qui quidem ad notitiam noſtram pervenerunt, lectione recedat, & cum Latinis ubique conſentiat, quod paucis exemplis palam fiet: v. gr. Coloſſ. IV. 11. habet, οὗτοι μόνοι μου εἰσι συνεργοὶ, ubi verba μου εἰσι ex Latina verſione addita ſunt: porro Lucae XI. non LXX. cum Graecis, ſed LXXII. diſcipulos Chriſti cum Latinis bis numerat; 1. Cor. I. 11. ἤκουσται μοι pro ἐδηλώθη μοι. Exod. XXIII. 5, ῥεμβόμενον pro πλανώμενον, ὄνον pro ὑποζύγιον, ἀνάξας pro ἀποστρέψας, οὐ μὴ ἀντιπαρέλθῃς pro οὐ παρελεύσῃ, ἐπάρας pro ἐγερεῖς: Matth. V. 39. *Maxillae* ſimpliciter mentionem facit, omiſſo epitheto *dextrae*, quae Latinorum Codicum eſt Lectio, teſte Auguſtino. Geneſ. XXVII. 1. vocat ὑποχυθέντα τὸν Ἰσαὰκ pro ἠμβλύνθησαν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ. 1. Theſſ. IV. 16. ἐγερθήσονται pro ἀναστήσονται. Matth. XXIV. 27. ἐκβαίνει pro ἐξέρχεται. ib. ἡ ἔλευσις pro ἡ παρουσία. Luc. VI. 43. ἐνεγκεῖν & ἔνεγκαι pro Φέρειν. Gal. VI. 7. ἃ γὰρ ἂν σπείρῃ ἄνθρωπος, ταῦτα, pro ὃ & τοῦτο; conferatur etiam parabola Lazari & Divitis, ubi illud ἐτάφη ἐν τῷ ᾅδῃ, ex Latinorum eſt diſtinctione. 2. Pet. III. 15. τὴν δεδομένην pro τὴν δοθεῖσαν. Luc. X. 18. εἶδον pro ἐθεώρουν. Luc. XXIV. 39. ὁρᾶτε pro θεωρεῖτε. Luc. VIII. 46. ᾐσθήθην γὰρ δύναμιν ἐξελθοῦσαν ἐξ ἐμοῦ pro ἐγὼ γὰρ ἔγνων δύναμιν ἐξελθοῦσαν ἀπ' ἐμοῦ. Epheſ. I. 6. addit cum Latinis υἱῷ αὐτοῦ. Matth. XXII. 45. addit cum Latinis ἐν πνεύματι. Luc. XVIII. 35. quinque Variationes ab Editis cum Cantabrigienſi Codice communes habet, Galat. VI. 17. τῶν ἄλλων pro τοῦ λοιποῦ. 1. Reg. XVII. 36. ᾖραν pro ἀφεῖλον. Porro Tertullianus quoque tales Marcionis lectiones profert, quae in Latino tantum locum habere poſſunt. Ut Lucae XX. 35. *quos autem dignatus eſt Deus ſeculi illius poſſeſſione*, item quando ad Epheſ. III. 9. „ rapuit, inquit, Haereticus *in* praepoſitionem, „ & ita legi fecit, *occulti ab aevi Deo, qui omnia condidit*" ; cum in Graecum Textum tales aequivocationes non cadant. Denique, Epiphanio teſte, Marcion Gal. V. 9. legit δολοῖ pro ζυμοῖ, nimirum Italicam converſionem ſecutus, quae habet, *corrumpit*.

Irenaei Interpres Latinus.

Tertullianus, ex Editione B. Rhenani Baſileae 1521., & Pamelii Pariſ. 1608.

Cyprianus, Editionis Oxonienſis 1682.

Novatianus, ſcripſit librum de Regula Fidei & Epiſtolam de Cibis Judaicis.

Minutius Felix, ſcripſit Octavium.

Arnobius in Pſalmos & adverſus Gentes, Baſileae 1560. in Octavo.

Lactantius, Cantabrigiae 1685. in Octavo editus.

Optatus Milevitanus, Pariſ. 1679.

Lucifer Calaritanus.

Juvencus.

Hilarius, *Pictavienſis* Epiſcopus, ex Origene multa depromſit, teſte Hieronymo ad Marcell. Editus eſt Baſileae 1550.

Maximinus, Arianorum Epiſcopus, apud Auguſtinum.

Sermo Arianorum, apud Auguſtinum.

Candidus Arianus ad Victorinum, editus a Mabillonio Analect. Vett. T. 4. (p. 175.

Marius Victorinus, Afer adverſus Arium.

Fauſtinus Presbyter contra Arianos.

Phœbadius Agenſis Galliarum Epiſcopus, cujus ſcriptum contra Arianos a Beza editum eſt.

Hilarius, *Diaconus* Romanus, Luciferitanae Sectae, ſcripſit in omnes Epiſtolas Pauli, excepta Ep. ad Hebraeos, Commentarium, qui vulgo Ambroſio tribuitur, & in ejus operibus extat; eidem etiam, Simonio judice, adſcribendae ſunt Quaeſtiones in V. & N. T., Auguſtino hactenus adſcriptae.

Tichonius, ſcripſit in Apocalypſin, & Regulas undecim.

Ju-

Julius Firmicus Maternus de errore Profanarum Religionum.
Ambrosius, Mediolanensis Episcopus, Parisiis 1603. editus.
Prudentius, Basileae 1564. in 4. editus.
Chromatius.
Pacianus.
Rufinus multa Origenis convertit, ut περὶ ἀρχῶν, in Octateuchum, in Psalmos aliquot & in Epistolam ad Romanos.
Philastrius Brixiensis de Haeresibus.
Gaudentius, Philastrii successor.
Hieronymus, Edit. Paris. 1609.
Pelagius scripsit in Epistolas Pauli, sub nomine Hieronymi inter ejus opera editus.
Julianus Pelagianus, ab Augustino refutatus.
Faustus Manichaeus, ab Augustino refutatus.
Augustinus, Edit. Basileae 1569. cujus de se ipso testimonium lib. 2. c. 33. contra Petilianum hoc est: „Et ego quidem Graecae Liuguae perparum assecu„ tus sum, & prope nihil". Duo Supplementorum Tomi editi sunt Parisiis (1655.
Marius Mercator, editus a J. Garnerio 1673.
Salvianus, Rittershusii Bremae 1688.
Sulpitius Severus.
Rusticus Diaconus scripsit contra Acephalos.
Alcimus edidit carmine Historiam Apostolorum.
Christianus Druthmarus scripsit in Evangelium Matthaei.
Joannes Cassianus, edit. Basileae 1575.
Vincentius Lirinensis, Baluzii. Bremae 1688.
Cœlestinus, Papa Romanus, cujus Epistolae quaedam de Latino in Graecum conversae extant in Actis Synodi Ephesinae.
Leo Magnus.
Claudianus Mamertus de Statu Animae 1520. in Quarto.
Cassiodorus.
Fulgentius Ruspensis in Africa, editus Basileae. 1587.
Petrus Diaconus ad Fulgentium, in Orthodoxographis.
Libertus, *Archi-Diacouus* Carthaginiensis, scripsit Breviarium. Paris. 1675.
Vigilius Tapsensis scripsit Disputationem & alia Athanasii nomine, item adversus Varimadum libros tres sub nomine Idacii Clari. Edidit F. Chifletius Divione 1664.
Victor Tununensis Chronicon scripsit, editum a Scaligero.
Gregorius Magnus editus Parisiis 1705.
Isidorus Hispalensis Basileae 1577. in Folio editus.
Sedulius, Hibernus Poëta; scripsit opus Paschale B. P.
Paulinus scripsit Epistolas, quae extant in Orthodoxographis.
Faustus Regiensis de Gratia Dei, in Orthodoxographis.
Joannes Maxentius Horsmidae Papae Epistolae, a Gesnero spuriae judicatae, respondit; Binius Eutychianum illum fuisse existimat: Editus est in Orthodoxographis. Basileae A°. 1569. editis.
Gildas, scripsit Castigationem in Ecclesiasticum Ordinem, in Orthodoxographis.
Opus imperfectum in Matthaeum, in Editionibus Chrysostomi Latinis; continet Homilias 54. in Capita priora XIII. & in XIX. ad XXV. Auctor fuit Episcopus, Ho. 8., forte Eunomianus, multa enim habet contra Theodosium Imperatorem, multa de rebaptizandis Haereticis, & de Inaequalitate Dei Patris & Filii; Ceterum Latinus fuit, qui Epistolam ad Hebraeos non recepit.
Beda Venerabilis dictus, scripsit Commentarios ex aliis excerptos, multa etiam Flori Diaconi sub nomine Bedae leguntur, teste Mabillonio Analect. Vett. T. I. Editus est Basileae A°. 1536. in Folio.

L *Raba-*

Rabanus Maurus.
Walefridus Strabus, Discipulus Rabani Mauri, creditur esse auctor Glossae (ordinariae.
Hincmarus Rhemensis.
Fulbertus Carnotensis.
Honorius Augustodunensis de Imagine Mundi.

His annumeramus omnes Codices Graeco-Latinos, illos item ex quibus J. Martianaeus Evangelium Matthaei & Epistolam Jacobi Parisiis A°. 1695. edidit; & illum, qui Matthaeum continet in Collegio Ludovici Magni apud Patres Societ. Je. quem & Simonius vidit, & nos, humanissime facta nobis a R. Harduino Bibliothecario ejus rei potestate, cum Editis contulimus. Tales hinc inde multi latent in Bibliothecis, quibus tamen Correctiones Hieronymianae, abrasis vetustioribus literis, inscriptae sunt, qualem Codicem possidet Bibliotheca Basiliensis, qui prius fuerat Conradi Clemhre Summissarii Ecclesiae Argentinensis, postea Fratrum Carthusiensium prope Argentinam. Ex ista Versione Itala etiam Versio *Anglo-Saxonica* adornata est, quam Th. Mareschallus edidit; porro etiam *Gothicam* inde prodiisse existimo, de qua infra agetur.

Licet autem exemplaria veteris Latinae Versionis inter se varient, & magis quidem quam Graeca, ita ut hyperbolico Hieronymi stylo, praefatione in Evangelistas ad Damasum, tot sint exemplaria pene quot Codices: plerumque tamen tantus est consensus in absurdis etiam Lectionibus, ut satis appareat omnia ex uno fonte manasse, ex eademque Editione descriptos omnes prodiisse. Neque sane fieri aliter potuit, quam ut ea saltem, quae publice legebantur, atque a Tractatoribus explicabantur, dum unus alterum exscribit, iisdem verbis repeterentur. Millius tamen, cum observasset easdem voces νυμφὼν, κόπους παρέχειν, λάθρα, νάρδος πιστικὴ, φυτεύει, κατάλυμα aliter apud Matthaeum, aliter apud Marcum, aliter denique apud Lucam & Joannem conversas, inde inferebat, singulorum Evangeliorum alios fuisse Interpretes. Quod Argumentum validius, quam illud Martianaei, qui ex deprehensa varietate in numeris Sectionum ejusdem libri id ipsum inferebat, plures nempe fuisse Interpretes librorum N. T. haec enim variatio a Tractatoribus vel etiam a librariis potius quam ab ipsis interpretibus profecta est, teste Hieronymo de Scriptor. Ecclesiast. „ Fortunatianus, inquit, natione Afer, Aquilejensis Episcopus, imperante Constantino, in Evangelia titulis ordinatis brevi & rustico sermone scripsit Commentarios". En vero Indicem Capitum:

Matthaeus Capitula	73. 74. 76. 80. 81. 82. 88. 117. versus	2700.
Marcus	45. 46. 47.	1700.
Lucas	62. 73. 76. 79.	3800.
Joannes	35. 36.	1800.
Actus	70.	3600.
ad Romanos	30. 36. 50. 51.	911.
I. ad Corinthios	25. 28. 72. 73.	870. 980. 1000.
II. ad Corinthios	20. 28.	391. 590.
ad Galatas	12. 37.	292. 293.
ad Ephesios	31.	213. 343.
ad Philippenses	6. 8. 19.	250. 316. 318.
ad Colossenses	5. 10. 29. 31.	213. 296.
I. ad Thessalonicenses	10. 25.	193. 213.
II. ad Thessalonicenses	6. 9.	109.
ad Hebraeos	18. 23. 39.	700.
I. ad Timotheum	6. 12. 29. 30.	230.
II. ad Timotheum	5. 7. 25.	155. 172. 230.
ad Titum	3. 6. 10.	69. 99.
ad Philemonem	2. 4.	34. 45.
Jacobi	4. 11. 20.	

I. Petri

I. Petri	13. 20. 21.
II. Petri	10. 11.
I. Joannis	12. 20.
II Joannis	2. 5.
III. Joannis	2. 5.
Judae	4. 7.
Apocalypsis	41. 43. & secundum Antiquos 22. 23. 25. Versus 1800.

Accidit autem isti Versioni, quod & aliis, ut subinde Interpres neque Graecam neque Latinam linguam satis intelligeret, & vocibus ὁμοιοφώνοις invicem confusis turpiter hallucinaretur. Hinc est quod, Matth. VI. 24. vertit, *unum patietur*, ac si ἀνέξεται non vero ἀνθέξεται scriptum esset. Marci IX. 10. *conturbavit eum*, i. e. ἐτάραξεν pro ἐσπάραξεν. Act. II. 22. *approbatum* i. e. ἀποδεδεγμένον pro ἀποδεδειγμένον. Rom. III. 25. *propositum* i. e. πρόθεσιν pro πάρεσιν. Ephes. IV. 9. *desperantes*, h. e. ἀπηλπικότες pro ἀπηλγηκότες. Coloss. II. 5. *quod deest necessitatibus*, h. e. τὸ ὑστέρημα τῆς χρείας pro τὸ στερέωμα τῆς εἰς Χριστόν. 2. Thess. II. 16. *loco*, i. e. τόπῳ pro τρόπῳ. 1. Tim. VI. 20. *vocum novitates*, i. e. καινοφωνίας pro κενοφωνίας. Philem. 6. *evidens vel manifesta*, i. e. ἐνάργης pro ἐνεργής. ib. vers. 16. *pro servo*, i. e. ὑπὲρ δούλου, pro ὑπὲρ δοῦλον. Philip. III. 10. *coonerati*, i. e. συμφορτιζόμενοι pro συμμορφιζόμενοι. Gal. V. 7. *nemini consenseritis*, i. e. μὴ πείθεσθε, pro μὴ πείθεσθαι. Multa ob convertendi difficultatem plane omisit, ut Lucae VI. 1. δευτεροπρώτῳ. Rom. I. 31. ἀσπόνδους. XV. 20. φιλοτιμούμενον. 1. Cor. VII. 35. εὐπάρεδρον ἀπερισπάστως, teste Hieronymo, lib. 1. adv. Jovinian. Heb. IV. 1. mandato, i. e. ἀπαγγελία pro ἐπαγγελία. Multa perperam vertit, ut Heb. VI. 1. *fundamentum diruentes*, ubi in Graeco est θεμέλιον καταβαλλόμενοι sensu plane contrario &c.

Neque existimandum, plerumque librarios minus sibi sumsisse aut potius indulsisse, quam Interpretes. Quare eadem Versio, ut omnium erat antiquissima, ita etiam mendosissima habebatur, ut correctione indigere nemo negaret, quam cum, jubente Papa Damaso, Hieronymus suscepisset, omnes certatim operam ejus amplexi sunt. Ipse Augustinus frequenter in Retractionibus & alibi de mendositate Codicis sui conqueritur, & scripturam Graecam h. e. Hieronymi correctiones praefert.

Quid vero jam *Hieronymus* praestiterit, quidque correxerit vel reliquerit, nemo melius ipso docere potest. 1. Consuluit Graecos Codices Origenis, Pierii atque Eusebii, in Bibliotheca Caesariensi reconditos, ad quos aliquando nominatim provocat, in praefatione vero ad Damasum pollicetur, *Evangelia Codicum Graecorum emendata collatione, sed veterum*. 2. Rigorem Criticum cauta quadam Oeconomia ita temperavit, ut offensionem imperitorum metuens multa inemendata relinqueret: „ Quae, inquit, Evangelia, ne multum a lectionis Latinae consuetudine discreparent, ita calamo temperavimus, ut his tantum, quae sensum videbantur mutare, correctis, reliqua manere pateremur ut fuerant. ----- Quis enim doctus pariter vel indoctus, cum in manus volumen assumserit, & a saliva, quam semel imbibit, viderit discrepare quod lectitat, non statim erumpat in vocem; me falsarium, me clamitans esse Sacrilegum, qui aliquid audeam in veteribus libris addere, mutare, corrigere"? Hinc factum, ut Hieronymus interpres ab Hieronymo tractatore non raro dissideret, non in verbis tantum, sed & in sensu, ut Ephes. IV. 19. Versio habet, *desperantes*, Commentarius: „ ἀπηλγηκότες multo aliud in Graeco significat, quam in Latino, *desperantes* quippe ἀπηλπικότες nominantur, ἀπηλγηκότες autem hi sunt, qui postquam peccarint, non dolent". Philem. 6. versio habet: *evidens*, Commentarius: „ sive, ut in Graeco melius habetur, *efficax*; ἐνεργής enim proprie transferri potest *efficax* seu *operatrix*". Ephes. III. 14. Versio: *ad Patrem Domini nostri Jesu Christi*, Commentarius: „ non ut in „ La-

„ Latinis Codicibus additum eſt, *ad patrem Domini noſtri Jeſu Chriſti*. ſed „ ſimpliciter *ad Patrem* legendum". Epheſ. I. 6. Verſio: *in dilecto filio ſuo*, Commentarius: „ nec putandum eſt, quod in Latinis Codicibus habetur, ſcrip„ tum eſſe, *in dilecto filio ſuo*, ſed ſimpliciter *in dilecto*". Gal. V. 9. „ male „ in noſtris Codicibus habetur, *modicum fermentum totam maſſam corrumpit*, „ ſenſum potius interpres ſuum, quam verba Apoſtoli tranſtulit". Haec cum in finem obſervo, ne quis exiſtimet, Hieronymum omnia, quae non emendavit, pro emendatis habuiſſe; cum enim omnibus placere omnesque placare ſtuderet, coactus eſt id aliquando facere cum praejudicio veritatis. Hinc ſubmisſae ad Auguſtinum preces: ---- „ neque mihi imperitorum plebeculam concites, qui te venerantur ut Epiſcopum, & in Eccleſia declamantem ſacerdotii „ honore ſuſcipiunt". 3. Conjecturis vel ſuis, vel Origenis potius, nimium videtur hinc inde tribuiſſe, non in Commentariis tantum, ſed in ipſa etiam Converſione.

Extiterunt poſt Hieronymum correctores alii, quorum praecipuus fuiſſe videtur *Alcuinus*, Caroli Magni praeceptor, qui novis libris ex Graecia acceptis, & quaeſtionibus Scholaſticis contra Felicem atque Elipandum penitus immerſus atque implicitus, haud ſcio an inſeruerit Latino textui pluſcula, Hieronymo atque veteribus prorſus ignorata; ordinem certe Epiſtolarum invertit. Hoc, cum prius Epiſtola Petri Catholicis, Catholicae vero Paulinis praefixae eſſent, his verſiculis, qui in MS. Codice Tigurino & in alio, quem vidi Amſtelodami d. 1. Sept. 1730. reperiuntur, teſtatum reliquit:

Quattuor hi rutilant uno de fonte fluentes,
Matthaei & Marci Lucae liber atque Johannis,
Sanctus Apoſtolicos Lucas conſcripſerat Actus,
Bis ſeptem docti per Cartas Dogmata Pauli,
Jacobi, Petri, Judae & pia dicta Johannis,
Scribitur extremo Johannis in ordine Thomus,
Juſſerat hos omnes Chriſti deductus amore
Alchuinus Eccleſiae famulus conſcribere libros.

Item in Codice P. P. Oratorii Romae, teſte Mabillonio Itin. Ital. p. 67.

Codicis iſtius quot ſunt in Corpore Sancto
Depictae formis litterulae variis:
Mercedes habeat Chriſto donante per aevum
Tot Carolus Rex, qui ſcribere juſſit eum.
Pro me quisque legens verſus orare memento,
Alchuinus dicor: tu ſine fine vale.

Quin & idem Alcuinus in Epiſt. ad Gislam lib VI. Comment. in Joannem praefixa: „ totius, inquit, forſitan Evangelii expoſitionem direxi vobis, ſi me „ non occupaſſet Domini regis praeceptum in emendatione Veteris Novique „ Teſtamenti"; Eſt & Caroli Magni praefatio in Homiliarium Pauli Diaconi, apud Mabillon. Vett. Analect. T. I. p. m. 25. in qua ſibi Imperator ejusmodi operam adſcribit: „ Karolus Dei fretus auxilio, Rex Francorum & Longobar„ dorum ac Patricius Romanorum, religioſis lectoribus noſtrae ditioni ſubje„ ctis. Cum nos divina ſemper domi foriſque clementia ſive bellorum eventi„ bus, ſive in pacis tranquillitate cuſtodiat, etſi quicquam rependere ejus bene„ ficiis tenuitas humana non praevalet, tamen quia eſt inaeſtimabilis miſericor„ diae Deus noſter, devotas ſuae ſervituti benigne approbat voluntates: Igitur „ quia curae nobis eſt, ut Eccleſiarum ad meliora ſemper proficiat ſtatus, oblitera„ tam poene malorum noſtrorum deſidia reparare vigilanti ſtudio literarum ſata„ gimus officinam, & ad pernoſcenda ſacrorum librorum ſtudia noſtro etiam, „ quos poſſumus, invitamus exemplo; Inter quae jampridem univerſos V. ac „ N. T. libros librariorum imperitia depravatos, Deo nos in omnibus adjuvan-

„ te,

„ te, examussum correximus &c". Idem confirmat Theganus p. 277. Tom. II. Script. Hist. Franc. ab Andr. du Chesne editorum: „ Dominus Imperator „ nihil aliud coepit agere, nisi in orationibus & eleemosynis vacare & libros „ corrigere. Nam quatuor Evangelia Christi in ultimo anno ante obitus sui „ diem cum Graecis & Syris optime correxerat.

Quin etiam *Lanfranco*, Episcopo Cantuariensi, in Vita ejus a L. Dacherio edita, ejusmodi correctio tribuitur: „ Lectioni erat assiduus & ante Epi„ scopatum & post Episcopatum, quantum poterat. Et quia Scripturae scrip„ torum vitio erant nimium corruptae, omnes tam V. quam N. T. libros, „ nec non etiam Scripta SS. Patrum secundum orthodoxam fidem studuit cor„ rigere. Et etiam multa de his, quibus utimur, nocte & die in servitio Eccle„ siae ad unguem emendavit. Et hoc non tantum per se, sed etiam per disci„ pulos suos fecit, qua de causa merito illum latinitas cum honore & amore „ veneratur magistrum. Hujus Emendationis claritate omnis Occidui orbis Ec„ clesia tam Gallicana quam Anglica gaudet se esse illuminatam". Haec auctor vitae ejus, qui utinam paulo planius orthodoxam fidem Seculi XI. explicuisset, & Correctionum earum specimina edidisset!

Seculo XII. *Nicolaus S. Damasi* Cardinalis, & Ecclesiae Romanae Bibliothecarius creatus A°. 1144. a Lucio Papa, alias de Romanis dictus, a Bessarione & ex eo a Lindano citatus, emendationem Scripturae tentavit, „ Lustrans ar„ maria, inquit, nequibam hoc adipisci, veracia scilicet Bibliorum Latinorum „ Exemplaria invenire, quia & quae a doctissimis viris dicebantur correcta, uno„ quoque in suo sensu abundante, adeo discrepabant, ut pene quot Codices tot „ exemplaria reperirem". Addit: „ hoc sui esse studii, quoad potuit, super„ flua resecare, transformata reformare, & ea addere rursus, quae a praesum„ toribus tanquam superflua fuerant amputata". Vide Baronium ad Annum 1145. n. 1.

Eodem tempore *Stephanus Langhton*, Episcopus Cantuariensis, Libros V. & N. T. in Capita distinxit, quae distinctio, quam paulo post *Hugo Carensis* Cardinalis in Concordiantia Biblica conscribenda secutus fuit, in Ecclesia Latina passim, & postea etiam ab omnibus Typographis recepta est.

Seculo XIII. Magna fuit auctoritas *Cistertiensium* in emendando Textu Codicis Sacri; quod si tamen ex Actis Capituli Generalis ejus ordinis judicium faciendum est, non magna eorum fuit peritia: „ad petitionem Domini quondam „ Lugdunensis Archiepiscopi, qua petiit emendari Lectionem Evangelicam de „ Passione Domini, quae juxta Matthaeum in ramis palmarum legitur, injun„ gitur Abbati de Firmitate, ut in Cluniacensi & Lugdunensi Ecclesia, quid in„ de sentiant, diligenter inquirat, & in sequenti Capitulo studeat indicare A°. „ 1200. ---- Scribatur in Textu Matthaei Evangelistae ubi deest: *diviserunt* „ *sibi vestimenta*, referente R. Simonio Dissert. Crit. de MSS. N. T. p. 79.

„ *Joachimus Abbas* in Calabria scripsit Commentarium in Apocalypsin, „ in quo non raro ab Editione Vulgata discedit.

Paulo post prodierunt *Correctiones Bibliae*. Cum enim ingens studiosorum multitudo in Academia Parisiensi literis daret operam, ibidem etiam plurimi Bibliopolae officinas suas extruxerunt, atque inprimis libros S. S. describi curaverunt; cumque librarii negligenter & parum emendate Codices exararent, Academiae Proceres &, qui cum illis faciebat, Archiepiscopus *Senonensis* statuerunt, quodnam exemplar pro aliorum norma esset habendum, & quomodo Codices alii ex eo essent corrigendi. Hoc videtur gestum A°. 1230. & 1256. Unde duplicis *Correctorii Parisini* sive *Senonensis* fit mentio; quibus usum se fatetur *R. Stephanus* (licet in N. T. nullum eorum vestigium deprehenderim) & *R. Simonius* Histor. Critic. Version. cap. IX. At cum eodem tempore Monachi Mendicantes tum *Dominicani* tum Franciscani in munus Episcoporum, Pasto-

ſtorum, atque Doctorum ſe ingererent, non ſolum ad plebem Sermones in templis habere, & Confeſſiones audire, verum etiam Scholas Theologicas aperire, &, ne non in omnibus Doctores Academiae aemularentur iisque contradicerent, correctiones Bibliae edere coeperunt, & quidem primo poſt annum 1230. juſſu Hugonis de S. Caro, Prioris provincialis in Gallia, deinde A°. 1256. ſub quinto ordinis Generali Humberto, habito Pariſiis Capitulo generali, quo correctionibus Academiae Pariſienſis fidem abrogarunt, ſuas autem denuo ſanxerunt „ correctiones, inquiunt, Bibliae Senonenſis non appro„ bamus, nec volumus, quod Fratres innitantur illi correctioni". Cumque Pontifices Romani Dominicanis faverent, & eorum monaſteria maximo numero per totam Eccleſiam Latinam eſſent exſtructa, factum eſt, ut multo plura exemplaria Correctionis Dominicanorum reperirentur quam Doctorum Pariſienſium. Licet enim Pariſienſis correctio ab Archiepiſcopo Senonenſi eſſet approbata, praevalere tamen non potuit, quod Archiepiſcopi autoritas extra limites Dioeceſis ſuae nulla eſſet. Dominicanorum correctionibus uſus eſt Lucas Brugenſis: extat eorum exemplum tum apud Dominicanos vici Jacobaei Pariſiis, quod deſcribit Simonius Nov. Obſerv. P. II. c. 1. tum in Bibliotheca Lipſienſi & Baſilienſi. De totius Operis ratione conſtabit ex hac adjecta praefatione: „ Quoniam ſuper omnes ſcripturas verba ſacri eloquii „ neceſſe eſt ut fundamento veritatis firmiter innitantur; quatenus ſuper Tex„ tum literae certioris ſanctorum ſtudiorum aedificia ſecurius componantur; „ quantum invenire potuimus, ex Gloſſis B. Jeronimi, & aliorum Doctorum, „ ut ex libris Hebraeorum, & antiquiſſimis exemplaribus, quae etiam ante tem„ pora Karoli magni ſcripta fuerunt, hic in breviſſima notula ſcripſimus ea, „ quae ex novis & diverſis Bibliis propter varias literas magis dubia vel ſuper„ flua credebamus. Neque enim, ut dicit Jeronimus, ſic nova cudimus, ut „ vetera deſtruamus, ſed magis vetera ſtatuentes, quaedam nova vitio ſcripto„ rum in Textu de gloſis & poſtillis inſerta, vel etiam per quorundam imperi„ tiam depravata, non noſtra ſed aliorum majorum auctoritate reſecanda mon„ ſtramus. ---- In toto N. T. punctum minio ſuper aliquam dictionem poſi„ tum notat auctoritatem Graecorum". Poſt in Marci XII. 35. haec habent: „ multa de Evangeliis incorrecta relinquimus, ſicut erant, quia pro brevitate „ temporis corrigendi & inopia expoſitorum ad plenum diſcuti non potuerunt". Et ex R. Simonio l. c. p. 132. „ Eo, inquit, procedit eorum diligentia, ut „ etiam notent, quomodo literae quaedam ſint pronunciandae, ita Joſuae XV. „ 28., ubi Textus eorum habet *Hiim*, obſervant in nota, Hebraicum exem„ plar legere quidem *Hiim*, ſed pronunciandum eſſe *Higim*. Forte voluerunt „ ſcribere *Giim*, pronunciantes literam *Ain*, quae in hac voce reperitur, cum „ ſeptuaginta Interpretibus ut *g*". Quam tamen Simonii conjecturam, ſive correctionis correctionem non probo, quin potius exiſtimo, Dominicanos ſignificare voluiſſe, poſterius *Jod* habere *Dages* inſcriptum, adeoque legendum eſſe ut *j* conſonans ante *i* vocalem, quod Galli & Germani eodem fere modo pronunciant, quo *g*. Vide ſupra p. 31.

Quod antiqua exemplaria & Hieronymum conſuluerunt, recte atque ordine factum eſt: at vero cum ad Gloſſam ordinariam & Rabanum provocant, cumque Graecis Codicibus non vetuſtis, ſed ſeculi XIII. ac varie interpolatis (ut lectiones ab ipſis allatae fidem faciunt) uſi ſint, imo cum lectionem ſola Thomae autoritate nixam Codicibus praetulerint (quod ad locum 1. Jo. V. 8. fecerunt,) pallio purpureo videntur centonem nullius pretii aſſuiſſe. Cum vero emendationes in ipſo Bibliorum Codice punctis infra vel ſupra vocem poſitis notarentur, nominaque eorum, ex quorum ſcriptis petitae ſunt, literis tantum initialibus per compendium ſcriberentur, fieri non potuit, quin librarii frequentiſſime aberrarent, multaque omitterent, & ſaepe unum pro altero ponerent; quae

etiam

etiam caussa est, cur ista Correctio paucos descriptores inveniret, cum ipsa operis lectio injucunda atque arida videretur, nedum scriptio. Accessit ad hoc, quod ipsi fratres Dominicani, abjecto studio Scripturae Sacrae, ab ore Doctoris Angelici toti pendere, & secundum formulas Scholae loqui maluerunt.

Istam temporum suorum infelicitatem deploravit *Rogerus Baconus* Minorita, Doctor Oxoniensis, qui Tractatibus aliquot missis ad Clementem P. A°. 1267. occlusos fuisse dicit fontes Theologiae ob ignorationem linguarum, imo ne quidem aditos rivulos a novis, quos vocant, Theologis, his enim pro vulgatis Bibliis fuisse librum Sententiarum. Ex hac autem ignorantia ac neglectu Scripturarum evenisse, ut per annos jam quadraginta haud extiterit quidem apud Occidentales sanum aliquod Bibliorum exemplar. Ipsum enim Parisiense, unde jam sumta reliqua, pro majori parte horribiliter fuisse corruptum, quaeque exinde evulgaverunt Stationarii Parisienses, partim a Scribis partim a Lectoribus adeo misere fuisse vitiata, ut vix relictum esset in Textu sani quidpiam, ac cui fidenter inniti liceret. Seduloque id agit apud Clementem, ut auspiciis ejus nova demum eaque ad optimorum Codicum fidem castigata prodeat Biblorum editio: Extare scilicet apud Latinos suos probata hujus versionis exemplaria non pauca, & quidem in hisce tenebris superesse viros linguarum praesidiis instructos, qui hujusmodi Editionem adornare poterunt: praecipue vero sapientissimum τὸν δεῖνα (nomen enim ejus premit Rogerus, donec de Papae hac de re consilio certior fiat) virum in S. literis supra omnes mortales eruditum, qui posuit ferme annos quadraginta in litera Textus corrigenda & exponendo sensu literali; uti apud *Millium* verba ejus referuntur.

Seculo XV. *Laurentius Valla* Codices Latinos vulgatos non tantum ex Graecis (ut n. 82. vidimus) verum etiam ex vetustioribus Latinis corrigere aggressus est. In Matth. XXVII. 22. „ Tres Codices, inquit, Latinos habeo,
„ cum haec compono, & nonnunquam alios Codices consulo". Et in Jo. XVIII. 28. „ Reddam debitam laudem iis, qui Codices invenerunt; etsi ob
„ mirificum studium literarum antiquarum viri laudati sunt, Cyriacus Anconi-
„ tanus quinque Mediolani & aliis circa urbibus, quibus Augustinus diversatus
„ est, duos Romae Joannes Tiburs praedicatoriae professionis ad aedem Chry-
„ sogoni & Servatoris, quos ego inspexi, mirifica & vetusta litera invenit, ut
„ alios complures esse verisimile sit.

Magno autem suo labore magnam sibi apud Theologos comparavit invidiam, ut Erasmus, Vallae Annotationes Anno 1504. in coenobio Parcensi, prope Bruxellas, repertas, typis Badianis A°. 1505. Parisiis in folio editurus, necesse haberet, praefatione illas munire, & ad varias objectiones respondere: „ Num
„ etiam, inquit, nostros errores ad Spiritum auctorem referemus? Esto bene
„ verterint Interpretes, sed bene versa pervertuntur; Emendavit Hieronymus:
„ at rursus depravantur emendata. Nisi forte nunc aut minor audacia semido-
„ ctorum, aut peritia linguarum major, aut non facillima depravatio propter ar-
„ tem chalcographicam, quae unicum mendum repente in mille propagat exem-
„ plaria. At fas non est, inquiunt, in Sacris Scripturis quicquam immutare,
„ quod illic ne apiculi quidem mysterio vacant: imo tanto magis nefas est de-
„ pravare, tantoque attentius corrigendum a doctis, quod per inscitiam est a-
„ dulteratum, ea tamen cautione temperantiaque, quae quum omnibus libris,
„ tum sacris inprimis debetur. Verum non recte, ajunt, sibi sumit Laurentius,
„ quod Hieronymus mandante Damaso suscepit: ne propositum quidem simile;
„ Hieronymus veterem Editionem nova sustulit, Laurentius, quod annotavit, in
„ privatos Commentarios refert, neque postulat, ut hinc quicquam in tuo Co-
„ dice demutes. Quanquam ipsa nostrorum exemplarium varietas satis arguit,
„ ea non carere mendis. Porro ut veterum librorum fides de Hebraeis volumi-
„ ni-

„ nibus examinanda eſt, ita novorum veritas Graeci ſermonis normam deſide-
„ rat, auctore Auguſtino, cujus verba referuntur in Decretis Diſt. IX.

A°. 1514. prodiit Editio *Complutenſis*, non Graeci tantum Textus, verum etiam Latinae Verſionis ad veteres Codices emendatae; id jactant Editores prologo ad Leonem X. „ Qua in re id aperte Beatitudini tuae teſtari poſſumus, „ Pater Sanctiſſime, maximam laboris noſtri partem in eo potiſſimum fuiſſe verſatam, ut & virorum in linguarum cognitione eminentiſſimorum opera uteremur, & caſtigatiſſima omni ex parte vetuſtiſſimaque exemplaria pro Archetypis haberemus: quorum quidem tam Hebraicorum, quam Graecorum ac Latinorum multiplicem copiam variis ex locis non ſine ſummo labore conquiſivimus.

Et ad Lectorem: „ Latinam B. Hieronymi translationem contulimus cum „ quamplurimis exemplaribus venerandae vetuſtatis, ſed his maxime, quae in „ publica Complutenſis noſtrae univerſitatis Bibliotheca reconduntur, quae ſupra octingenteſimum abhinc annum literis Gothicis conſcripta ea ſunt ſinceritate, ut nec apicis lapſus poſſit in eis deprehendi".

Paulo poſt *Martinus Dorpius* oratione Lovanii habita, & Baſileae A°. 1520. typis edita, judicium ſuum de emendanda verſione Latina interpoſuit, ubi ſubſcripſit his verbis ex Petro de Alliaco Cardinali Cameracenſi prolatis: „ Propter „ exempla corruptionis, quae in Biblia inveniuntur, & alia multa hujusmodi, „ expediret exemplaria Sacri Canonis examinari diligenter & corrigi. Ad quam „ Correctionem non ſunt omnes indifferenter admittendi, ſed ſolum Theologi „ multum in Grammatica & linguis Hebraica & Graeca eruditi". Subjungit Dorpius: „ proinde conferendae ſunt variae translationes, primaria lingua inſpicienda eſt, rimandum quid veteres legerint, quid quadret & quid diſcrepet, & ita tandem cunctanter pronunciandum. Nam Auguſtinus cum tot eſſent interpretationes, non eſt auſus unam quampiam affirmare omni ex parte integram, etſi Italam ceteris praetulerit. Mirum vero eſt, virum oculatiſſimum non vidiſſe, quod videlicet nos vidimus, hanc Vulgatam eam eſſe, contra quam nemini liceat hiſcere, nam, ut diximus, jam inde a ſeculo Auguſtini extitit. Caeterum quod a multis affertur, hanc eſſe a Synodo comprobatam, accedam ſane, ſi vel una proferatur Synodus, quae ullam de hoc mentionem fecerit; denique ſi ullum exemplar proferatur, quod fuerit comprobatum, nam quod fuiſſet illud? meumne an tuum? hujus vel illius Eccleſiae? Comprobat Eccleſia Sacros Codices, ſed emendatos, ſed puros ac ſinceros; mendoſos vult caſtigari.

A°. 1516. *Erasmus* edidit Novum Teſtamentum omne Graeco Latinum, „ diligenter (ut titulus praefert) recognitum & emendatum, non ſolum ad Graecam Veritatem, verum etiam ad multorum utriusque Linguae Codicum, eorumque veterum ſimul & emendatorum fidem, poſtremo ad probatiſſimornm auctorum citationem, emendationem & interpretationem: praecipue Origenis, Chryſoſtomi, Cyrilli, Vulgarii, Hieronymi, Cypriani, Ambroſii, Hilarii, Auguſtini, una cum Annotationibus, quae Lectorem doceant, quid qua ratione mutatum ſit. Quisquis igitur amas veram Theologiam, lege, cognoſce, ac deinde judica. Neque ſtatim offendere, ſi quid mutatum offenderis, ſed expende, num in melius mutatum ſit. Nam (ut in ſecunda Editione addidit) morbus eſt, non judicium, damnare quod non inſpexeris".

Praevidit Vir prudentiſſimus opus novum variis cenſuris expoſitum iri, unde non tantum privilegio ſe Caeſareo munivit, librumque Leoni X. Papae dedicavit, verum etiam Apologiam praemiſit; cujus (quoniam eadem quotidie fabula luditur) meliorem partem lubet hic in gratiam Lectoris deſcriptam exhibere.

De

D. Erasmi Roterodami Apologia.

Jam ut occurram Apologia reclamaturis, Paulus Apoſtolus, referente Luca, fortunatum ſeſe praedicat, quod apud Agrippam pro ſe cauſam dicturus eſſet, cui propter diutinam cum Judaeis conſuetudinem, res omnes, in quibus vertebatur quaeſtio, maxime cognitae compertaeque eſſent. Atque utinam eodem nomine mihi quoque gratulari poſſim, cui plane diverſum quiddam uſu venit atque Paulo. Nam ne opus eſt quidem nobis Apologia, niſi apud iſtos, qui totum hoc negotium, de quo controverſia eſt, non intelligunt, nec prorſum aliam ob cauſam calumniantur, niſi quod non intelligant. Siquidem apud eos, qui Latinas, Graecas & Hebraicas literas vel ad mediocritatem deguſtarunt, qui ſerio in veſtigandis divinae Scripturae myſteriis, qui feliciter ac diligenter in vetuſtis illis, ac non minus veris quam vetuſtis, Theologis verſati ſunt, nihil addubito, quin magnam initurus ſim gratiam, etiamſi quod conatus ſum parum aſſecutus fuero. Proinde mire fiet, ut quibus hac opera noſtra non magnopere eſt opus, quique ſoli damnare quaedam poſſent, quod ob bonarum peritiam literarum valeant judicare, ii non ſolum comprobent ſuo ſuffragio noſtram induſtriam, verum etiam gratiam haud vulgarem habeant: Contra qui hiſce de rebus nullo modo poſſunt ferre ſententiam, & hoc magis egent hujus laboris ſubſidio, quo longius abſunt a bonis literis, ii non ſolum non amplectuntur opus ipſorum paratum uſui, verum etiam obſtrepent, calumniabuntur, damnabunt; quorum alterum extremae cujusdam ingratitudinis eſſe videtur, alterum inſignis impudentiae. Quid enim fingi poteſt impudentius, quam damnare librum, quem ne legeris quidem, tum ejusmodi, ut, ſi maxime legas, tamen absque linguarum peritia pronuntiare de eo non poſſis? Quid autem ingratius, quam pro tam immenſis ſudoribus vigiliisque, quas tantum juvandi animo ſuſceperis, & quibus nulla par gratia referri queat, rependi calumniam, idque potiſſimum ab iis, ad quos potiſſimum operis utilitas ſit reditura? Quum ubique fœda eſt ingratitudo, tum in nullos aeque par eſt gratos eſſe atque in eos, qui diſpendio rei pecuniariae, jactura voluptatum, nonnullo etiam valetudinis ac vitae ſuae detrimento in hoc totis viribus incumbunt, ut ingenii ſui monumentis orbi conſulant. Verum haud ſcio, an usquam ingratius reperies mortalium ingenium, nec alias eſſe verius arbitror, quod non minus eleganter quam graviter dictum eſt a Seneca: *Tutius eſſe quosdam offendiſſe, quam demeruiſſe. Nihil aeque perit*, ait ille, *atque id quod confertur in ingratos.* At magis perit officium, mea quidem ſententia, quod in eos collocatur, qui non intelligunt officium: & minus gratiae redit ab iis, qui non cognoſcunt meritum, quam qui non agnoſcunt. Nam ii tametſi diſſimulant, tamen apud ſe ſunt obnoxii, nonnunquam pudore coguntur agnoſcere; denique ſpes eſt fore ut aliquando reſipiſcant: Illi, quod eſt beneficium, injuriam interpretantur, & officio adjuti in jus vocant bene merentem. Theologorum inprimis eſt, non ſolum gratitudinem praeſtare, verum etiam candorem & manſuetudinem. Et Theologis potiſſimum hic meus deſudavit labor, atque his Theologis, quibus aut non contigit eas diſcere literas, ſine quibus Divina Scriptura non poteſt ad plenum intelligi aut officioſe tractari. Horum adjuvandis ſtudiis noſtrum impendimus ſtudium, ut quod illis ſua fortuna negavit, id noſtra ſuppeditaret induſtria. Et tamen ſi qui reclamaturi ſunt, ex hoc grege prodituros auguror. Amplectuntur Medici, non aſpernantur Jureconſulti, recipiunt Philoſophi, ſi quid ad illorum profeſſionem inſtaurandam conducit: Soli Theologi pertinaciter reclamamus, & ipſi noſtris invidemus bonis. Sane permoleſtum eſt pro benigne collato beneficio nullam recipere gratiam. Moleſtius ab iis, de quibus bene mereri ſtudeas, calumniam praemii loco reportare, & a quibus tuo jure poteras exigere debitam gratiam, his actoribus injuriae cauſam dicere: Seneca ſummum liberalitatis genus eſſe putat, ac divinae beneficentiae proximum, ſi quis non tantum gratuito proſit, verum etiam ſciens

perdat beneficium. At mihi videor hoc quoque ſuperaturus, ſi de his quoque pergam bene mereri, qui beneficium injuria retaliant. Et quemadmodum fidi medici, reclamantibus etiam & conviciantibus aegrotis, tamen pergunt ſubvenire, ita nos hoc quoque velut auctario beneficium noſtrum cumulabimus, ut beneficium, quod accipiunt, intelligant. Primum igitur etiam atque etiam adhortor omnes Theologos, ut quibus per aetatem aut occupationes vacat, Graecas deguſtent literas & item Hebraeas, ſi liceat. In ipſis arcanae Scripturae fontibus diligenter philoſophentur, veteres Theologos, quos & eruditio commendat, & vitae ſanctimonia, jugiter evolvant. Deinde noſtra, ſi volent, conferant & expendant, atque ita demum probent, ſi quid recte monuimus; emendent amice, ſi quid ut homines aberravimus a vero, & minus aſſecuti ſumus, quod ſedulo ſumus ſecuti. Quod ſi impetro, cauſam vici, pro accuſatoribus habiturus patronos. Caeterum a quibus hoc non impetro, ſaltem illud mihi vel precario donent, ut credant, me ſimplici pioque juvandi ſtudio, quicquid hoc laboris eſt, ſuſcepiſſe. Quod ſi parum alicubi ſucceſſit, error eſt, non ſcelus; & corrigi mereor, inceſſi non mereor. Nihil enim magis agnoſco, quam me nihil ſcire. Profiteantur alii quantumlibet ingentia: ego pro mea tenuitate nihil profitens, praeſto tamen quod licet, paratiſſimus ad palinodiam, ſicubi more hominum lapſus ſim; ipſe quoque mihi cenſor futurus, ſimulatque deprehendero. Caeterum Divus Hieronymus non fert reprehenſorem, qui damnare poſſit, docere non poſſit. Quorum illud tyrannicum eſt, hoc amicum & eruditum.

Jam vero ſi qui verentur, ne Sacrarum Literarum auctoritas vocetur in dubium, ſi quid usquam variaverit: hi ſciant oportet, jam annos plus mille neque Latinorum neque Graecorum exemplaria per omnia conſenſiſſe. Id quod ne fieri quidem poſſit, nimirum in tanta librariorum non ſolum turba, ſed inſcitia, oſcitantia, temeritate. Ut ne commemorem, quam multa mutata ſint ab eruditulis, aut certe a parum attentis. Comperio quaedam eraſa aut inducta a factionibus, quarum tumultu quondam ſurſum ac deorſum miſcebantur omnia, praeſertim Orientis Eccleſiae, dum quisque pro ſuarum partium patrocinio Scripturam variat. Id certe factum non obſcure compluribus in locis declarat Hieronymus. Quid autem accidit Religioni Chriſtianae, quod tot jam ſeculis aliud legit Hieronymus, aliud Cyprianus, aliud Hilarius, aliud Ambroſius, aliud Auguſtinus? apud hos alicubi non modo diverſa comperies, ſed & pugnantia, cum in ſumma Chriſtianae fidei conſentiant. Quid facias, poſtquam nec ipſa horum temporum editio per omnia ſibi conſentit? qua de re ſi quis dubitet, huic fidem fecerint codices typis etiam excuſi, cum annotamentis marginalibus, &, ſi id parum eſt, ex Commentariis Bedae, Rabani, Thomae, ex Commentariis Lyrani, ex Commentariis Hugonis Carenſis intelliget. Origenes jam tum querebatur inexplicabilem in Evangelicis libris varietatem. Et publicitus aliud legit Graecia, aliud Occidentis Eccleſia. Et circa aetatem Hieronymi quaedam Eccleſiae ſequebantur interpretationem Septuaginta, quaedam novam amplectebantur ex Hebraeorum fontibus traditam. Atque etiam poſt hanc aetatem aliud legebant Gallicanae Eccleſiae, aliud Romana. Denique ſi excutias vetuſtos Codices manu deſcriptos, quibus in publico culto tunc utebantur, duos vix reperies inter ſe conſentientes. Certe conſtat Auguſtinum Codicibus uſum, qui non vacabant mendis. Et tamen tot jam ſeculis conſtitit ſua Scripturis auctoritas. Si Codicum varietas in totum fidem abrogat Scripturis, & apud Hebraeos & apud Graecos & apud Latinos variant. Quaeſo quid periculi conſecutum eſt, quod Sanctus Hieronymus Vetus & Novum Inſtrumentum mundo jam ſeneſcenti ad Hebraeam & Graecam veritatem inſtauravit? Reclamatum eſt tum a nonnullis, quibus ipſe ſuis libris abunde ſatisfacit, nec ob aliud opinor reclamatum, niſi quod neſcirent eas literas. At num hinc vel tantulum incommodi natum eſt Chriſtianae Religioni? Auguſtinus fatetur, ipſa Codicum diſcordia ſe non medio-

diocriter adjutum fuiſſe, dum quod hic parum apte dixerat, alter clarius ac rectius efferret, id quod vel fortuito fieri neceſſe eſt.

Proinde ſi nihil offendit niſi novitas, & illa jam vetus editio olim nova fuit, & haec nova, ſi patiamur, olim vetus fuerit. Nimis imperiti eſt hominis libros annorum aeſtimare numero, ac non potius ipſarum rerum judicio. Optarim & ipſe in Sacris literis nihil eſſe depravatum, nihil diſſidere. Atque id ut optare eſt in proclivi, ita nec fuit unquam, nec, opinor, futurum eſt unquam. Qui praedicant inviolabilem divinarum Scripturarum auctoritatem, his utroque favemus pollice. Qui has ſciens depravat, contumeliam facit Spiritui Sancto. Fatemur. Verum haec majeſtas in ipſis eſt fontibus. Non erravit Eſajas, neque quiſquam mutare nititur, quod ille ſcripſit. Non lapſus eſt Matthaeus, nemo corrigit, quod ille tradidit. Cum interpretibus, cum ſcribis, cum depravatoribus nobis res eſt. Quod ſi tota labaſcit auctoritas ob aliquot loca corrupta, oportuit Spiritum Sanctum non minus aſſidere Bibliographis, quam Prophetis & Evangeliſtis. Nusquam non adeſt Spiritus Sanctus, ſed ita vim exerit ſuam, ut nobis portionem laboris relinquat. ---- Is vero ſubſervit Spiritui Sancto, qui, quod per homines depravatum eſt, pro viribus priſtinae reſtituit integritati. Nunquam defuturi ſunt qui depravent, proinde nunquam ceſſandum eſt a ſtudio caſtigandi. Aliud eſt igitur Sacra Scriptura, aliud quod incommode verterunt Interpretes, aut Scribae corruperunt. Rurſus aliud eſt mutare publicam Lectionem, aliud privata publicam vel emendare vel illuſtrare. Atqui haec mire confundunt quidam, qui ſibi videntur admodum Dialectici. ---- Jam quid attinet iſtos refellere, qui non minus indocte quam impudenter ſolent vociferari, facinus eſſe non ferendum, ut quiſquam corrigat Evangelia! O vocem vix auriga dignam, nedum Theologo! Fas eſt nebuloni cuivis Evangelii Codices depravare, & nefas erit quod depravatum eſt reſtituere? praeſertim homini, ne quid dicam inſolentius, in hoc genere literarum nec indiligenti nec inexercitato, idque tot Graecis ac Latinis voluminibus, tot clariſſimis auctoribus in conſilium adſcitis?

Idem argumentum paulo ante Epiſtola ad *Martinum Dorpium* ſcripta ita tractavit, ut ipſum in ſententiam ſuam pertraheret: Jam vero quod tertio loco ſcribis de Novo Teſtamento, ſane demiror, quid tibi acciderit, aut quonam interim perſpicaciſſimos ingenii tui oculos averteris. Nolis quicquam a me mutari, niſi ſi quid forte ſit apud Graecos ſignificantius; & negas in hac, qua vulgo utimur, Editione quicquam eſſe vitii. Nefas eſſe putas, rem tot ſeculorum conſenſu, tot Synodis approbatam, ullo pacto convellere. Obſecro te, ſi vera ſcribis, eruditiſſime Dorpi, cur frequenter aliter citat Hieronymus, aliter Auguſtinus, aliter Ambroſius; quam nos legimus? Cur Hieronymus multa reprehendit & corrigit, quae tamen in hac habentur Editione? quid facies, cum tam multa conſentiunt, hoc eſt, cum ſecus habent Graecorum Codices, cum ad horum exemplar citat Hieronymus, cum idem habent vetuſtiſſima Latina exemplaria, cum ipſe ſenſus multo rectius quadrat? num his omnibus contemptis tuum ſequeris Codicem, fortaſſis a ſcriba depravatum? Neque vero quiſquam aſſeverat, in divinis Literis ullum eſſe mendacium, quandoquidem & hoc adductum eſt abs te; at illud res ipſa clamitat, & vel cœco, quod ajunt, poteſt eſſe perſpicuum, ſaepe vel ob imperitiam interpretis vel ob oſcitantiam Graeca male reddita eſſe; ſaepe germanam ac veram lectionem ab indoctis librariis fuiſſe depravatam, id quod cotidie videmus accidere, aliquoties mutatam a ſemidoctis parum attentis. Uter magis favet mendacio, qui haec corrigit ac reſtituit, an qui citius ferat addi mendam quam tolli? Quandoquidem ea depravatorum natura eſt, ut menda mendam gignat; Et ſunt fere ejusmodi, quae mutamus, ut ad emphaſin pertineant magis, quam ad ſenſum ipſum, quanquam ſaepenumero magna ſenſus pars eſt emphaſis.

M 2 Porro

Porro quod scribis ab hac editione non esse recedendum, tot videlicet Conciliis approbata: more vulgarium Theologorum facis, qui quicquid ullo modo in publicum usum irrepsit, Ecclesiasticae tribuere solent autoritati. At mihi vel unam profer Synodum, in qua sit haec editio comprobata. Sed esto comprobarit Synodus aliqua, num ita comprobavit, ut nihil omnino liceat ex Graecorum fontibus emendare? Num mendas etiam omnes comprobavit, quae variis modis potuerunt irrepere? num hujusmodi verbis conceptum fuit decretum a Patribus: Haec editio cujus sit autoris nescimus, sed tamen eam approbamus; nec obstare volumus, si quid secus habent Graeci Codices, quantumvis emendati, si quid secus legit Chrysostomus, aut Basilius, aut Athanasius, aut Hieronymus, etiamsi illud magis quadraverit ad sensum Evangelicum: & tamen hos ipsos autores magnopere comprobamus; Quin etiam quicquid in posterum quocunque modo vel a semidoctis & audaculis, vel ab imperitis, ebriis, oscitantibus librariis fuerit vitiatum, depravatum, additum, omissum, eadem probamus autoritate; neque cuiquam volumus licere mutare scripturam semel inductam. Ridiculum decretum, inquis. At hujusmodi necesse est fuisse, si nos autoritate Synodi deterres ab hac industria.

Postremo quid dicturi sumus, ubi viderimus nec hujus Editionis exemplaria consentire? num & hanc pugnantiam approbavit Synodus, praescia videlicet, quid quisque mutaturus esset? Atque utinam, mi Dorpi, tantum esset otii Romanis Pontificibus, ut hisce de rebus salutares ederent Constitutiones, quibus caveretur de restituendis bonorum autorum monumentis, de parandis & reponendis emendatis exemplaribus. Verum in eo consilio sedere nolim istos falsissimo nomine Theologos, qui huc tantum spectant, ut quod ipsi didicerunt, id solum habeatur in pretio; quid autem isti didicerunt, quod non sit ineptissimum & idem confusissimum? Quibus si contingat tyrannis, futurum est, ut, antiquatis optimis autoribus, insulsissimas istorum naenias pro oraculis habere cogatur mundus, quae usque adeo nihil habent bonae eruditionis, ut ego sane malim vel mediocris esse cerdo, quam istius generis optimus, si nihil melioris accesserit doctrinae. Isti sunt qui nolint quicquam restitui, ne quicquam ignorasse videantur. Hi nobis fictam Synodorum autoritatem objiciunt; hi magnum Christianae fidei discrimen exaggerant, hi periculum Ecclesiae, quam isti scilicet humeris suppositis fulciunt, rectius plaustrum fulturi; & hujusmodi fumos spargunt apud vulgus indoctum ac superstitiosum, apud quod cum pro Theologis habeantur, nolint ullam opinionis suae jacturam facere. Verentur, ne, cum perperam divinas citant literas, id quod saepenumero faciunt, Graecae aut Hebraicae veritatis autoritas in os jaciatur, & mox appareat esse somnium, quod velut oraculum adducebatur. Divus Augustinus, vir tantus, adhaec Episcopus, non gravatur vel ab anniculo Episcopo discere. Isti tales malunt omnia sursum ac deorsum miscere, quam committere, ut quicquam videantur ignorare, quod ad absolutam pertineat eruditionem. Quanquam nihil hic video, quod magnopere pertineat ad fidei Christianae sinceritatem: quod si maxime pertineret, hoc magis certe esset elaborandum. Neque vero periculum est, ne protinus omnia desciscant a Christo, si fors auditum fuerit, repertum esse in Sacris libris, quod vel Scriba depravarit indoctus aut dormitans, vel Interpres, nescio quis, parum apte vertit. Aliis ex rebus hoc periculum est, quas hoc loco prudens subticeo. Quanto Christianius fuerit, semotis contentionibus, quod quisque possit, in communem usum libenter conferre, idque candide amplecti, simulque & citra fastum discere, quod nescias, & citra invidiam docere, quod scias. Quod si qui sunt illiteratiores, quam ut quicquam recte docere possint, elatiores, quam ut quicquam discere velint, hos, quoniam pauculi sunt, valere sinamus, & bonarum aut certe bonae spei mentium potius habeamus rationem. ---- Placabis homines, quoad fieri potest, & persuadebis, me, quod facio, non in

eo-

eorum facere contumeliam, qui hasce literas nesciunt, sed in publicam omnium utilitatem, quae nemini non patebit, si velit uti, neminem urgebit, si malit carere: tum eo esse animo, ut, si quis exoriatur, qui rectiora docere possit aut velit, ipse primus futurus sim, qui nostra rescindam & abrogem, & illius subscribam sententiae. Antwerpiae 1515.

De eodem negotio egit *Epistola ad Henricum Bovillum:* Fas esse negant, inquit, tentare quicquam ejusmodi, nisi ex autoritate Concilii generalis. At isthoc quid iniquius? Ipsi quotidie depravant Sacros Codices, sola inscitia ac temeritate in consilium adhibita: nobis non licebit ex veterum sententia restituere, quod corruptum est, nisi totius orbis Christiani convocato Concilio? adeo pejorem volunt esse conditionem mendum submoventis, quam invehentis, bene merentis sua industria, quam male merentis sua incogitantia. Verum illud mihi respondeant velim, haec ipsa quae illis tantopere placet editio, utrum ab interprete suscepta fuerit ex autoritate Concilii generalis, an prius edita, ac deinde judicio patrum comprobata? Prius scriptam opinor, postea comprobatam: Atqui idem potest in hac mea evenire, quod ipse tamen nec ambio nec postulo. Tametsi ne id quidem concesserim. Mihi magis videtur usu irrepsisse, ac paulatim progressu temporis collegisse robur. Alioqui si publico Concilii judicio fuisset approbata traditaque, omnes ea communiter usi fuissent. Nunc aliud citat Ambrosius, aliud Augustinus, aliud Hilarius, aliud Hieronymus. Imo nec hujus aetatis exemplaria consentiunt. Quod si protinus actum putant de Religione Christiana, si quid usquam variet, etiamsi nos dormissemus, jam illi periculo eramus obnoxii. --- Postremo quamobrem magis trepidamus, si quid secus lectum fuerit in divinis libris, quam si quid secus enarratum? Certe utrobique par discrimen. Atqui videmus interpretes non modo diversa, verum etiam pugnantia dicere saepenumero. Quin & illud dilemma si possint explicent: utrum permittunt aliquid novari in Sacris libris, an omnino nihil? si quicquam permittunt, cur non excutiunt potius, recte mutatum sit nec ne? sin minus, quid facient illis locis, in quibus mendum inesse manifestius est, quam ut negari dissimularive possit? an hic Sacrificum illum malunt imitari, qui suum *mumpsimus*, quo fuerit viginti usus annos, mutare noluit, admonitus a quopiam *sumpsimus* esse legendum. Vociferantur καὶ σχετλιάζουσιν: O Cœlum, o terra! Corrigit hic Evangelia. At quanto justius exclamandum erat in Corruptorem: O Sacrilegum! depravat hic Evangelia. Neque enim nos novam prodimus Editionem, sed veterem pro virili restituimus, at ita ut hanc novam non labefactemus. Qui pro hac nova tanquam pro aris ac focis dimicant, nihil illis perit, aliquid de lucro accessit. Hanc quam adamant, emendatius legent posthac; & rectius intelligent. Quid si libros divinos omneis Paraphrasi explanassem, quo possent incolumi sententia & legi inoffensius, & percipi facilius, num isti dicam mihi scriberent? Laudem etiam promeruit Juvencus, qui Evangelicam Historiam ausus est versibus includere. Canuntur in templis quotidie juxta veterem Editionem Psalmi: Et tamen extat divi Hieronymi recognitio, extat ejusdem juxta veritatem Hebraicam interpretatio. Illa leguntur in Choris: haec in Scholis aut Domi. Neutra alteris officiunt. Atque adeo nuper Felix Pratensis Psalterii totius novam edidit interpretationem, ab omnibus superioribus admodum dissidentem. Quis huic unquam movit tragœdias? Jacobus Faber Stapulensis, amicus noster, dudum id fecit in Paulum, quod ego in totum Novum Instrumentum. Cur hic demum tanquam ad rem novam commoventur quidam? An aliis omnibus istud licere volunt, mihi uni non volunt? Atqui Stapulensis non paulo plus ausus est, quam ego. Ille suam interpretationem veteri opposuit, idque in Academiarum omnium regina Lutetia: ego recognitionem modo professus, locos aliquot aut corrigo aut explico. Nec hoc dixerim, quod Fabrum

in communem invidiam vocem, nam vir ille jam pridem gloria superavit invidiam; sed ut palam faciam, quam inique faciant quidam, qui quod jam diu est a multis factitatum, citra calumniam, in me velut subitum ac novum calumniantur, &c. Roffae prid. Cal. Sept. 1516.

Item ad Martinum Lypsium: Quod si noster censor, inquit, nihil omnino vult edi, quod dissonet a vulgata Lectione, non erit fas Novum Testamentum Graece, ut a Graecis legitur, edere, nisi prius ad hanc editionem castigatum, ne quis forte deprehendat Lectionis dissonantiam. Quis autem adeo demens sit, ut isthuc dicat? Jam vero abolenda est Divi Ambrosii vel translatio vel Lectio in Epistolis Pauli, quae plurimum ab hac nostra dissonat. Abolenda & Hieronymi, quae non paucis locis ab hac dissentit. Denique nostrorum Codicum plerique sunt abolendi, quod inter se fere dissentiant. Et vide, quam ab isto dissentiat Augustinus, quem is sibi videtur solus legisse. Nam ille testatur, se adjutum etiam exemplariorum varietate, dum, quod alius obscurius vertit, alius transtulit explanatius, ut non omnia possumus omnes. Hic actum purat de fide Sacrorum Voluminum, si varia Lectio proferatur. Et mavult vel manifestarias mendas in libris Sacris relinqui, quam offendi duos aut treis ineptos ac morosos seniculos. At nihil deterruit ab hoc studio Hieronymum, quod ob voculam nescio quam mutatam in Propheta Jona totus ferme populus desciverit a suo Episcopo, ridetque cucurbitarios illos Deos, quos tantula res commoverit; etiamsi Augustinus hanc fabulam ceu seriam scripserit Hieronymo. Age vel illud mihi respondeat severus iste monitor, utrum optandum est Ecclesiae Dei, ut sacrae Scripturae libros habeat quam emendatissimos an non? Si fatetur optandum, respondeat, an fateatur, quotidie varias mendas in eos invehi, vel inscitia castigatorum, vel negligentia Scribarum? Quod si non potest inficiari, cur non amplectitur hoc meum studium, quod omnium maxime ad eam rem conducit, sive ut emendentur depravata, sive ne depraventur quae recta sunt? Quandoquidem negari non potest, esse quaedam in nostris, imo in omnibus fere depravata Codicibus.

46. Negat Ecclesiam errare posse. Continuone errat Ecclesia, si tuus Codex depravatus est? & tamen quaedam accedere possunt Ecclesiae, quae antehac nescierit; neque nos affirmamus in hac esse translatione quod fidem subvertat orthodoxam, esse tamen quod operae pretium sit admonuisse. 47. Scandalo es, inquit, orbi, dum novas recepta. Imo maximi & optimi quique mihi gratias agunt, & qui prius oblatrabant, opere lecto desinunt oblatrare, sed offendunt pauci superciliosi, qui nolunt quicquam videri nescisse. 48. Ut demus, inquit, inesse errores, non oportebat in vulgus proferre. Imo maxime in vulgus efferendum est, quod oportet ab omnibus sciri. 49. Non potest, inquit, privata persona non autorizata novam translationem cudere, veterem corrigere. Primum opinor & mihi licere, si quid in Sacris literis profeci, in medium afferre, posteaquam in Theologorum ordinem sum cooptatus. Deinde nec novam cudo, sed Graeca verto, & vetus editio omnibus, ut erat, per me manet. Postremo ut nulla sim autoritate praeditus, cum indoctis liceat sacros libros corrumpere, mihi non licebit emendare nisi Synodo convocata? sed fingat me Episcopum aut Cardinalem esse, quid hoc ad praesens negotium, quod non mitra aut galero sed linguarum peritia constat? 50. Quin & illud ridiculum, quod ait, per hanc translationem convictos Hieronymum Hus & Wiclef, cum alter exustus fuerit, non revictus, alterius libri non nisi post mortem damnati: quod si maxime verum esset, non licebit igitur e Sacris libris, si quid erroris irrepserit, tollere? 51. Si quid erroris est, inquit, secundum Patrum antiqua testimonia fuerat emendandum. Atqui id, quod monet, maxime factum est a me: verum hoc istum fugit, quia librum non inspexit. 52. Lepra, inquit, Sacerdoti indi-

dicanda, cujus est judicare. Recte, & ob id Leoni decimo misi opus, cujus hortatu susceperam. Atque is per duos Cardinales studium meum comprobavit: cum illi visum fuerit, delegabit cui volet, ut nostri Codices ab eruditis emendentur. Eam provinciam mihi non sumo, licet ad id viam struxerim. 64. Post haec sic agit, quasi sentirem, falsitatem aut ineptiam inesse Sacris literis, in quibus obscuritatem inesse fateor. Verum si quid in Codicibus falsi aut inepti, id non Apostolis, sed istius Sycophantae sodalibus asscribendum. Caeterum nihil ego muto, quod ad fidei firmitatem attinet. 65. Monet igitur, librum summo Pontifici mittendum fuisse, ut illius arbitrio premeretur aut ederetur. Ad istam rationem omnes libri mittendi essent summo Pontifici, quod in omnibus esse possit, quod aliquos queat offendere. Verum id nec Thomas fecit, nec Scotus, nec Augustinus, nec Hieronymus. Prius evulgarunt, comprobatio consecuta est, non quaesita. Porro cum non convellam veterem Editionem, sed prodita recognitione faciam, ut illam & emendatiorem habere possimus, & rectius intelligere, qui suspicari potui fore similes isti Sycophantas, qui opere nulli non frugifero offenderentur? Si metuendum erat offendiculum, ab infirmis erat mutuendum. Atqui ab his nullum est ortum offendiculum. Tantum unus aut alter hoc mali concitaverunt, qui inter perfectos habentur, opere nondum edito passim inficientes simplicium animos, atque id damnantes, quod nondum erat cognitum; ac prius opus in invidiam vocantes, quam operis sentiretur utilitas. His igitur imputandum, non mihi, si quis offensus est. 67. Quid est autem, quod iste vocat autorizare? sic probare, ut nihil insit erroris? Ad istam legem praeter Canonicas Scripturas nihil habemus autorizatum: nec hoc a Leone flagitavi. Tantum admoneo, judicium relinquens eruditis, si quid forte rectius invenerint. ---- A°. 1518. Nonis Maii.

Neque haec sufficere ratus, *secundae Editioni N. T. sui, ut & sequentibus, Capita Argumentorum contra morosos quosdam ac indoctos praefixit*: Omnibus, inquit, omnium cavillationibus respondere, lector optime, praeterquam quod infiniti sit negotii, nec admodum ex hujus operis dignitate fore video, nec operae pretium ullum intelligo: propterea quod qui studium hoc nostrum suggillant ac traducunt, fere non legunt, aut certe non intelligunt nostras Apologias. Et jam satis illis responsum est duabus Apologiis, quas primae quoque Editioni, ceu clypeos, adversus istorum tela praefiximus: praeterea in Epistola, qua Martino Dorpio respondemus, postremo in Epistola ad insignem Theologum Henricum Bovillum. Proinde hic Capita duntaxat Argumentorum annotabimus lectori vel occupato vel crassiori.

Primum illud testamur, & ubique testatum esse volumus, nos nusquam a judicio Ecclesiae Catholicae vel unguem aut digitum latum velle discedere: Quod si quid usquam ejusmodi deprehendatur, non data opera dictum sed elapsum, ut sumus homines, id jam nunc pro recantato volumus haberi.

Nec praeimus eruditorum judicio, nec publicarum Scholarum autoritati praejudicamus. Manet incolume suum cuique judicium. Annotationes scribimus, non leges: & expendenda proponimus, non protinus habenda pro compertis.

Nos in sermone Apostolorum, quod crebro jam diximus, ne syllabam quidem mutamus, imo sermonem illorum, vitio librariorum, aut alioqui depravatum restituimus. Proinde ne quis clamet, hic corrigit Evangelium, hic emendat precationem Dominicam: sed hic Codices Evangeliorum a mendis repurgat; Nec magis objurgandus sum, quam qui scopis everrit sordes e templo. Non enim, quicquid in templo est, continuo sanctum est.

Neque quicquid receptum est in usum Ecclesiasticum, continuo receptum est judicio. Quaedam casu irrepunt, ad quae connivet Ecclesia, praesertim si non videantur ad fidei morumque periculum pertinere. Imo fieri potest, ut in hoc genere quaedam ad tempus ignoret Ecclesia.

Non

Non ideo vacillat autoritas Scripturae, si mendae tollantur e Codicibus; imo potius vacillaret, si constet, nos uti depravatis exemplaribus; atque id sane negari non potest. Cui incommodo si nullus admoveret remedium, ut est rerum humanarum natura, semper in deterius prolabi, tum vere confusis exemplaribus vacillaret Scripturarum autoritas.

Optandum, ut nullum mendum insit Sacris libris, & id quoad fieri potest enitendum est: verum id non contigit post annos mille trecentos, nec fortassis unquam continget ad plenum. Bene nobiscum agetur, si quam minimum insit mendarum.

Proinde ne nos quidem profitemur, omneis mendas a nobis sublatas, plurimas certe sublatas audebimus profiteri: & nos rem eo deduxisse, ut posthac Codicibus quam minime mendosis uti liceat, si quis hoc filum secutus emendare velit.

Scio res sacras reverenter ac religiose tractandas. Et idcirco, licet in infima functione versantes, tamen omni qua licuit circumspectione sumus usi. Contulimus utriusque linguae vetustissimos Codices, nec eos sane paucos. Excussimus veterum ac recentiorum Commentarios, tum Graecos, tum Latinos. Observavimus, quid diversi legant. Pensitavimus ipsius loci sententiam; atque ita demum pronuntiavimus, quid sentiremus: Imo ne pronuntiavimus quidem, sed lectorem admonuimus, suum cuique judicium liberum relinquentes.

Thomas, Lyrensis, & Carensis, aliique his obscuriores, satis habent annotasse: alia litera sic habet; quod sic in Codice quopiam scriptum, aut fortasse depravatum offenderint, & videntur rem utilem praestare: Et nobis obstrepitur, qui tot argumentis, ac summorum virorum autoritate veram Lectionem restituimus.

Si varietas abrogat fidem libris, jam olim variabant Codices aetate Origenis, aetate Hieronymi, aetate Bedae, aetate Thomae, denique nostris etiam temporibus hodieque variant, & tamen adhuc sacris libris sua constat autoritas.

Si loca quaedam depravata fidem elevant arcanis voluminibus, jam olim id usu venisset temporibus Origenis, qui Homilia in Matthaeum octava queritur hac de re his verbis: *Multam enim differentiam inter exemplaria reperimus, sive per negligentiam Scribentium, sive ex temeritate quorundam, sive propter eos, qui negligunt emendare Scripturas, vel propter eos, qui quod ipsis videtur in emendationibus vel adjiciunt vel subducunt.* Audis Lector, jam tum variasse libros? audis fuisse depravatos? audis quaedam adjecta aut subtracta?

Sed audio quosdam ita loqui: Rem amplectimur, sed offendiculum datur multitudini, si senserit, in libris, quos hactenus secuti sumus, inesse quicquam vel vitiatum, vel non intellectum. Primum non ista scribuntur multitudini, sed eruditis, & praecipue Theologiae Candidatis. Hos offendi non oportet. Neque nos correctionem appellamus laborem nostrum, sed annotationes. Neque cuiquam molesti sumus aliter citanti, aut veterem aut etiam depravatam Editionem sequenti. Ab ipsis potius nascitur offendiculum, qui in publicis concionibus, qui in compotationibus, qui in vehiculis ac navibus apud idiotas ac mulierculas vociferantur, esse qui sacros libros & precationem Dominicam emendet.

Non vociferantur in eos, a quibus palam est sacros Codices vitiari quotidie, quum sint illiteratissimi, qui hoc audent: In me clamitant, hominem in hoc certe genere studii, quod a linguarum peritia pendet, nec omnino indoctum, opinor, nec inexercitatum. Illis temere licet pro suo arbitratu depravare, mihi non licebit ex fide veterum Codicum, ex probatissimorum Interpretum autoritate restituere?

In illis non requirunt autoritatem, satis est illitum esse chartis: in me requirunt pene miracula. Cur, inquiunt, credamus Erasmo? Imo si Erasmo diffidunt,

dunt, fidant Theologo; Nam ſi mihi tradita eſt autoritas interpretandi ſacras literas, mirantur ſi auſim de lectione quicquam hiſcere.

Quanquam non poſtulo, ut mihi credant. Credant vetuſtis & emendatis Exemplaribus, credant Graecae veritati, praeſertim ubi horum Lectio cum Orthodoxorum interpretatione congruit. Poſtremo nec his credant, ſed rem ſecum expendant, non mordeant admonitorem. A nobis enim nulli praecluſa eſt via meliora quaerendi, imo potius aperta eſt.

Nihil, inquiunt, tentandum absque Synodi autoritate. Quid magis ridiculum dici poſſit? Ut mihi liceat admonere, quid vel a Scriba videatur corruptum vel ab Interprete melius reddi potuerit, praeſertim ex veterum ſententia, tota Synodus erit convocanda? Quotidie novi ſcribuntur Commentarii in ſacras literas, proponuntur oracula de rebus graviſſimis, tot conduntur articuli, nec ulla Synodus requiritur.

Si novitas offendit, nos vetera inſtauramus, & novitatem excludimus. Nam poſterior eſt editione depravatio: ſi qui ſunt, qui non poſſunt mutare ſalivam, quam a pueris imbiberunt, manet iſtis ſua vetus editio, ſi volunt, tum dilucidior tum emendatior: ſi nolunt, eadem & ſui ſimilis: Si glandes iſtos obſtinate delectant, ſaltem ne invideant iis, qui tritico veſci malunt.

Utrum quaeſo fas eſt poſt veteres aliquid inquirere, an non? Si fas non eſt, cur auſi ſunt Alexander ac Thomas, & poſt hos alii complures, totam Theologiae faciem immutare? Si fas, cur noſtris obſtrepunt ſtudiis, praeſertim cum & nullius judicio praeſcribant, & veterum autoritate nitantur? Etenim ſi fas eſt inducere nova, multo magis fas eſt revocare vetera.

Quidam hic nobis tradunt Lesbiam Regulam, ut id habeatur pro recto, quod vulgo receptum eſt. Verum nunquam tam bene fuit actum cum rebus humanis, ut, quod optimum eſſet, a vulgo peteretur. Certiſſima regula eſt, linguarum, translationum, expoſitorum, exemplariorum inter ipſa Collatio, adhibito ſobrio judicio, excluſa contentione.

Jam quod a quibusdam ſtudium hoc noſtrum contemnitur, ut humile ac puerile, qui circa ſyllabas ac voculas laborem, non ita valde me movet. Ego magnum arbitror, quicquid ad rem Theologicam pertinet. Et cum non ignorarem, quantum reverentiae ſacris libris debeatur, mihi conſcius ſumpſi, quod in eo munere videretur infimum.

Sit hoc grammaticum, ſit puerile, ſit triviale, modo fateantur eſſe neceſſarium. Ut nihil aliud doceam quam rectam Lectionem, nimirum turpe eſt hoc ipſum neſcire magnos Theologos. Et tamen hoc manifeſtius eſt, quam ut negari poſſit: poſteaquam hic lapſus deprehenditur Auguſtinus, lapſus Thomas, lapſus Lyrenſis & Carrenſis.

Scrupi ſunt quamlibet minuti, ſed ad hos impingunt frequenter οἱ τὸν ἥλιον ὑπερφρονοῦντες. Si juxta Chryſoſtomum & Auguſtinum articulus ὁ, hoc eſt minutiſſimum elementum additum aut omiſſum, ſenſum facit orthodoxum aut haereticum, ſi idem efficit hypoſtigme non ſuo poſita loco, quid eſt, cur haec ut minuta negligamus, qnae tantum habent momenti? Nonne ridentur μετέωροι, qui ſublatis in coelum oculis, ſic contemplantur aſtra, ut tibias impingant in ſaxum? Apelles non contemnebat rationem terendi miſcendive colores, nec ductum ſimplicium linearum, quae in arte, qua praecelluit, infima ſunt. Nec peritus Architectus, circa tectum & Colophonem occupatus, negligit in fundamentum comportare rudera. Haec qui neſcit, Architectus non eſt; qui negligit, opus collapſurum erigit.

Quanquam haec minus negligenda videbuntur; ſi quis periculum fecerit, quantis haec minuta conſtent ſudoribus: Aut ſi quis aggrediatur tractare Scripturam divinam, & in ea, ſicut oportet, rimari curioſe ſingula. Uſu ſentitur utilitas, non tumultuaria lectione. Poſtremo deſinet contemnere, qui non unam

aut alteram annotationem, sed universum opus expenderit. Tu mihi otiosus ac supinus hunc aut illum locum expendis, & videris tibi copiosius ac doctius tractare potuisse. Poteram & ipse, si decem modo fuissent excutiendi. In tot millibus hanc praestare diligentiam difficillimum est; mihi sane fuit, feliciori non invidebimus.

Nullus igitur reprehendat, si argumento suscepto respondeo. Mihi abunde satis est, si nullus ante me plus praestitit in hoc scripti genere. Quid alii possint aut praestituri sint, nescio; Certe optarim existere permultos, qui me prorsus obscurarent. Imo vel reprehendi gaudebo, si quis industria sua rem tam sacram, a nobis utcunque tentatam, adjuverit. Absit modo procacitas, quam foedam & indecoram sibi ducunt & Ethnici versantes in re literaria.

Meminerit is, qui reprehensionem parat, se quoque hominem esse, neque minus labi posse reprehendendo, quam potuerit autor operis scribendo. Quanquam longe plus veniae debetur ei, qui prodesse studens in ingenti opere dormitavit alicubi, non assecutus quod voluit, quam ei, qui in alieno libro cupiens ingeniosus videri, venatur quod carpat, & tamen hoc ipsum perperam facit: dumque falsos aliorum errores exagitat, ipse suos veros prodit. Porro nullus est error foedior, quam animus spirans invidiam & vel rectissima carpendi libidinem.

Sic oportet ad librum legendum accedere lectorem, ut solet ad Convivium conviva civilis. Convivator annititur omnibus satisfacere: & tamen si quid apponitur, quod hujus aut illius palato non respondeat, urbane vel dissimulant vel probant etiam, ne quid contristent convivatorem. Quis enim eum convivam ferat, qui tantum hoc animo veniat ad mensam, ut carpens quae apponuntur, nec vescatur ipse, nec alios vesci sinat?

Et tamen his quoque reperias inciviliores, qui palam, qui sine fine damnent ac lacerent opus, quod nunquam legerint. Atque hoc sane faciunt quidam, qui se Christianae pietatis doctores profitentur, & religionis antistites; cum sit plus quam sycophanticum, damnare quod nescias.

Nomen haereseos quo gravius est, & invisius Christianis auribus, hoc turpius est id temere cuiquam impingere. At isti nihil magis habent in promptu, nec dubitant haeresim inclamare, priusquam circumspiciant, qua de re loquantur. Et quemadmodum uno sue grunniente grunniunt omnes, ita ad hujus aut illius clamorem omnes ejusdem factionis sodales vociferantur haeresim. Ita valde Christiani videri volunt, si in Christianum sint fortiter contumeliosi. Idque quo possint impune, principum tyrannidi favent.

Porro quod obiter admonuimus quaedam, quae videntur dissonare cum his, quae publicitus recepta sunt in Scholis, nec sine causa fecimus, nec odiose tamen. Fortassis expediret reipublicae Christianae plura convelli, quae nunc velut oracula publice docentur: cum privatim fateantur, se diversum sentire.

Addit *Edit.* IV. Ut igitur Causam omnem in pauca contraham, adversus eos, qui totum hoc institutum damnant, docui, pium esse semperque futurum, sacris Codicibus vel adimere mendas, vel aliquid lucis addere, & Spiritui Sancto gratum esse, quicquid huc pro suo quisque modulo attulerit. Si quis animo meo calumniam struit, nihil aliud possum, quam Christum testem facere, me nihil aliud spectasse, quam ipsius gloriam, & Christiani populi fructum. Si quis causatur periclitari Scripturarum autoritatem, demonstravi, hac industria eam servari, non destrui. Si quis fingit tumultum ex novitate, nos publicam lectionem autoritate privata non mutamus, imo ne id fiat, toties admonemus: si quid tumultus fuit, non istuc peperit novitas, sed quorundam intempestivi clamores apud imperitam multitudinem, qui si de vulgi fece essent, impingi poterat, quod imprudenter ansam hanc praebuissem idiotis: nunc quoniam id factum est a sapientiae columinibus, accusari non debeo, si a talibus viris tale nihil oriturum suspicatus sum. Adver-

versus eos, qui requirunt autoritatem publicam, docui nihil esse necesse in opere privatae lectioni parato. Satis est Ecclesiae judicio submissum esse quod profero. Si quis in me desiderat justam eruditionem, arbitror, me superasse, quotquot hactenus in hoc argumento versati sunt. Si curam: si quid defuit, posterioribus, ut habat proverbium, melioribus sarcimus. Si quis hoc quoque culpat, dicam, homo sum, & probatissimorum virorum sequor exemplum. Si quis me negat esse Theologum, Grammatici partes egi. Si Grammaticum aspernantur, non aspernatur Caesar tonsoris aut nomenclatoris officium. Si clamant, hoc non nisi a Theologo praestari potuisse, Theologus infimam Theologiae functionem mihi sumpsi. Si Theologus non est, quo sit alius doctior, non habebit orbis nisi unum Theologum. Quanquam suae cuique dotes suut. Si nullus adferet meliora, res ipsa loquetur, me non omnino lusisse operam. Si quis adferet, gemina mihi debebitur gratia, primum quod exstimularim exemplo, deinde quod juverim praestructa via. Si quis clamitat, haec esse leviora, quam ut operae pretium sit, Theologum huc flectere oculos, reclamant tot insignes lapsus magnorum alioqui Theologorum. Si quos pudet haec nescire, discant & abierit pudor; si pudet pigetve discere, venia dabitur pudori, dabitur & desidiae, livori non dabitur, si junioribus haec discere cupientibus obstrepent: si quem illud habet male, quod Theologos quosdam liberius attigi, ita tum mihi visa est exigere causa, quamquam hoc quoque moderatus sum posterioribus editionibus. Nullum ordinem usquam incesso, in neminem strinxi calamum, nisi virulentissime lacessitus, semper tamen civilitate superior provocatore. Neque quisquam adhuc Theologus aut Monachus in me debacchatus est, etiamsi id fecere Rabbini nonnulli palliati complures. Sed obsecro per Christum, si pergemus ad istum modum nos vicissim dentibus impetere, quid superest, nisi ut mutuis morsibus tandem conficiamur? Quanto consultius fuerit, ut si quis quid in meis scriptis desiderat, aut moneat privatim, quo medear ipse, aut publice coarguat, sed argumentis, non scurrilibus conviciis: ita nec inficietur lector amarulentiae veneno, & a me non vulgaris inibitur gratia. Seniores juniorum profectui comiter faveant, juniores contra senioribus ne insultent: ita majorum aequitas candorque, ac minorum modestia verecundiaque concordiam alet, tumultum excludet, invidiam minuet, professorum autoritatem non laedet, professionis dignitatem tuebitur, utilitatem augebit. Agite quotquot vere Theologi, imo quotquot vere Christiani esse volumus, hoc consilium amplectamur, nec poenitebit obtemperasse. Ex hisce rabiosis contentionibus quid exspectari potest, nisi talis exitus, qualia jam dudum videmus procemia? Haec opinor abunde satisfacient, qui sibi fieri satis ullo modo patietur. Caeterum qui sibi obturant aures, ne cognoscant, qui occludunt oculos, ne cernant, frustra canitur haec fabula. Proinde sit hactenus huic negotio datum satis.

Omnibus istis tamen argumentis prolatis non potuit Erasmus ita satisfacere adversariis suis, quin variis undique accusationibus petitus iterum ac saepius causam dicere cogeretur; *contra Eduardum Leum* p. 108. Quis autem, inquit, tam sit insanus, ut arbitratu suo mutet, quod est in arcanis voluminibus? Si nobis compertum esset, quid esset scriptum ab Apostolis & Evangelistis, impius profecto foret, qui vel apicem conaretur immutare: nunc quum nec Graecorum Codices nec Latini satis inter se consentiant, quum cotidie depraventur a librariis, velimus nolimus, aliquid est immutandum nonnunquam. Neque consequitur, si quis ad hanc provinciam idoneus id tentet, continuo jus fore quibuslibet, etiam coriariis, id quod Leus ratiocinatur. Si nefas est mutare, quod legit Ecclesia, cur in utroque Testamento tam multa ausus est mutare Hieronymus? cur in Commentariis suis toties adfert vel ex Hebraeorum libris vel ex Graecorum exemplaribus, quod ab hac Lectione, quam Leus Ecclesiasticam vocat, diversum est, & sic adfert, ut quod Graeci legunt, praeferat nostrae edi-

tioni? Id si cui dubium est, legat hujus enarrationem in Psalmos, in Prophetas, & in Epistolam ad Ephesios. His me tueri poteram, etiamsi quid mutassem, & sciens mutassem ex lectione recepta. Si nemo depravasset sacros libros, otiosus esset castigator, imo etiam impius esset. Si quis audebit dicere, in Codicibus, quibus nunc utitur Ecclesia, nihil esse diminutum, nihil additum; nihil depravatum, nihil male redditum, patiar rejici quantumvis eruditum castigatorem: sin res adeo manifesta est, ut negari non possit, non tollo quod legit usus Ecclesiasticus, certe liceat admonere studiosos.

Jam quod ratiocinatur, si quicquam mutetur, ingens imminere periculum, ac brevi vacillaturam autoritatem Scripturae divinae, non mihi persuadeo Leum esse tam stupidum, ut haec scribat ex animi sui sententia. Suspicor illum hanc canere cantionem, vel in odium mei, vel in gratiam quorundam, & unius praecipue, de quo vel absque cribro facile divinabis lector. Quid fiet Graecis, qui ex Evangelico codice pronunciant sacras lectiones, & ea gratia nonnunquam addunt e superioribus repetitum nomen *Jesu*, aut vice pronominis ejus ponunt nomen ipsum? Quid nobis, quum in templo solemniter addimus; *In illo tempore dixit Jesus discipulis suis*, quod aliquoties non habetur in Evangeliis eo loco? Quid fiet divo Lucae, qui precationis dominicae partem omisit? quid interpreti Latino, qui coronidem, quae habetur in Graecis libris, omisit, non approbante Leo? sed ne jocari videamur in re seria, aetate Origenis variabant Graecorum exemplaria, temporibus Ambrosii & Augustini variabant exemplaria, variant & hodie non paucis in locis, nec vacillat tamen autoritas divinae Scripturae.

Spiritus, inquit, Sanctus autor est divinae Scripturae, atque is non est autor dissensionis ac mendacii. Non est igitur a Spiritu quod variat, & quod cum illo non consentit, adversatur; proinde velut inimicum Spiritui Sancto rejiciendum. Hoc Syllogismo labefactat Leus autoritatem omnium sacrorum voluminum. Si quicquid variat rejiciendum, & variant alicubi Hebraeorum tum Graecorum tum Latinorum Sacri Codices, nihil igitur non rejiciendum. Ostendat nobis suo digito Leus, quae sit illa lectio, quam dictavit Spiritus Sanctus, & hanc unam amplexi, quicquid ab hac variat, rejiciemus. Quod si ille non potest, ex collatione linguarum & exemplariorum, ex interpretatione celebrium autorum nobiscum scrutetur, quae lectio sit maxime probabilis.

Et p. 208. Ejusdem est farinae quod sequitur: Tu dum utrumque ex altero restituis, utrumque facis incertum, atque eo incertius, quod non omnes scio subscribent tuo judicio. Si ideo utrumque incertum est, quoniam neutrum omnino vacat mendis, nullus omnino liber non erit incertus, quum nullus omnino vacet mendis. At qui fiat, ut omnes meo subscribant judicio, quum ipse clamen, nolle quenquam fidere meo judicio? Hoc autoritatis servatum est Leo, qui nusquam non videt verum, qui nusquam hallucinatur.

Sed audi virus Leicum: Ex innovatis, inquit, Codicibus, quid periculi sit, nihil dico in praesentia, sed nimis quam timeo, ne periculum ex ipso periculo discamus. Ita quidem Leus. Ego contra puto totum periculum esse metuendum e furiosis capitibus quorundam rabularum, qui turbari malunt totam Remp. Christianam, quam committere, ut ipsi non habeantur in aliquo pretio. Ex meo studio quid periculi sit, nescio; certe summi viri, doctrina absoluti, vitaeque sanctimonia praediti, ad haec dignitate praecellentes, ingenue fatentur se ex meis lucubrationibus permulta didicisse, quae prius non animadverterant. Plurimi fatentur sese ad studium divinarum literarum incitatos fuisse; atque horum quidam his dotibus praediti sunt, ut Leum vix dignum existimem, qui culinam eorum curet. Non quod Leum usque adeo contemnam, sed quod illi tantum excellant eximiis dotibus.

Sed

Sed audi virus etiam virulentius: Antiqua, inquit, Lectio, etiamsi non satis ubique Graeco respondens, nullam nobis peperit haeresim, nihil fovit schismatis, nullam haereticis ansam praebuit ad calumniam, semper exhibuit sensum Catholicum, id sedulo agentibus interpretibus, ut sensus quadraret fidei, etiamsi Graecae non respondeat Lectioni. Non opinor Leum tam stupidum, quin intelligat, doctis haec visum iri prorsus sine mente dicta, quum sint odiosissime dicta. Sed fretus quorundam stultitia, vesanoque in bonas literas odio, ausus est hujusmodi scribere. Atque in his fluit illi, si superis placet, oratio. Dicas ad maledieentiam esse factum. Sed quid hoc est, quod ait Leus? Antequam prodiret Novum Testamentum a me recognitum, nullae extiterant haereses, nulla schismata? Et unde hausit suum errorem Pelagius? Unde suam blasphemiam Julianus Augustus? Unde Bohemi? Unde Joannes Vuiclef, cumque his innumerabiles alii? Hi certe Graece nesciunt, nec aliam norunt interpretationem, quam veterem. Sed unde extiterunt Graecorum haereses? an ex lectionis varietate? nequaquam, sed ex diversa interpretatione. Atqui nihil vetat interpretationem esse diversam, quum eadem sit lectio. Nos, quod saepius iterandum est, Lectionem Ecclesiasticam non convellimus. Jam ostendat Leus unum locum, ex his quae nos annotavimus discrepare a nostra Lectione, unde nata sit haeresis, unde natum sit schisma, unde praebita sit haereticis ansa calumniandi fidem catholicam. Fingat me Leus alicubi miscere scholiis meis, quod dissonat a vero, an ideo incusanda est varia lectio, si ego labor alicubi? Hieronymus alicubi errat in his, quae sunt fidei catholicae. An hoc imputandum est ab illo variatae lectioni? Quas autem haereses, quae schismata mihi narrat Leus? An Capnionem taxat his verbis? Atqui eum alias, ni fallor, appellat parentem omnis virtutis? An Lutherum? quin in hunc igitur stringit eloquentiae suae mucronem? An lapsus sit alicubi Lutherus, nec est Lei nec est meum pronunciare: Vir is mihi videtur magnis dotibus praeditus, utinam utatur his ad Christi gloriam! Et tamen si quid errat, non hausit hoc ex varia lectione. An Fabrum notat? Illius viri tanta est apud omnes reverentia, vel ob caniciem vel ob vitae sanctimoniam, ob tot vigilias in publicam utilitatem desudatas, ut nullus adhuc illi impegerit haeresim. Superest igitur Erasmus, in quem ista jaci videantur. Verum quum toto hoc libro summis viribus Leus sit annixus, ut omnia verteret in haeresim, etiam quae sunt optime dicta, tamen nihil adhuc successit, imo dum me conatur haeretici dogmatis autorem facere, ipse qualem se declararit, non proloquar, tacitus apud se lector intelligit quid velim. An schisma putat esse Leus, quod quum tot egregii proceres Ecclesiae magnis studiis complectantur laborem meum, quem exhausi in Novo Testamento restituendo, pauci quidam rabulae commoti sint? vel quod nolint videri quicquam nescire, vel quod ob stoliditatem animi putent esse haereticum, quicquid ipsi nesciunt, vel quod ob odium erga bonas literas autoris odio damnent etiam quae recta sunt. Si quid hic est tumultus, his imputetur, qui seditiose vociferantur, apud populum indoctum, esse qui corrigat *Pater noster*, qui corrigat *Magnificat*, qui corrigat Evangelium Sancti Joannis, qui subvertat autoritatem sacrae Scripturae; qui haereses & Antichristos miscent ubique cum negotio bonarum literarum, qui haec decantant in conviviis, in plaustris, in navibus, in conciliabulis, qui haec insusurrant in secretis confessionibus, blaterantes adeo stolida, ut rideantur etiam ab idiotis & mulierculis paulo cordatioribus. Isti quod quidem in ipsis est, concitant schismata. Qui tales scribunt libellos, qualis hic est Lei, seditionum autores sunt: non ego, qui quod possum communico, judicium Ecclesiae deferens.

Denique adversus *Petrum Sutorem* p. 641. Si fuerit, inquit, auditum, in sacris libris esse aliquid vitii, semel corruit autoritas totius Scripturae divinae, Pontificum, Orthodoxorum, Conciliorum, Theologorum: breviter totius Ec-

clesiae. Haec quo vehementius exaggerat Sutor, hoc in majus periculum vocat Ecclesiam, quum negari non possit, in hac versione esse quaedam oscitanter reddita, quaedam relicta, quae Hieronymus negat esse germanae lectionis, quaedam publicitus cani legique in templis palam depravata; quemadmodum abunde declaravimus. Proinde dum ista sedulo debacchatur Sutor, pugnat adversus autoritatem Scripturae & totius Ecclesiae. Veluti si quis asseveraret regem non esse regem, cui quicquam inesset naevi in cute, quum constaret regium corpus non vacare naevo, is non tueretur regiam dignitatem, sed eam in periculum vocaret. Etiamsi naevi, de quibus nos agimus, magis sint in veste Scripturae divinae, quam in corpore. Si Sutor id praestare posset, quod affirmat, recte consuleret, quum nobis, tum Scripturae sacrae. Nunc suo stulto patrocinio gravat Scripturam arcanam, & in angustias detrudit, unde non potest eam eruere. Porro quoties nobis res est cum haereticis aut allophylis, non multum est controversiae de lectione, quae fere convenit, aut si quid discrepat, non multum facit ad victoriam, qualis dissonantia comperitur & negligitur in diplomatis Pontificum de rebus etiam arduis, caeterum de sensu tota est digladiatio. Quam ingens vero inter enarratores varietas!

Quod si ob quamvis levem varietatem vacillat tota Ecclesia, quomodo tot annis constitit, quum & Latinorum & Graecorum Ecclesia sequeretur Septuaginta translationem a primo statim Scriba vitiatam? Quomodo deinde constitit, quum hodie quoque varient Latini Codices, & ab aetate Hieronymi variasse declarent interpretes, subinde citantes diversam lectionem, nonnunquam ejusdem loci triplicem aut quadruplicem?

An ita demum constabit autoritas Scripturae divinae, si fortiter negemus in libris esse quicquam varium aut mendosum? Quid profuerit, si res ipsa mox redarguat nostram asseverationem? Quod si prodere varietatem aut depravationem est subvertere Ecclesiam, faciunt hoc omnes interpretes usque ad Hugonem Cardinalem. Fecit hoc jam pridem Laurentius Valla, nec vacillavit Ecclesia; Faciunt hoc Commentarii veterum, Cyrilli, Chrysostomi, Theophylacti, Cypriani, Augustini, Ambrosii, qui diversam sequuntur lectionem: Faciunt idem libri, qui magna cura servantur in publicis bibliothecis, ostendentes nobis triplex Psalterium, & utramque translationem e Septuaginta & ex Hebraica veritate. Haec omnia erant abolenda, ne quis posset dicere, quid mecum agis ex autoritate Scripturae, quae vacillat nec sibi constat? Denique cur patitur Ecclesia Vetus Testamentum Hebraica Graecaque lingua excudi, Novum Graeca? Haec enim non solum arguunt varietatem lectionis, verum etiam indicant in N. T. duntaxat, esse apud nos Soloecismos absurdissimos, ambigue, obscure, ac perplexe reddita, aliaque incommoda, quae in literis Apostolicis non fuerant, sed a nobis inducta sunt. Quin & M. Tullius erat abolendus, ne cui ex gustata hujus dictione tam expolita sordescat incultus sermo vulgatae translationis. Et haec est illa horrenda totius Ecclesiae calamitas, quam somniat Sutor exorituram ex nostra versione.

Si Sutor simili clamore posset efficere, ne quid esset corruptum aut submissitium, aut pseudepigraphum in veterum orthodoxorum monumentis, optarem illi Stentoream vocem, hortarer, ut quam posset clarissime vociferaretur. Nunc quum isti clamores nullam partem mali tollant, illud potius agendum, ut quamtum licet corrigantur depravata, & adhibeatur cautio, ne liceat in posterum depravare quod rectum est.

Qua in re quum a nobis hactenus sudatum sit animo sincero, magno studio, comprobantibus industriam nostram summis Pontificibus, gratulantibus eruditis, applaudentibus & adjuvantibus Episcopis, collaudantibus & Theologis, idque non absque fructu, nisi forte mentiuntur omnes, qui mihi per literas gratias agunt, quod ex meis laboribus fructum haud mediocrem ceperint, quorsum attinent

tinent illa furiosa, quae Sutor quodam in loco detonat, in Fabrumne an in me incertum; sed omnino in causa pari: O temeritatem, inquit, plus quam diabolicam! Scisne miser, cur nullus praecedentium Patrum eam castigare attentavit post Hieronymum? nempe quod omnes in communi persuasum habuere, eam esse verissimam ac certissimam, nihilque penitus vel erroris vel falsitatis complecti; Eam ob rem non sunt ausi temerarias manus adhibere, & casso imo impio labore se fatigare, quemadmodum miserrime fecisti, qui ausus es promptuario Spiritus Sancti vim inferre, & superbia luciferiana succensus, Tabernaculum altissimi, Domum Dei, Thesaurum Christianismi, Columnam Ecclesiae ac denique Fundamentum totius veritatis ac bonitatis infamare. Quo denique modo id moliri ausus es, quod nec haereticorum nec insanorum hominum ullus praesumsit? O miranda supra modum arrogantia! Audivimus Ajacis eloquentiam, quae verba, si dicerentur in Manichaeum aut Marcionem, satis habebant amarulentiae, nunc quum dicuntur in eum, qui pro sua virili sacros libros repurgat a mendis, illustrans obscura, explicans impedita, quid fingi potest insanius aut dementius? In eos haec erant detonanda, qui radunt, qui corradunt, qui depravant sacros Codices, qui perperam citant, qui perperam interpretantur sacras literas, quorum de numero Sutor est, qui quum nihil sciat, omnia pronunciat, omnia praescribit. Talibus debemus, quod habemus sacros libros adeo contaminatos.

Non subvertit templum Domini qui sarcit ac restituit, quod viciavit caries, quod arrosere mures, quod detraxit Sacrilegus. Imo in templis maxime venerandis semper est quod operentur artifices. Idem faciendum est, & semper factum est in libris sacris. An is injuriam facit limpidissimo fonti, qui repurgat aut sarcit canalem, qui tollit injecta cadavera? An is contaminat thesaurum Christianismi, qui sordes injectas conatur abstergere? Neque vero falsitas est Scripturae sed hominum; neque vitium est Scripturae sed nostrum: quod homines incurii invexere, fas est ab homine diligente tolli. Et p 634. Audi nunc bellum vaticinium; Si rescitum fuerit, esse in Vulgata translatione, quod corrigi mereatur, uno loco labefactato semel corruet universa divinae Scripturae autoritas, extinguetur caritas & fides, inundabunt haereses & schismata, committetur blaspemia in Spiritum Sanctum, qui parum diligenter adfuerit Hieronymo. -- Pontificibus, Episcopis, probatis Doctoribus, quibus contigit utriusque linguae peritia, crimen atrox impingetur, qui tot seculis passi sint in sacris libris aliquid insidere mendarum. Vacillabit autoritas Theologorum, qui dicentur hactenus non intellexisse sacras literas; Denique sic futurum est, ut e fundamentis collabatur Ecclesia Catholica.

Si divinationem recipimus, audi nunc contra vaticinium longe probabilius: Si linguae & bonae literae viguerint, in omnibus autoribus erit minus mendarum, in omnibus disciplinis erit major puritas, erunt certiora judicia, non licebit posthac cuivis ebrio sciolove depravare sacros Codices. Nihil vero decedet autoritatis orthodoxis & scholasticis doctoribus, si, qui frequenter antehac perperam citabant sacras literas ex depravatis libris, ex corruptis ac falsis commentariis, nunc citent ad rem. Nec ulla nota impingetur vetustis doctoribus, Cypriano, Hieronymo, Ambrosio, Augustino, Bedae, qui pro viribus exclusere eos, qui sacros libros vel corroderent vel amputarent, vel depravarent; Nec ulla infamia intentatur Pontificibus, Episcopis & Conciliis, qui frequenter hac de re tractarunt, sed gravioribus negotiis impediti sunt. ---- Nihil autem esse periculi Ecclesiae vel ipsa res arguit. ---- Jam plus decem, ni fallor, anni sunt, quod mea versio teritur manibus hominum, nec hinc ullum exortum est malum, nisi quod plures attentius legunt sacros libros. Tantum vociferari coeperunt ventres quidam, quibus nihil placet, nisi quod ipsi faciunt. Nec aliud profecerunt, nisi quod suam inscitiam cum insania pari conjunctam prodide-

diderunt orbi. Et si pergant, probabile est illis imminere supremum fatum. ---- Mundus resipuit, deludi fucis puerilibus diutius non potest. ---- Quanto haec divinatio probabilior est ariolatione Sutoris?

Et p. 614. Sed variant & Graeci Codices, nec carent mendis. Nihil vetat ex diversis exemplaribus Graecorum, quae tamen non usquequaque careant mendis, restituere quaedam in nostris, quando videmus & Sutores ex pannis, quos excidunt ex vestibus non omni ex parte integris, consuere centonem integrum.

Multas hujus argumentationes praetereo prudens. Quoniam autem frequenter nobis obgannit vitium, falsitatem, maculas & rugas in divinis libris, nemo sic insanit, ut Spiritui Sancto aut Prophetis aut Evangelistis tribuat falsitatem; sed fieri potest, ut interpres, ut scriba labatur alicubi, sine detrimento gravi totius Ecclesiae. Et iste perpetuo sic loquitur, quasi quisquam divinitus datam Scripturam arguat falsitatis.

Caeterum quod toties exaggerat, omnia corruere, si quis dubitet de scribis aut interpretibus, autoritatem Scripturarum, fidem, caritatem, ecclesiam, autoritatem Synodorum, Pontificum, veterum Orthodoxorum, Theologorum; simile quiddam mihi facere videtur Sutor, quale fecit is, qui lusit batrachomyomachiam, qui ob ridiculum concursum ranarum ac murum fingit omnes deos & deas cogere concilium, ac discordibus studiis inter ipsos disceptare, neque unquam finem futurum fuisse, nisi Jupiter suo fulmine praelium diremisset. Jam tot annis teritur omnium manibus mea versio, ne musca quidem ulla movisset tumultus, nisi rabulae quidam indocti juxta ac stupidi seditiose clamassent apud populum, ad quem haec res nihil attinet.

Et si revera tantum esset periculi, quantum verbis exaggerat Sutor, non in eos saeviendum erat, qui pro sua virili consulunt sinceritati divinae Scripturae, sed in librarios potius & sciolos, qui depravant libros, quibus utitur ritus Ecclesiasticus. His erat ferenda lex, ne quis describeret sacros libros, nisi ad exemplar probatum, &, quod scripsisset, religiosa diligentia conferret. Idem multo magis magis praescribendum erat typographis. Hanc decebat esse curam Episcoporum ac Principum.

Contra *Jac. Latomum.* p. 75. Quod si quis ideo nolit aliquid corrigi in divinis voluminibus, ne videatur usquam errasse Ecclesia, is mihi respondeat velim: Ecclesia habebat editionem N. T. antequam emendaret Hieronymus. Si in priore editione nihil erat erroris, cur Damasus jubet emendari? sin erat, consequitur Ecclesiam uti, quo possit esse melius, ne quid de errore loquar --- quid vetat hac etiam in parte veterum eruditioni nonnihil accedere? Nec enim quisquis hoc agit, quaelibet sequitur exemplaria, nec uni fidit Codici, sed in his habito delectu non tantum fidit collationi Codicum, sed circumspicit, quid apud Graecos ac Latinos probatissimus quisque interpres legerir, quid interpretetur, & quomodo inter se consentiant; & tamen ne sic quidem adimit cuiquam judicandi jus.

Denique concedit hoc, utilem esse laborem eorum, qui conantur sacrae Scripturae libros quam purgatissimos tradi. Recipit Hieronymi & Augustini judicium, ut ad Graecorum voluminum fidem conferantur emendandi, sed hactenus recipit, ut humanum esse dicat, quodque falli possit: quippe quod non demonstrationibus sed conjecturis innitatur. Fatemur hominum esse consilium, sed insignium hominum: fatemur rem conjecturis agi, sed in qua secus agi non possit. Atqui haec conjectura, quum tam multa concurrant, puta Graecorum Codicum consensus, veteres Interpretes, Latinorum vetusti Codices, Commentarii principum fidei nostrae, sensus ipse maxime congruens ei loco, jam plus quam probabilis redditur haec conjectura. Denique parum valeat haec regula, dummodo dent ipsi certiorem, eam cupidissime amplectemur".

Tan-

Tandem Erafmus omnium doctorum & praecipue omnium Proteftantium judicio vicit caufam fuam, ita ut ftudium hoc, quod in colligendis atque examinandis variis lectionibus N. T. Latinis vel Graecis ponimus, certatim doctis commendaretur, neque quisquam, qui exiftimationi fuae confultum cupiebat, per duo inde elapfa fecula illud aperte oppugnare auderet.

A°. 1524. *Robertus Stephanus* Biblia Latina ex veteribus exemplaribus emendata edidit, quam editionem dein faepius revocavit fub praelum: annoque 1539. auxit variantibus Lectionibus, cum notatione Codicum MSS. margini adfcriptis.

A°. 1537. *Sebaftianus Munfterus Evangelium Matthaei Hebraicum* a fe alicubi repertum edidit: illud autem ex incorrecto Latino converfum effe ex eo apparet, quod quoties eadem vox Graeca aliter in Latino redditur, etiam in Hebraico diverfa occurrunt vocabula: contra ubi diverfae voces Graecae eodem modo in Latino vertuntur, in Hebraico eadem vox recurrit; ut Matth. II. 7, 8. *diligenter didicit*; III. 2. *pœnitentiam agite.* XV. 32. *triduo.* XVII. 14. *faepe & crebro.* XVIII. 12. *eam quae erravit.* 24. *qui debebat ei.* XX. 13. *facio tibi injuriam.* XXII. 26. *usque ad feptimum.* XXIV. 24. *ut in errorem inducantur, fi fieri poteft.* XXVII. 5. *laqueo fe fufpendit.* XX. 1. *primo mane*, ad verbum, Latinum fequens Codicem, convertit.

A°. 1546. *Synodus Tridentina* decrevit, ut pofthac Sacra Scriptura, potiffimum vero haec ipfa Vetus & Vulgata editio quam emendatiffime imprimatur.

A°. 1547. *Joannes Hentenius* juffu, inftructione ac judicio Theologorum Lovanienfium ad Codices Stephani aliosque plus minus viginti MSS. Biblia edidit cum privilegio Caroli V. Imperatoris.

Iidem Theologi Lovanienfes, praecipue vero *Franciscus Lucas Brugenfis* ex collatione aliorum exemplarium MSS. multa addiderunt A°. 1574. & 1580. quorum confilium his verbis aperit Praefatio ad Cardinalem Sirletum: Sed erunt fat fcio, qui haec noftra ridebunt, atque ut frivola afpernabuntur, ii nempe, qui aut Scripturam ipfam Sacram, aut illius praecipue Vulgatam Latine Editionem, ob ftyli humilitatem atque incomptas ac nativas phrafes parvi pendunt, nec curae ipfis funt, quae occurrunt fubinde Codicum varietatulae. At eorum ego nihil movebor fententiis, qui & Scripturam ipfam Sacram, & Vulgatam illius Latinam Verfionem, antiquiffimam illam & SS. Tridentinae Synodi declaratione prae ceteris univerfis authenticam, eo profequor honore, ut longe faciam pluris, unum hic etiam minimum fuae integritati locum reftituiffe, quam Ciceronis, Salluftii, Virgilii, Horatii, aut cujuscunque alterius hujus ordinis, quinquaginta. Et fi qui laudi fibi ducunt, horum Editiones a mendis vindicaffe; longe ego majori dignum laude cenfeo, qui hic id operae collocarit. Non ita vero id operae hic defidero, quafi Scriptura facra erroribus obnoxia fit, quae a prima Veritate profecta veritatis regula eft, fed quod in Codices five apographa, Graeca maxime & Latina, per frequentem exemplarium in exemplaria transfufionem, nunc librariorum nunc lectorum ofcitantia, incuria, infcitia, temeritate, labeculae, errata, depravationesque fubinde irrepferint, quae aliorum Codicum five apographorum collatione mutari, corrigi, auferri, debeant. Id cum in ipfo Scripturae fonte acciderit (perfpicuum eft in N. Teftamento Graeco: nam de veteri Hebraeo nihil dicere volumus) longe magis in translatione accidiffe potuit.

Quare quod nobis objectant alii, cum vetus editio Latina a Tridentino Concilio probata, atque authentica pronunciata fit, nulla amplius opus effe caftigatione, ridiculum prorfus eft. Neque enim Concilium editionis hujus exemplaria erratorum expertia effe judicavit, neque etiam certum aliquod editionis exemplar fequendum omnibus propofuit: fed editionem ipfam caeteris, quaecunque ex-

extant, Latinis Editionibus praetulit, & authenticam definivit. Hanc qui voluerit ex Hebraeo aut Graeco mutare, aut suo pro judicio corrigere, correctamque pro ipsa Veteri Editione emaculata proponere, is Synodi sententiae procul dubio adversatur: Non enim veterem servat, sed suam obtrudit editionem. Caeterum qui ex variis ipsius veteris editionis exemplaribus illi emendandae & primaevae lectioni germanaeque interpretis scripturae restituendae operam navat, tantum abest, ut menti Synodi adversetur, ut ipsa ad hoc Synodo hortante ex mente Synodi faciat. Statuit enim ut haec ipsa Vetus & Vulgata editio quam emendatissime imprimatur; emendate autem imprimi haud posse videtur, nisi, collatis variis illius exemplaribus, menda deprehensa eliminentur, sincera lectio admittatur. Qua in re ut Synodi desiderio satisfaceret Theologica Facultas, & D. Hentenio, & post nobis hoc operis demandavit &c. Criticorum S. To. 7. p. 917.

A°. 1555. *Tacitus Nicolaus Zegerus* ediderat Coloniae Epanorthoten sive Castigationes in N. T.; in prologo ad Julium III. conqueritur: Tanta est passim in N. T. Codicum varietas ---- ut nonnisi perplexae fuerit difficultatis comprobare ac demonstrare, quae in ipsis haberi ac censeri debeant pro germanis, intemeratis, ac Apostolicis: Graeca exemplaria dissident a Latinis, Graeca pariter ac Latina moderna a veteribus, vetera a veteribus &c. In peroratione libri vero: Deprehendimus, inquit, eos ipsos Codices; quos nonnulli castigatores pro admodum antiquis habuere, vix ante annos CCC. vel CCCC. & plures etiam eorum longo intervallo citra descriptos fuisse. ---- At vero quae nos passim citamus nominatim exemplaria, tam sunt vetusta, ut nonnulla descripta credantur ante annos DCCC. aut DCCCC. ne quid plus dicamus.

A°. 1556. *Theodorus Beza* edito N. T. de Versione Vulgata ita in praefatione judicat: ---- eam ego maxima ex parte amplector, & caeteris omnibus antepono ---- p. p. in Erasmum invehitur: Deinde, inquit quam immerito multis locis veterem interpretem reprehendit, tanquam a Graecis dissentientem! Dissentiebat, fateor, ab iis exemplaribus, quae ille nactus erat. Sed non uno loco comperimus aliorum Codicum, & quidem vetustissimorum, autoritate eam interpretationem niti, quam ille reprehendit: Quin etiam aliquot locis animadvertimus, veteris interpretis lectionem, quamvis cum nostris Graecis exemplaribus non conveniat interdum, tamen multo melius quadrare, nempe quod emendatius aliquod exemplar sequutus esse videatur. Hoc denique votum subjungit: „Si is esset omnium ac praesertim Regum ac Principum animus qui esse debebat, nihil haberent antiquius, quam ut primo quoque tempore doctissimos quosque homines undique cogerent, ex quorum consensione & autoritate utriusque Testamenti interpretatio semel ederetur, cujus quoad ejus fieri posset sacra & inviolata esset autoritas. Neque enim ab uno aliquo, quantumvis pio ac docto, tantum opus rite absolvi posse videtur".

Quod salubre consilium Bezae, nemini praeterquam ei, quem minime autor ex principibus Orbis Christiani secum facturum aliquando exspectasset, *Pontifici* nimirum *Romano* sese probavit, sicut ex praefatione a Cardinale Bellarmino Bibliis praefixa cognoscere licet: Quamvis, inquit, insignium Academiarum Theologi in editione Vulgata pristino suo nitori restituenda magna cum laude laboraverint; quia tamen in tanta re nulla potest esse nimia diligentia; & Codices MSS. complures & vetustiores summi Pontificis jussu conquisiti, atque in urbem advecti erant ---- ideo Pius IV. P. M. ---- lectissimis aliquot S. R. E. Cardinalibus, aliisque tum Sacrarum Literarum tum variarum linguarum peritissimis viris eam provinciam demandavit, ut vulgatam Editionem Latinam adhibitis antiquissimis Codicibus MSS., inspectis quoque Hebraicis Graecisque Bibliorum fontibus, consultis denique Veterum Patrum Commentariis accuratissime castigarent. Quod itidem institutum Pius V. prosecutus est. Verum con-

ven-

ventum illum, ---- jamdudum intermissum Sixtus V. ardentissimo studio revocavit, & opus tandem confectum (A°. 1590.) typis mandari jussit. Quod cum jam esset excusum, &, ut in lucem emitteretur, idem Pontifex operam daret, animadvertens non pauca in S. Biblia praeli vitio irrepsisse, quae iterata diligentia indigere viderentur, totum opus sub incudem revocandum censuit atque decrevit. Id vero cum morte praeventus praestare non potuisset, Gregorius XIV. ---- perficere aggressus est. Sed eo quoque de hac luce subtracto, tandem sub initium Pontificatus Clementis VIII. opus in quod Sixtus V. intenderat, perfectum est (A°. 1592.)

Accipe igitur, Christiane Lector --- veterem ac Vulgatam S. Scripturae Editionem, quanta fieri potuit diligentia castigatam: quam quidem sicut omnibus numeris absolutam pro humana imbecillitate affirmare difficile est, ita caeteris omnibus, quae ad hanc usque diem prodierunt, emendatiorem purioremque esse minime dubitandum. ---- p. p. sicut nonnulla consulto mutata, ita etiam alia, quae mutanda videbantur, consulto immutata relicta sunt, tum quod ita faciendum esse ad offensionem populorum vitandam S. Hieronymus non semel admonuit &c. Idem Bellarminus repetit Epistola ad Lucam Brugensem A°. 1603: Scias velim, Vulgata non esse a nobis accuratissime castigata, multa enim de industria pertransivimus, quae correctione indigere videbantur. Quod etiam Card. Baronius confirmat: Fateor, inquit, nonnulla adhuc superesse, quae in melius mutari possent.

Sixtus V. methodum in sua Editione adhibitam ita planius explicat: In quacunque Lectione plures vetustiores atque emendatiores libri consentire reperti sunt, ea jure optimo quasi primigenii Textus verba aut his maxime finitima retinenda decrevimus. Id vero ad germanam editionem constabiliendam praesidium ubi desideratum est, tunc SS. Patrum veterumque expositorum enarrationes, quibus diversa Scripturarum loca & libros illustrarunt, subsidio fuere: in quibus quicquid e re nostra observatum fuit, id in hujus operis partem adscitum est. In iis tandem, quae neque Codicum neque doctorum magna consensione satis munita videbantur, ad --- Graecorum exemplaria duximus confugiendum, --- ut quod apud nos, variantibus Codicibus, inconstans diversum ac multiplex erat, id uniforme consonum uniusque modi ipsorum fontium veritate perspecta sanciretur".

Nescio sane, utrum diligentiam potissimum, an modestiam eorum, qui Romanae Editioni praefuerunt, admirer. Illud vero cujusmodi sit adsequi nequeo, cur Itali, qui lectionem Librorum Sacrorum alias negligunt, & plebi Christianae invident, nullis sumtibus laboribusque pepercerint, ut Editionem istorum librorum haberent quam emendatissimam: cum interim Germani atque caeteri Protestantes, qui verbum Dei sub omnium oculis manibusque esse volunt, unum illum mendosum Codicem, qui forte fortuna primo Editori in manus venerat, quasi de coelo delapsum reliquis universis praeferant, & in hoc quasi coeco assensu perseverent, ut qui duobus seculis elapsis totque undique oblatis adjumentis, nihil omnino curarunt, ut Sacer Textus emendatior prodiret? Unde quaeso isthaec partium permutatio, ut Pontificii scilicet partes Protestantium, & hi vicissim partes illorum sustineant?

Non tamen eidem Editioni Romanae utique plus tribuendum, quam ipsa sibi tribui postulat, aut de castigatiore Editione desperandum est. Extant enim hinc inde Codices Latini, Graecis & aetate vetustiores & numero plures, quorum variae Lectiones partim ab Erasmo, Stephano, & Luca Brugensi publicatae sunt, partim vero adhuc in Bibliotheca Regia, Argentinensi, Tigurina, Basiliensi, Genevensi &c. latent: ex quorum omnium collatione multa adhuc erui atque emendari possent. Praeter istos in Anglia reperiuntur Codices Evangeliorum, omnium vetustissimi, praecipue Londini in Bibliotheca Cottoniana, & Cantabrigiae in Collegio Benedicti; ex quibus utinam Editio Versionis

Hieronymi emendatissima, quam ante hos annos triginta una cum Novo Testamento Graeco ad praelum paraverat, & fratris filio edendam moriens reliquerat Vir sagacissimus *Richardus Bentlejus*, tandem aliquando in lucem prodiret!

Post haec omnia prodierunt *Romae* A°. 1740. in folio *Vindiciae Canonicarum scripturarum Vulgatae Latinae editionis, seu vetera sacrorum Bibliorum fragmenta juxta Latinam antiquam Italam, duplicemque S. Hieronymi translationem, Opera & studio JOSEPHI BLANCHINI Veronensis, presbyteri Congregationis Oratorii Romani, Tomus primus*, qui nonnisi Prolegomena, dissertationes, & quorundum Codicum Characteres exhibet, & solus hactenus ad notitiam nostram pervenit. Editor promittit *sex* alios Tomos, quorum *quartus*, qui proprie huc pertinet, *complectetur plures utriusque Fœderis libros secundum Italam Versionem*: quos si haberemus, certius judicare possemus, quid Hieronymus emendaverit, & quid inemendatum reliquerit. Ut autem intelligeremus, quibus subsidiis instructus Editor ad opus accesserit, describit primo Codices Versionis Italicae, Evangeliorum quinque, *Vercellensem* scriptum manu S. *Eusebii* Episcopi Seculo IV., *Perusinum* Seculo VI. adscriptum, *Brixianum* Sec. VIII. *Vindobonensem* Sec. VI. *Veronensem* Sec. V. quibus jungit unum *Epistolarum Pauli* Seculi VII. ex Bibliotheca *Vaticana*: qui praecipue notandus est, quod cum codices Evangeliorum, etiam veteres, sint satis obvii, reliquorum N. T. librorum exemplaria multo rarius reperiantur. Ex brevibus a *Blanchino* productis speciminibus constat, autores Versionis Italicae & librarios tum ordinem verborum Graecorum non servasse, tum hinc inde quaedam omisisse vel addidisse, quae sine dispendio sensus vel abesse vel non abesse posse putabant, interdum pro voce obscura clariorem, ut *farinam* pro *tribus satis* substituisse, interdum etiam in vicinis vocibus aberrasse, ut quando pro *finibus* habent *regiones* Matth. II. 16. confundendo ὅρια & χώρας. vid. supra p. 83.

Secundo describit duos Codices Bibliorum, Caroli Magni jussu ab *Alcuino* emendatorum, quorum alter in Bibliotheca Vallicellana, alter in Bibliotheca S. Pauli extra Urbem servatur. Quod autem existimat, priorem Codicem esse ipsum Alcuini αὐτόγραφον, vereor ut multis probetur. Quis enim facile credat Alcuinum scripsisse Prologum Epistolarum *Canoniorum*; item ad *Corintheos*, ad *Galathas*, ad *Philipenses*, *Epistolae* ad *Colosenses* ad *Tesalonicenses*, *Thesalonicenses* & *Thessalonicenses*, neglectis omnibus Orthographiae regulis? aut Alcuino *prologum Epistolis Catholicis nomine Hieronymi praefixum*, fuisse cognitum, cum in libris de Trinitate loci 1. Jo. V. 7. nullam fecerit mentionem? Quin vehementer suspicor, autorem illius Prologi fuisse *Pacificum* Archidiaconum Veronensem, qui vixit sub *Lothario* imperatore, ex cujus Bibliotheca Ill. Marchio *Maffei complexiones Cassiodori* (sed, ut puto, a Pacifico hinc inde interpolatas) edidit Florentiae A°. 1721. Confirmatur, ni fallor, haec conjectura tum ex ratione temporum tum ex Epitaphio Pacifici anno 846. mortui:

Archidiaconus quiescit hic vero *Pacificus*,
Sapientia praeclarus, & forma praefulgida.
Nullus talis est inventus nostris in temporibus,
Quod nec ullum advenire unquam talem credimus.
Ecclesiarum fundator, renovator optimus ----
Nullus unquam sic peritus in tantis operibus.
Bis centenos terque senos Codicesque fecerat ----
En invenit argumentum, & *primum fundaverat*
Glossam Veteris & Novi Testamenti: &c.

Denique affert variantes Lectiones ex Codice *Toletano* Bibliorum, literis Gothicis scripto Seculo X. Ex eodem Autore p. xxx. etiam didici, Codicem *Vaticanum*, supra, p. 23. descriptum, habere Accentus a prima manu appositos, contra quam putaveram initio paginae 42.

De

DE VERSIONE SYRIACA.

Novum Testamentum *Syriacum* ex Editione *Caroli Schaaf* Lugduni Batavorum A°. 1708. Haec Versio, si certos homines audias, omnium est antiquissima, ab Apostolo aut Apostolico viro concinnata; haec mentem scriptorum, qui Syriacam h. e. patriae suae linguam loquebantur & in mente habebant, felicius exprimit, quam ipse Textus Graecus &c. Quod quam a vero abeat judicium, ex his, quae subjiciam, patebit. Nam observandum est, 1. Historiam adulterae Jo. VIII. & Apocalypsin, item posteriorem Petri, secundam & tertiam Joannis, & Judae Epistolam, a Syris publice non legi, & in MSS. plurimis & primis Editionibus non comparere, sed a novo quodam interprete satis imperite ex Graeco conversa adjecta esse: v. gr. Judae 6. δεσμοῖς ἀϊδίοις, *vinculis ignotis*, Apoc. VIII. 13. ἐν μεσουρανήματι *in media cauda in sanguine*. 2. Ipsum veterem Interpretem non, ut Coptus & Latinus fecerunt κατὰ πόδα, Textum Graecum sequi, sed magna licentia usum alia pro aliis substituere, & frequentius paraphrasten agere. Vid Matth. XVII. 14. XX. 16. Luc. II. 1. XXI. 11. Col. IV. 16. 2. Tim. IV. 13. Heb. VI. 4. VII. 3. Act. I. 12. XVII. 19. 36. 3. Loca ex V. T. citata, non prout in Graeco Textu extant juxta Graecam τῶν O. Versionem, sed juxta Hebraicum Textum in Syro legi, qui etiam non *Beelzebul* sed *Beelzebub* scribit: quae ἀκρίβεια a temporum Apostolicorum ratione remota est, alicubi etiam vim argumenti Apostolici enervat. 4. Matth. XXVII. 9. nomen *Jeremiae* studio omisisse, quia judicabat alienum esse. 5. Cum nesciret quid esset δευτερόπρωτον Luc. VI. 1. & προβατικὴ Jo. V. 2. omnino omisisse, & Act. XIX. 38. ἀγοραῖοι. 6. *Ptolemaida* vocare *Acco*, quod nomen ista urbs sub imperio demum Saracenorum h. e. post septimum seculum recuperasse videtur. 7. Jo. V. 27. *Quod ipse sit filius hominis*, jungit cum sequentibus, *ne miremini hoc*: non cum praecedentibus; quae distinctio videtur sapere argutias aevi posterioris. 8. Fabricium in Bibl. Gr. lib. V. c. 2. p. 321. testari, editam Syriacam Versionem N. T. distare ab illa, qua S. Ephrem usus est. 9. MSS. Codices Evangeliorum Syriacos habere Canones Eusebii, ejusque Epistolam ad Carpianum. 10. Eos qui typis curaverunt edi hanc Conversionem, magnam sibi sumsisse licentiam, non tantum ut ea omnia incautum lectorem celarent, quae nos hactenus proposuimus, sed ut de suo quoque quaedam subinde insererent; exemplo sit locus celebris 1. Jo. V. 7. de quo *Tremellius*, cum Syram Versionem Latine ederet, in margine ita scribit: „Totum septimum versiculum Syrum Testamentum omittit, sicut etiam multi Codices Graeci, qui ita restitui posset . . . . sed quia non modo in impresso sed etiam in MS. Codice Heidelbergensi omittebatur, nec in omnibus vetustis Graecis Codicibus legebatur, textui inserere non sum ausus". *Schaafius* vero in Var. Lect. ad illum locum haec habet: „Versum septimum octo Editiones non habent, Tremellius eum ita de suo in margine posuit; Gutbierius & ego ex Tremellii notis eum descripsimus, & Textui inseruimus". Quid tandem fiet de Textu Sacro, si Editoribus licet, ea quae alius *de suo* in margine posuit, quia Textui inserere religio ipsi fuit, postea nulla nota distinctionis apposita, reclamantibus omnibus Codicibus MSS. atque editis, Textui intrudere? 11. Neque hoc silentio praetereundum, *Millium* in enotandis Versionis Syriacae V. L. sexcentis locis, cum quod ignarus linguae Syriacae esset, ac verba tantum interpretis inspiceret, quod fatetur ipse prol. 1472., tum quod imprudens Editoris in punctis vocalibus aut literis mendose exprimendis fidem secutus sit, aberrasse.

Versio etiam Syriaca in *Arabicum* sermonem translata est, cum Saraceni Syriam occupassent, & linguae Syriacae usus sensim periret. Epistolas ad Corinthios & Acta Apostolorum ex isto Arabico Latine vertit, atque ex Bibliotheca

Palatina edidit Franciscus Junius A°. 1578. in Octavo, qua Editione Beza frequenter usus est.

Eadem Syriaca Versio in *Persicum* sermonem translata est, teste Renodotio. *Armeni* etiam suam Versionem contulerunt cum Syriaca, & huic singulis in locis congruentem fecerunt, teste Gregorio quodam Scholiaste Syro.

Translationem Syriacam in Latinum sermonem primus convertit *Emanuel Tremellius* A°. 1568. adjutus Editione Widmanstadii & MS. Palatino; qua vero ratione in isto negotio versatus fuerit, ipsius praefatio docet; ubi „Clarissimorum aliquot, inquit, mihique amicissimorum hominum crebris cohor„tationibus, meaque erga Ecclesiam Dei voluntate, rem ipsam Deo approbante, „ante triennium tandem aggressus sum, & hoc modo, qua potui fide & dili„gentia, administravi. Prima nobis cura fuit Lectionis; quam si diversam in„venimus, id diligenter notavimus, & quod pro nostra mediocritate optimum „judicavimus, id potissimum secuti fuimus". Quod in Syriaca Versione praestitit Tremellius, idem sine dubio praestitisset, si N. T. Graeci Editionem in se suscepisset.

Anno 1599. *Alexias Menesius* Lusitanus, Archiepiscopus Goae apud Indos, in Synodo Diamperensi sanxit, ut Christiani in Taprobane & Malabaria codices Versionis suae Syriacae ad Vulgatam Latinam corrigerent; idque tam inepte, ut etiam manifestas librariorum Latinorum aberrationes pro genuino Textu illis obtruderet, & Luc. VI. 35. legi juberet, *nihil inde sperantes* pro *nihil desperantes*, contra lectionem veterum Codicum Latinorum, quos vidi, Cantabrigiensis Bezae, Collegii Ludovici Magni, & duorum Basiliensium, B. I. 1. & B. II. 2. notatorum, quibus consentit Codex Toletanus Blanchini, & contra textus Graeci constantem lectionem, ejusque interpretationem unice veram.

De Versione Coptica.

NOvum Testamentum *Copticum* primus edidit Oxonii A°. 1716. *D. Wilkins*; quam Versionem si quis laudibus extollat, me non habebit repugnantem: quo minus tamen cum Editore temporibus Origenis atque Eusebii antiquiorem statuam, sequentia obsunt.

1. Quod haec Conversio in omnibus exemplaribus Evangeliorum habet distinctionem Titulorum & Capitum Eusebii, numerosque illorum margini appositos; in Epistolis vero numerum versuum i. e. linearum sive στίχων numerat: quae numerandi ratio vix ante quintum a Christo nato seculum obtinuit. 2. Quod Matth. VIII. Marc. V. & Lucae VIII. legit in Textu ex conjectura Origenis, *Gergesenorum*. Neque ab omnibus vitiis immunis est; nam Matth. I. legit Ἰωβὴδ & ἀσάφ pro ὠβὴδ & ἀσὰ, quia Monachis Ægypti, Psalmos decantare assuetis, *Asaph* Psalmista notior erat Rege *Asa*. Jo. V. 2. pro *Bethesda* legit *Bethsaida*. Varias Lectiones jam collegerat *Th. Marechallus* Evangeliis Gothicis ex parte adspersas: postea *Ludovicus Pickius* cum Millio communicavit, tandem etiam Cl. Wilkins in praefatione exposuit. Sequitur haec Versio Lectiones *Origenis*, *Eusebii*, *Cyrilli*, & *Codicum Alexandrinorum*. Interdum etiam alias V. L. cum J. A. Bengelio communicavit *M. V. la Croze*, quam quas repraesentat *D. Wilkins*.

Versio Arabica Novi Testamenti, ad Copticum Textum in usum privatum Ægyptiorum adornata, eodem circiter tempore & ob easdem rationes, quas, cum de conversione Syriaca ageremus, exposuimus, partim a *Thoma Erpenio* A°. 1616. edita est, partim adhuc MS. latet.

Ex Coptica, teste Renodotio, prodiit etiam Versio *Æthiopica*.

De

De Versione Armena.

Versionem *Armenam* primus typis edidit Amstelodami A°. 1666. *Uscanus* Episcopus Armenus, qui illam ad Mesropum, Davidem, & Mosen Coronensem autores, seculo V. sub Theodosio juniore viventes, refert. Illam summis laudibus praedicarunt *L. Pikius* D. Sorbonicus, & *M. V. de la Croze*, quorum ille V. L. quasdam cum J. Millio, hic vero mecum & cum J. A. Bengelio communicavit. Ista versio sequitur emendationes & Lectiones Origenis; consentit etiam cum Versione Syriaca & Coptica, forte etiam cum Latina, ex quo Ecclesia Armena cum Latina concordiam iniit, quod contigit seculo XIII. Vid. in 1. Jo. V. 7. Habet Canones *Eusebii*, & inter Marci XVI. comma 8. & 9. notam distinctionis ponit, ut significet, ea quae sequuntur, a Marco non fuisse scripta, sed ab alio addita judicari.

De Versione Æthiopica.

Versio *Æthiopica* edita primum fuit Romae A°. 1548. & 1549. deinde recusa in Polyglottis Londinensibus. De ea in praefatione haec habent primi Editores: „ ô Patres mei & fratres, nolite sinistre interpretari menda „ istius editionis; qui enim impresserunt, nescierunt legere: nos autem nescimus „ imprimere. Itaque juvarunt nos, & nos juvimus illos, sicut cœcus cœcum „ juvat. Proptera ignoscite nobis & illis ". Et in fine Actorum: „ Ista *Acta* „ *Apostolorum* maxima sui parte versa sunt Romae e lingua Romana (i. e. La- „ tina) & Graeca in Æthiopicam propter defectum archetypi; id quod addi- „ dimus vel omisimus, condonate nobis, vos autem emendate illud ". De Actis vide XIV. 2. XV. 20. XIX. 24. XX. 28. XXVII. 17. idem vero etiam in aliis libris eos fecisse suspicio est, vid. 1. Jo. IV. 3., quam confirmat *J. Ludolfus* Praef. in Lex. Æthiop. „ Æthiops meus, inquit, in multis eos differre „ ajebat ab exemplaribus MSS. patriae suae". Aliquando legit haec Versio, ut *Coptica*; nec mirum, quia Æthiopes Patriarchae Alexandrino subjacebant, vid. 1. Cor. VIII. 7. 2. Cor. II. 16. Eph. III. 14. V. 9, Aliquando duplicem habet Versionem 1. Jo. I. 7. Jo. XII. 28. Apoc. V. 4. XVIII. 2. Mirum ergo est, J. Millium, postquam *hanc versionem esse turbidam & confusam, & sensu nonnunquam toto coelo aberrantem agnovit*, a se tamen impetrare potuisse, ut plurimas, quae in hac sola versione reperiuntur lectiones, invitis omnibus Codicibus Graecis, versionibus aliis & Patribus, in genuinis numeraret prol. 1213---1218. quas tamen, cum *prae ignorantia* linguae haud aliter liceret, nonnisi *ex Latinis obversis* collegerat prol. 1472.

De Versione Arabica.

De *Versione Arabica*, quae in Polyglottis reperitur, illud unum monemus, eam non esse antiquam; nam non solum *Acco* ponit pro Ptolemaide Act. XXI. 7. & ad XXVI. 13. notat esse Lectionem in festo Constantini & Helenae matris, quod seculo demum X. institutum est; verum etiam in Apoc. I. 2. 5. ex Scholiis *Andreae* & *Arethae*, seculi VI. & X. scriptorum, tum duplicem lectionem tum paraphrasin affert, denique *Beroeam* vocet *Aleppum* & *Aleppum Occidentalem* Act. XVIII. 2. 13. XX. 4., quo nomine à Cedreno, Zonara, aliisque seculi XI. & XII. scriptoribus eam urbem appellari notavit V. Cl. *P. Wesselingius* ad *Antonini Itinerarium* p. 193.

De Versione Syriaca Posteriore.

POstquam A°. 1738. ex Rev. *Kippax*, Ecclesiae Anglicanae Presbytero, intellexi, in Anglia reperiri Codicem MS. Novi Testamenti Syriaci, incipiente seculo sexto accuratius pressiusque conversi, & seculo septimo cum Codicibus Graecis collati; erectus fui in spem, uno intuitu videndi tres aut quatuor Codices Graecos, mille annorum aetatem superantes, atque genuinam Lectionem asserturos. Cum vero epistolis ultro citroque missis non satis intelligerem rationem asteriscorum, obelorum, atque lemniscorum, quibus iste Codex distinctus esse dicebatur, tandem, ut rem cognoscerem, A°. 1746. in Angliam trajiciendi consilium cepi. Quid invenerim, paucis exponam. Possessor Codicis est Vir Reverendus *Glocester Ridley* LL. B. qui eum ab amico in Mesopotamia vel in regione Mosulorum trans Tigrim acquisitum, & anno 1730. Amida missum in Angliam (quo tamen non nisi biennio post delatus est) ad dies quindecim, quos mihi dari petieram, humanissime mecum communicavit. Codex scriptus est in papyro, sed spissiori, cujus singula folia ex aliis conglutinatis videntur compacta, charactere duplici, utroque ab editione C. Schaaf diverso, ita quidem ut librarius inconstans in una eademque pagina modo hoc modo illo charactere alternis uteretur, quod molestiam legendi non parum auxit, cum praesertim characteri *estrangelo* dicto i. e. στρογγύλῳ (quem in N. T. Syriaci Lectionibus annotandis exhibet *Widmanstadius*, in Prodromo Coptico *A. Kircherus*, & in orbis eruditi literatura *E. Bernardus*) non essem assuetus.

Continet hic Codex totum N. T., si *Apocalypsin* & posteriorem Epistolae ad Hebraeos partem a Cap. XI. 27. excipias. Habet autem non solum Canones *Eusebii*, sed etiam Praefationem *Cosmae* Indicopleustae in Evangelium Joannis, una cum Prologis, Divisionibus & subnotationibus *Euthalii*. Habet porro Collationem Versionis Syriacae prioris cum posteriore, quam in ipso Contextu exprimit praeponendo obelum verbis, quae in priori abundant, & asteriscum iis, quae priori desunt: ubi tamen aliquoties in ponendis istis signis a librario aberratum fuisse videtur. Denique in margine exhibet, praeter nomina vel propria vel non vulgaria, Graecis literis charactere unciali secundae classis exarata, variantes lectiones Codicum Graecorum, lemnisco praenotatas, quarum non paucae in ipsum Textum adposito asterisco irrepserunt. Dici autem non potest, quam vehementer perculsus atque ex magna spe deturbatus fuerim, cum viderem, plerasque omnes istas variantes Lectiones ex versione Itala, hoc est, ut puto, ex ipsis, quos supra descripsi, Codicibus A. C. D. & L. esse petitas.

De Autore sive tempore tum Conversionis istius, tum notarum, quibus obeli, asterisci & lemnisci praefixi sunt, haec habentur, in fine Evangeliorum Syriace scripta partim minio partim atramento: „ Est autem liber hic „ quatuor Evangelistarum Sanctorum, qui conversus fuit ex Lingua Graeca in Syram [& literis Hebraicis] *Aramaeam* cum accuratione multa & ge„ statione oneris magni; primum quidem in Mabug urbe, A°. 819. Alexan„ dri Macedonis in diebus sancti Domini *Philoxeni*, Confessoris, ejus ur„ bis Episcopi: Collatus autem fuit postea multa cum diligentia a me *Tho„ ma* paupere cum *duobus* exemplaribus Graecis valde probatis & accuratis „ in Antonia Alexandriae urbis magnae, in monasterio Antoniano; iterumque „ scriptus & collatus est in loco dicto, Anno 927. ejusdem Alexandri, Indicti„ one quarta. Quantam autem molestiam & sollicitudinem in eo componen„ do habuerim, Dominus solus novit, qui retribuet unicuique secundum opera „ sua in judicio suo justo & recto. . . . . Amen". Post Acta vero & Epistolas Catholicas: „ scriptus est autem liber ex accuratis exemplaribus, quae

„ con-

„ conversa sunt tempore piae memoriae Sancti *Philoxeni* Confessoris Episcopi „ in Mabug: collatus autem est multa cum sollicitudine a me *Thoma* paupere „ cum *exemplari* Graeco accurato & probo Antonii in Alexandria urbe magna, „ in monasterio Sancto Antoniano; sicut necesse est in quolibet libro componendo". Prologo denique Euthalii, Epistolis Paulinis praefixo, additur: „ A°. „ 927. Alexandri Macedonis scripsi ego ex Graeco in Syro sermone". In margine vero Epistolarum Paulinarum *duorum* codicum Graecorum facit mentionem.

Idem Rev. *Ridley* possidet alium Codicem N. T. membranaceum, qui continet tum Evangelia, demto Marco & Lucae initio ad IX. 8., Versionis posterioris, & Acta, cum tribus Catholicis & quatuordecim Pauli epistolis desinentibus in Heb. XII. 7. Versionis prioris. Post Evangelia de Matthaeo loquens notat „cum reliquis trium Evangelistarum locis & cura fideli atque accurata „ Thomae Heracliensis ex quatuor exemplaribus probatis curatum, etiam per „ manus *Barsalibae* confirmatum & perfectum fuisse. Laus Deo qui dedit vires „ servis suis & sapientiam". Item: „ Iterum scriptae sunt Lectiones collectae „ ex IV. Evangeliis totius Hebdomadis sanctae Passionis juxta editionem Tho- „ mae Heracliensis". Similia reperiit in aliis versionis Syriacae posterioris Codicibus MSS. *Joseph Simonius Assemanus* Bibliothecae Orientalis T. 2. eo discrimine, quod Evangelia non ut in nostro & Parisiensi codice cum *duobus*, sed cum *tribus* Codicibus Graecis collata fuisse dicunt; idque rectius, cum etiam in nostro, quo usi sumus, exemplari ad Matth. XXVIII. 5. tres Graeci Codices diserte citentur.

Haec ergo Versio posterior edita est A°. 506. jussu *Philoxeni* sive Xenajae episcopi Hierapoleos, & autore *Polycarpo* Philoxeni Chorepiscopo, cujus nomen ex *Mose Aghelaeo*, Scriptore seculi Sexti, diligentia Assemani eruit d. l. p. 82. At de Autore Variantium Lectionum & signorum appositorum disputatur, utrum duo fuerint, an unus. Syri quidem scriptores, apud Assemanum, nostrum Thomam pauperem & Thomam Germaniciae episcopum manifesto confundunt, quod ratio temporum non patitur, cum noster vixerit A°. 615: hic vero Philoxeni Hierapoleos & Severi Antiocheni aequalis initio seculi Sexti claruerit. Unde alii conjiciunt, Versionem hanc Syriacam bis cum Codicibus Graecis fuisse collatam, semel a Thoma Germaniciae Episcopo, paulo postquam fuisset edita, & iterum centum annis postea a Thoma Heracliensi. Mihi secus videtur; cum enim, ut e Polyglottis constat, Thomas Heracliensis etiam Historiam Susannae ex Graeco Syriace converterit, cumque eodem anno Alexandri 927. i. e. Christi 615. quo N. T. iterum collatum est, etiam libri Josuae, Judicum, Regum, Paralipomenorum, Esrae, Estheris, Judithae, Tobiae, & Deuteronomii, Alexandriae cum obelis, asteriscis, & lemniscis Syriace fuerint descripti, quod testatur *A. Masius* Epist. Dedicat. & praefat. in Josuam p. 123., vero similius est, ab uno Thoma Heracliensi omnia fuisse profecta. Quo admisso, ratio reddi potest, cur ipsa Versio eidem Thomae tribuatur, nimirum quia non solum ex Codicibus Graecis hinc inde voces & versus integros addidit; sed etiam in V. T. Historiam Susannae ipse primus convertit. Miror autem, tantum cuiquam otii fuisse, ut Alexandriae eodem anno, quo ab exercitu Cosrois Persarum Regis urbs capta est, V. & N. T. partim convertere, partim cum Codicibus Graecis Syriacisque operoso & molesto labore collatum recensere potuerit. Nisi si quis maluerit, Collationem quidem cum priori versione Syriaca & cum Codicibus Graecis tribuere *Thomae Heracliensi*; Graeca vero margini adscripta *Jacobo Episcopo Edesseno*, qui obiit anno 708., argumento ducto ex *Assemani* B. O. T. II. p. 499. ubi inter alios Codices Vaticanos notatur „ Jacobi Edesseni recensio & punctatio vocum N. T. juxta Versionem Thomae Heracle- „ ensis — ubi in margine Graecis cubitalibus vocibus appositis difficiliora vocabu- „ la Syriaca elucidantur".

De Versione Gothica.

Versionem Gothicam *Franciscus Junius* F. edidit Amstelaedami 1684. depromtam ex Codice literis argenteis in membrana violacei coloris scripto, & primo in Abbatia Werdensi prope Coloniam, jam vero in Bibliotheca Academiae Upsaliensis in Suecia asservato. Continet iste Codex IV. Evangelia sed mutila. Desunt enim omnia in Matth. ad Cap. V. 15. item a VI. 33. —VII. 11. a X. 1. ad 22. ab XI. 25.—XXVI. 71. a XXVII. 20.—41. Cap. XXVIII. Marc. XII. 39.—XIII. 16. a vers. 30.—XIV. 4. a vers. 16.—41. a Cap. XVI. 12. ad finem. Lucae X. 31.—XIV. 10. a XVI. 24. —XVII. 2. a XIX. 15.—23. a XX. 38.— Jo. VI. 45. Jo. VIII. 1.—15. XI. 48.—fin. XII. 5.—XIII. 11. XIX. 13. ad finem. Canones etiam Eusebii adscriptos habet.

Communis hactenus fuit eruditorum opinio, *Ulphilam* Gothorum in Moesia Episcopum quatuor Evangelia ex lingua Graeca immediate, ut loquuntur, in Gothicam convertisse. Hanc opinionem cum in prima Prolegomenorum editione vocassem in dubium, placuit *J. A. Bengelio* illius patrocinium suscipere, in *Apparatu N. T.* p. 408. & 409. „ Immediatam, inquit, Versionem dicere „ liceat, quae ex Graecis est facta Codicibus.— Immediata, si ulla alia, Go- „ thica quoque est. — Nullus reperietur locus, ubi Gothus liquido lectionem „ mere Latinam antepesuerit Graecae". Operae igitur pretium fuerit, haec omnia paulo accuratius sub incudem nunc revocare.

Ac primo quidem nullo indicio constat, Ulphilam, ex Cappadocia oriundum, Linguae Latinae peritum fuisse: at interpres quatuor Evangeliorum Gothicorum multas habet voces Latinas; partim ex versione Latina partim ex usu linguae Latinae depromtas; *fasciis*, *carcer*, *lucerna*, *senex*, *aes*, *acetum*, *oleum*, *annona*, *militantes*, *sol*, *arca*, *urceorum*; & nomina propria scribit, ut Latini: *Bethlehem*, *Johannes*, *Esajas*, *Moses*, *Cafarnaum*, *Naeman*, *Paracletus*. Alphabeto utitur, cujus *decem* literae Graecis & Latinis sunt communes, *Sex* Latinorum propriae *d*. F. G. *h*. R. & S., *quatuor* tantum Graecae Γ. Λ. Π. & X. quarum primam Interpres coactus est addere, ut pronunciationem duplicem literae G., ubi vel ut *g*. vel ut *j*. consonans effertur, distingueret: postrema autem etiam apud Latinos recepta est, qui in N. T. codicibus nomen Christi ita solent pingere XS. Quod vero praecipue notandum est, habet haec versio *quatuor* literas novas ⊙ Ψ Ϭ & Y, quae literis *wh*, *th*, *qu* & *w*, prout ab Anglis hodie pronunciantur, respondent. Has vero quatuor literas non nisi exeunte seculo sexto a *Chilperico* Francorum rege inventas & Alphabeto adjectas fuisse ex *Gregorio Turonensi* Annal. Francor. l. v. §. 45. eruit vir sagacissimus *M. V. de la Croze*. Potiori igitur jure ista versio appellaretur Francica quam Gothica, quo posteriori nomine Galli hodie non certae nationis dialectum, sed qualemcunque characterem antiquum & lectu difficilem intelligunt: Saltem ab Ulphila proficisci non potuit.

Variis deinde argumentis probari potest, Versionem Gothicam esse mixtam, id est, Interpretem non purum fontem Graecum unice consuluisse, sed magnam etiam *Versionis Latinae* habuisse rationem. Titulus est ex formula Latinorum, non Graecorum: *Incipit Evangelium secundum Marcum*, *Incipit Evangelium secundum Lucam*. Frequenter, ubi una vox Graeca duabus Latinis redditur, duas etiam habet Gothus: ubi eandem vocem Graecam in diversis locis aliter vertit Latinus, idem facit & Gothus. Matth. V. 31. *libellum repudii*. VI. 7. *multum loqui* Luc. II. 8. *Custodientes vigilias*. XIV. 19. *alter*. 20. *alius*. XIX. 31. *operam ejus desiderat*. 34. *eum necessarium habet*. Porro ubi

ubi Interpres Latinus Graeca aut parum accurate aut perperam vertit, eodem modo vertit etiam Gothus. Matth. VI. 11. *panem quotidianum.* 16. *tristes.* 27. *ad staturam.* IX. 38. *mittat.* Marc. I. 38. *vicos & civitates* VII. 3. *crebro.* XIV. 8. *sepulturam.* Luc. I. 3. *a principio.* Quae omnia toties congruere casu fortuito non potuisse videntur. Quod vero praecipuum est, Variae Lectiones, in quibus Gothus a Textu Graeco recepto abit, pleraeque omnes cum Latinis consentiunt; unde consequi existimo, illas ex Versione Latina in Gothicam translatas fuisse. Matth. VIII. 18. *trans fretum praecepit discipulis suis.* IX. 8. *timebant mirantes.* X. 29. *sine voluntate patris vestri.* XI. 2. *mittens discipulos suos.* Marci I. 7. *Esaja propheta.* 10. *vidit cœlos apertos.* III. 21. *& cum audiissent de eo Scribae & alii.* XV. 8. *cum adscendisset.* Luc. II. 14. *bonae voluntatis.* IX. 43. addit cum Codicibus Latinis teste Correctorio Bibliorum: Dixit Petrus: *Domine, quare nos non potuimus ejicere illud? Jesus autem dixit, Hoc genus non egreditur nisi orationibus & jejunio.* XVII. 15. *mundatus.* Jo. X. 14. *cognoscunt me meae.* XII. 32. *omnia.* &c.

Hic Versionis Latinae atque Gothicae in plurimis Lectionibus consensus cum nimis sit manifestus, quam ut negari possit, noluerunt tamen viri docti admittere, quod meo judicio sponte inde consequitur, nimirum Versionem Gothicam ad Latinam fuisse reformatam sive deformatam potius. Verba *Th. Mareschalli* produximus p. 26. His subjungit *R. Simonius* Hist. Vers. c. XIX. p. 222. „ Sicut ridiculum foret accusare veteres Gothos & Coptos mutatae ad „ vulgatam nostram Versionis N. T.; nihili facienda est objectio quorundam „ nostri seculi Criticorum contendentium, Codices Graecos MSS., qui cum „ veteri vulgata versione consentiunt, ad hanc ipsam Versionem mutatos fuisse". Denique J. *Millius* prol. 1400. „ Et licet, inquit, Versio Gothica in plu„ rimis consentiat cum Codice Cantabrigiensi, unde suspicio erat, ex interpo„ latis iis fuisse, quae in Occidente descripta fuerant, ex penitiori tamen in„ spectione patebat, diversi omnino generis fuisse hoc exemplar, & quidem no„ tae optimae". At ista trium Virorum, Versioni Italicae nimium faventium, confidentia non moveor; quin contendo potius, quod illi ridiculum & absurdum vocant, mihi verum certumque, &, nisi fallor, passim in his Prolegomenis satis probatum evictumque videri, Codices nimirum vetustissimos Graecos cum Versionibus hinc inde ad exemplaria Latina mutatos fuisse.

Unum adjiciam. Cum primum Versionem Gothicam, quam non cum exemplari Latino sed cum Graeco contuleram, examinarem, praecipue ante oculos versabantur Variantes ejus Lectiones, quod in examine Codicum plerumque fit, & vix aliter fieri potest; cum igitur plerasque omnes cum Latina versione consentire deprehenderem, statui Versionem Latinam esse harum Gothicarum lectionum originem atque fontem, adeoque illam non immediate, unice & κατὰ πόδα Textum Graecum sequi. Hoc & omnes ante me negaverant, & ipse *Bengelius*, etiam lectis objectionibus meis, negavit, ut ex verbis Apparatus supra allatis vidimus: postea vero, statu quaestionis immutato, in *Defensione* Novi sui Testamenti operose probare instituit, Interpretem Gothicum frequenter sequi Codices Graecos, etiam contra Latinorum Lectionem. p. 27. „ Interpres, inquit, „ Gothus Graeca praecipue secutus est: sed cum idem Latine sciret, Latinam „ translationem in locis arduis consuluit. Quae Graecae Latinaeque linguae „ conjunctio & in translatione & in literatura Gothica idoneum praebet argumen„ tum, translationem coaevam esse literaturae". Ne tamen a me non dissentire videretur, addit p. 29. „ Sive ubique Gothica ad Graeca, ut omnes ante hac „ agnoverunt, sive aliquot duntaxat in locis conformata sit, legitima est op„ positio mea contra censorem". At, o bone, si tibi licuit sententia mutata fateri, Latinae Versionis ab interprete Gotho rationem fuisse habitam, quod antea negaveras, cur non & mihi liceat, iis quae *obiter* in capite de Versione Latina

scripseram, nunc addere, Graecum etiam contextum ab Interprete Gotho consultum fuisse? aut cur non liceat nunc saltem mentem meam clarius explicare atque aperte fateri (sive id interpretationem sive retractationem appellare malis) me, re denuo considerata, Tecum sentire, atque existimare, Versionem Gothicam plerumque quidem Textum Graecum exprimere, saepe tamen relictis Graecis Versionem Italam sequi? *Haec non contentionis, sed veritatis amore dicta sunto*; ut verba tua ex *Apparat.* p. 409. mea faciam.

De Editione Complutensi.

Cum viderem, Commentarios Zwinglii, Bullingeri, Buceri, Martyris, Calvini aliorumque in N. T. vix posse intelligi, nisi sciamus, cujus Editionis lectionem, a nostra saepe diversam, singuli fuerint secuti: cumque porro existimarem tum ad Historiam Textus sacri, tum ad rectius de V. L. ferendum judicium non parum facere notitiam Editionum, quae inde a Seculo XVI. ad nostra usque tempora, varie a variis commutatae, decurrerunt; Editiones principes accuratius conferre atque describere statui. Editiones principes eas voco, quae singulae inter se differunt, nec tamen aliam priorem sunt secutae, sed vel ex Codicibus MSS. vel ex pluribus editionibus, varie pro arbitrio editoris in unam conflatis, prodierunt. Sunt autem (neglectis iis editionibus, quae priorem aliquam κατὰ πόδα exprimunt) in universum viginti aut novendecim.

Prima omnium Editio N. T. Graece prodiit *Alcalae* sive *Compluti* in Hispania „De mandato ac sumtibus Illustrissimi ac Reverendissimi in Christo Pa-„ tris & Domini Domini Fratris Francisci Ximenez de Cisneros SS. Romanae „ Ecclesiae Tt. Sanctae Balbinae Presbyteri Cardinalis, Archiepiscopi Tole-„ tani, & Hispaniarum Primatis, ac Regnorum Castellae Archicancellarii". A°. 1514.

Hanc Editionem Complutensem ejusque Editorem tantum non in cœlum tollunt laudibus; hanc emendatissimam esse, hanc omnibus praeferendam, hanc solam in Textu retinendam pronunciant *Alvarus Gomecius* lib. 2. de gestis Fr. Ximenii, *Joach. Camerarius* praefatione in Siracidem, *R. Simonius* & ex eo *Millius* prol. 1115. Sed age expendamus rationes, quae ipsos in hanc sententiam perducere potuerunt.

„ Duravit ab anno 1502. inquit Gomecius, annos continuos plus minus „ quindecim de S. Bibliis edendis cura, ut pene cum Ximenii vita finem quo-„ que Editio susceperit. Ubi si per partes narrandum esset, quantum laboris „ exhaustum sit, quantum taedii & fastidii devoratum a viris illi operi praefe-„ ctis, in exemplaribus excutiendis ---- nimium profecto in iis dicendis immo-„ raremur. At illud unum, quod ad impensas a Ximenio in ea re absolvenda „ factas pertinet, reticendum non est. Septem Hebraea exemplaria, quae nunc „ Compluti habentur, quatuor milibus aureorum ex diversis regionibus sibi com-„ parasse Alfonsus Zamora Hebr. lit. professor saepenumero referebat. --- Jam „ vero chalcographorum & scribarum salaria, doctorum hominum non vulgaria „ praemia, mercedes internunciis propositas, quibus ad Codices vetustos adipi-„ scendos utebatur, --- si bene quis ratione subducta numeret, quinquaginta „ millium aureorum & amplius summam conficiet, quod & majores natu fre-„ quenter dicere audivi. Hac tandem diligentia & autoritate & liberalitate opus „ illud absolutissimum prodiit &c.

Quibus quidem verbis munificentiam Cardinalis, & avaritiam ex altera parte eorum, quos libris coemendis atque evolvendis adhibuit, fidem ac peritiam eorundem nequaquam cognoscimus; praeterquam enim, quod fides atque peritia in ejusmodi opera ad numeratae mercedis modum aestimari nec possit nec debeat; quid si esurientes illi Graeculi ac Semijudaei spem locatoris fefellerunt, ne-

neque pro accepta mercede operam promiſſam praeſtiterunt? Tantum ergo abeſt, ut ingentes illi ſumtus Editionem hanc praecipue commendent, ut, qui eam curarunt, male adminiſtratae rei potius ſuſpectos reddere poſſint.

Gloriantur porro Editores Complutenſes de Codicibus *Vaticanis* V. & N. T. qui ipſis magno fuerint adjumento, uti p. 24. vidimus. Addunt in Praefatione ad Lectorem „ quibus etiam adjunximus alia non pauca: quorum partem „ ex Beſſarionis caſtigatiſſimo Codice ſumma diligentia tranſcriptam illuſtris „ Venetorum Senatus ad nos miſit, partem ipſi magnis laboribus & expenſis „ undique conquiſivimus, ut copia emendatorum codicum abunde ſupereſſet ". Ubi notandum eſt, Codicem Beſſarionis fuiſſe V. T. tantum, ſicut teſtantur Editores Romani V. T. juxta LXX. Interpretes, adeoque ad ſubjectum negotium non pertinere. Quomodo autem Complutenſes Vaticano Codice uſi fuerint, in Veteri Teſtamento Graeco, quod intra annum 1515. & 1517. ediderunt, vidimus ſupra p. 27. Quod ſi vero tanta licentia a Vaticano Codice receſſerunt in Veteri Teſtamento, quis eorum praeſtabit majorem fidem in Novo? Imo ut quod res eſt dicam, rationes ſunt chronologicae, quae nos cogunt omnino dubitare, utrum Complutenſibus, cum N. T. ederent, exemplar Vaticanum ullum ad manus fuerit? Novi Teſtamenti impreſſio abſoluta fuit 10. Januarii 1514. Ultimo Februario praecedentis anni electus eſt Leo X. tunc temporis aegrotus, 11. Aprilis coronatus eſt, ac poſtea demum cogitavit de inſtaurandis literis, & Philippum Beroaldum filium Bibliothecae Vaticanae praefecit, teſte P. Jovio; quod cum Hiſpanis innotuiſſet, per Ferdinandum Nonnium Pincianum, Bononiae ſub Philippo Beroaldo patre literis operatum, cum aliis, ut Thuanus lib. XI. extremo teſtatur, comparatis magno pretio exemplaribus Graecis, etiam Vaticani Codicis copiam (& quidem non ipſum αὐτόγραφον, ſed ἀπόγραφον forte, ſicut Veneti exemplaris) habuiſſe videntur. Perpendat jam mecum aequus lector tempus iſtis omnibus gerendis neceſſarium, locorum deinde diſtantiam: & judicet, an fieri potuerit, ut Codex Vaticanus in tempore, hoc eſt ante finitam, ne dicam coeptam, Editionem N. T. Complutum perveniret?

Quod ſi jam detracta hac autoritatis larva ipſam Editionem proprius inſpicere licet, multa in ea occurrent, quibus fides, peritia atque diligentia Editorum in dubium vocatur. Quid ſupinius illo, quod in Daniele commiſerunt, ubi ſtatim poſt editum Prologum Hieronymi affirmantis diſertis verbis, *Danielem prophetam juxta LXX. Interpretes Domini Salvatoris Eccleſias non legere, utentes Theodotionis Editione*; de ſuo ſubjunxerunt: *translatio Graeca LXX?* illo item, quod ad Hebraeos VII. 3. partem Capituli Euthaliani in margine aut in ſummo codice ſcriptam ipſi textui inſeruerunt: ἐν ᾧ, ὅτι καὶ τȣ̃ Ἀβραὰμ προετιμήθη? ejusdem fere commatis eſt, quod verbo ἀπελπίζω in Lexico ſuo duplicem eamque contradictoriam ſignificationem tribuerunt, nimirum *ſpero aliquid ab aliquo*, & *deſpero*: cum tamen prioris apud Graecos nullum veſtigium occurrat, ejusque origo ex vitioſis quibusdam Codicibus Latinis petenda ſit, qui Lucae VI. 35. pro: *nihil deſperantes*, ſcripſerunt: *nihil inde ſperantes*, quod ſupra monuimus p. 110.

Multitudinem errorum Typographicorum ſilentio obtexiſſem, niſi animadvertiſſem, errata interdum eſſe docta atque affectata, & quae niſi a Graecis proficiſci non potuerunt; quae Millium induxerunt, ut crederet, non fortuito orta, ſed ex exemplari MS. expreſſa fuiſſe; quando v. gr. Prologo in Epiſtolam ad Romanos legunt ἐκ πίστεως δηλοῦται pro δικαιȣ̃ται Prologo in Epiſtolam ad Corinthios εἰς τὰ ἔθνη pro εἰς τα ἤθη. Marc. I. 45. ἔξωθεν pro ἔξω. XIII. 28. δὴ pro ἤδη. Luc. XXIII. 8. ἔτι pro τι. Jo. V. 2. ἔστη pro ἐστι. Act. X. 22. ὄχλȣ pro ὅλȣ. 1. Pet. III. 22. ἀποταγέντων pro ὑποταγέντων. IV. 11. ὡς χορη-

 γεῖ

γεῖ pro ἧς χορηγεῖ. 2. Cor. X. 10. παρρησία pro παρουσία. Gal. V. 3. ποιήσας pro ποιῆσαι. 18. ἀπὸ pro ὑπὸ. 21. ἅπερ λέγω pro ἃ προλέγω. Hebr. XII. 1. ἀπερίστατον pro εὐπερίστατον. (quod, ut ex Lexico ad calcem adjecto apparet, typothetae errore accidit, adeoque nec ab Aria Montano repetendum, neque a Stephano inter V. L. reponendum erat) Apoc. II. 17. κενὸν pro καινόν.

Occasione ejusdem verbi recurrentis, vel prae nimia festinatione omiserunt omnia ista, Act. XIII. 17. ἐν τῇ παροικίᾳ. XX. 38. προέπεμπον δὲ αὐτὸν εἰς τὸ πλοῖον. 1. Pet. V. 9. ἐπιτελεῖσθαι. 1. Jo. II. 14. ἔγραψα ὑμῖν πατέρες, ὅτι ἐγνώκατε τὸν ἀπ' ἀρχῆς. 2. Cor. VII. 10. ἡ δὲ τοῦ κόσμου λύπη θάνατον κατεργάζεται. Apoc. VII. 7. καὶ τὸ τρίτον τῶν δένδρων κατεκάη. Sed haec levia atque humanae imbecillitatis sunt.

Gravius illud est, quod, cum non nisi recentissimos Codices haberent, omnibus modis Lectori persuadere conati sunt, se vetustissimos secutos fuisse. De Vaticano Codice falso jactato jam vidimus. Eodem pertinet quod prooemia Theophylacti sub nomine Theodoreti, Euthaliani vero Prologi partem & Oecumenii Prologum in Epistolam ad Romanos sine nomine autoris ediderunt: quod spiritus & accentus omiserunt, nimirum quo facilius persuaderent incautis, se ipsa exemplaria vetera expressisse. „ Ne mireris aut vitio vertas, o studiose „ lector, ajunt in Prologo, quod in N. T. Graeca Editione literae sine ullis „ aut spirituum aut tonorum notis impressae publicentur. Operae pretium vi„ sum est, hujus tibi rationes assignare. Ea enim hujusmodi est; antiquissimos „ Graecos absque hisce fastigiis literarum scriptitasse, notius est, quam ut sit „ multis argumentis comprobandum. Cum igitur N. T. Graece primum a Spi„ ritu S. dictatum sit, visum est pristinam linguae illius vetustatem majestatem„ que intactam retinere". At vero qui accentus & spiritus omiserunt veteres Graeci, scripserunt literis quadratis & uncialibus, non charactere seculi decimi sexti, ut Complutenses, qui nescio qua κακοζηλίᾳ vetera novis permiscuerunt, & more solis Latinis librariis Graeca describentibus usitato, syllabis producendis accentum acutum apposuerunt. Quod vero dixi, habuisse eos Codices Graecos non quidem ullos veteres sed juniores: id instituta collatione liquido perspexi; Editionem nimirum Complutensem cum MSS. Codicibus seculi XIV. XV. & XVI. ubique contra omnes veteres, contra Patres & contra conversiones antiquas facere. Quod & Millii verbis confirmare licet, qui de Codice 51. quem ipse quadringentorum annorum judicat, loquens haec addit: „ Hunc „ cum Textu Complutensi tam mirifice in peculiaribus quamplurimis etiam le„ viculis, etiam erroribus γραφικοῖς, aliisque Lectionibus, in quibus hi soli con„ cordes, quod viderim, consentientem deprehendi, ut pro Vaticani (Com„ plutensis dicendum fuit) istius gemello plane habuerim, nisi quod noster in „ nonnullis altero isto paulo purior sit & emendatior". Neque dubito, quin, si accuratior inquisitio fieret, iidem illi Codices, quibus usi sunt Editores, adhuc hodie Compluti reperirentur, argumento ducto ex Melchioris de la Cerda Apparatu Latini sermonis, Bibliothecae Hispanicae p. 61.

Istud denique plane non ferendum, quod citra ullius Codicis Graeci autoritatem subinde nonnulla mutarunt, atque Graecum Textum ad Latinam Versionem detorserunt, ne verbo quidem admonito lectore. Ac sane quo animo ad hanc Editionem curandam accesserint, prodiderunt haud obscure statim in limine ac Prologo ad Lectorem: „ Mediam, inquiunt, Latinam B. Hieronymi „ translationem, velut inter Synagogam & Orientalem Ecclesiam posuimus, „ tanquam duos hinc inde latrones, medium autem Jesum h. e. Romanam sive „ Latinam Ecclesiam collocantes". Quae Simonio, homini alias non religiosissimo, tam dure tamque irreverenter & absurde dicta videbantur, ut de autore dubitaret, Ximenio Cardinali tantam verborum licentiam tribuere veritus. Quo magis

magis miramur usque ad hanc diem Theologos etiam Proteſtantes ne paululum quidem addubitaſſe de hominum iſtorum fide, ſiquidem Textum ab illis adornatum pro fundo immobili & ſolo authentico Codice habendum eſſe non ſunt veriti profiteri. Quid enim aliud exſpectari poterat ab iis, qui pro certo ſtatuerunt, Graecum Textum eſſe Schismaticorum & Corruptorum, quam ut ab illis ad Catholicam Latinam Verſionem corrigeretur? Id quod ab illis factum eſſe Maſius, Fl. Nobilius, Morinus, Uſſerius, Waltonus obſcure inſinuarunt, Simonius autem atque Fabricius verbis explicitis elocuti ſunt; quorum ſuſpiciones haud vanas eſſe, primus, ni fallor, certis indiciis comperi: cum enim illa quae, Hieronymo teſte, ab Origene ſub aſteriſcis addita erant, ex Codice MS. Marechaliano deſcripta cum Editione Complutenſi conferrem, vidi Graeca Complutenſium alia plane eſſe a Graecis MS. Codicis, licet ſenſus haud diſcreparet; cujus rei hanc facile rationem aſſecutus ſum, quod Graeca ſua nimirum ex Latino Hieronymi utcunque effinxerunt, & pro genuinis venditarunt.

Neque hic fallit Canon juris, quo ſemel fide mala deprehenſus ſemper talis praeſumitur. Nam a N. T. non magis audaces manus abſtinuerunt, quam a Veteri: Matth. VI. 13. omiſerunt δοξολογίαν contra ſtantibus ipſorum Codicibus, quod tamen cum ipſi in nota margini appoſita fateantur, facile condonari ipſis poteſt. X. 25. habent Βεελζεβοὺβ, quae emendatio Hieronymi potius quam Lectio Graecorum Codd. eſt. Luc. II. 22. ediderunt ἀυτῆς, quia in Latina Verſione erat: *ejus.* ad 1. Cor. XIII. 3. & XVI. 51. ad exemplaria Graeca provocant, non quae ipſi viderunt, ſed quorum Hieronymus mentionem facit. 2. Cor. V. 10. pro διὰ habent ἰδία ad Latinum: *propria*, accentu tamen male poſito, quo facilius fraudem ipſorum deprehendere licuit. VI. 15. Βελίαλ juxta emendationem Hieronymi. XIII. 5. ἐι μή τι addunt ἄρα, ut exprimerent Latinum: *niſi forte.* Gal. III. 19. ὁ νόμος—διαταγεῖσα, quod, notante Millio, primum profectum eſt a Latino aliquo ſcriba, cui in animo fuerat *legis* vocabulum. 1. Jo. V. addiderunt integrum verſiculum 7. non ex autoritate alicujus Codicis Graeci, ſed Pſeudo-Hieronymi & Thomae Aquinatis. Simili pia fraude locum Judae 4. ita ediderunt: τὸν μόνον θεὸν καὶ δεσπότην, τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν.

Quod ſi cui haec levia fortaſſe videantur, per nos ſuo utatur judicio, dum nobis interim permittat, uti oculis noſtris fidem habeamus, interpolatoribus vero haud temere confidamus; quia *qui fidelis eſt in minimo, & in majori fidelis eſt: & qui in modico iniquus eſt, & in majori iniquus eſt.*

Denique ſi quis ea, quae hactenus propoſuimus, ignorare malit, hoc ſaltem ſciat, Editionem Complutenſem V. T. Graecam omnium doctorum conſenſu depravatiſſimam judicari, unde conſequitur utique, non modo non evidens eſſe, id quod multi contendunt, Editionem ſcil. Complutenſem N. T. unam omnium quae ſuperſunt correctiſſimam eſſe, ita ut nulla ex parte emendari ac reſtitui poſſit, ſed ne veriſimile quidem.

Illud quidem Millio l. c. ultro concedimus; „ Omnes Editiones poſtmodum „ adornatas in variis laborare, ac ab Apoſtolorum ſcriptura genuina haud raro „ abire". Quod autem inde infert: „ Optandum omnino eſſe, ut Editio haec, „ ſicut omnium prima erat, ita ſola quidem fuiſſet, cujus Textus integer & il„ libatus in Editiones poſteriores quoque tranſiiſſet". Item: „ Praeſtitiſſe om„ nino, principi huic Editioni ceu immobili fundo ad marginem lectiones, quae „ meliores judicarentur, adjeciſſe, quam ſublatis iis has in ipſarum locum in cor„ pore Textus ſubrogaſſe"; ſane imprudenti excidiſſe videtur; iſto enim pacto lectio Textus ſemper vituperabitur & ſemper retinebitur. Aut dicat mihi quispiam, an hoc ſit Critici Biblici officium, ut errores librariorum, de quibus ipſe convictus eſt, & idoneis argumentis etiam alios convincere poteſt, nihilominus mordicus in ipſo Textu retineat, aliiſque obtrudat, genuina & Apoſtolica Lectione

ctione extrusa, & ad marginem aut ad calcem libri rejecta? Ego vero longe aliter sentio, atque statuo, hominis candidi ac sinceri officium esse, ut libris sacris emendandis aut prorsus manus abstineat, aut quantum in ipso est, ab omnibus librariorum erratis perpurgare summopere studeat; utque inter duas pluresve mendosas Editiones, non eam, quae minus vitiosa, aut tempore prior typis excusa est, eligat atque pro fundamento ponat, sed quam instituta diligentissime collatione optimam & ad Apostolicam scripturam quam proxime accedentem judicat. Idque tamdiu credam, donec aliquis evicerit, profanorum tantum qui vocantur Autorum Editiones accurate atque diligenter emendatas esse debere, sacrorum autem Codicum qualemcunque Editionem sufficere posse, imo omne studium, quod his emendandis impenditur, supervacaneum esse, atque adeo noxium. In eadem atque ego sententia fuerunt omnes, quotquot secuti sunt, N. T. editores, quos mox recensebimus.

De quinque Editionibus Erasmi.

Licet Editio N. T. Complutensis *Erasmianam* integro biennio anteverterit, ejus tamen exemplaria non nisi multis annis postea publicari coeperunt, cum Cardinalis Ximenius ea distrahi nollet, priusquam totius operis Biblici impressio ad finem perducta esset, quod contigit A°. 1517. Ulteriorem remoram dein injecit ipse Papa Leo X. qui demum A°. 1520. permisit, ut exemplaria venderentur, cui accesserunt & alia, ita ut anno demum 1522. hoc est post tertiam Erasmianam Editionem ista Complutensis in manus Erasmi perveniret. Cum vero Erasmus non solum edito N. T. magnam sibi simul & laudem & invidiam pepererit, verum etiam cum ejus Editio diu pro norma tantum non unica genuini Textus habita fuerit, operae pretium esse puto, si paulo accuratius examinaverimus, quomodo sese in toto eo negotio vir ille magnus gesserit.

Codex ejus *primum* prodiit A°. 1516. Calendis Martii. Ad hanc Editionem adornandam adhibuit quinque Codices, Num. 1. 2. 3. 61. & 69. descriptos, praeter eos, qui, ubi ad Acta & Epistolas ventum fuerit, describentur. Operis Typographicis una cum ipso intendit animum *Joannes Oecolampadius*, cujus hoc ad calcem libri extat testimonium: „ Ego vero, cui hac hieme Theologiae alioquin apud Basilienses vacaturo felicissima magni Erasmi consuetudo contigit, non possum non testari infatigabilem hominis strenuitatem, vix credendam in tractando fidem. ---- Admirabile enim spectaculum mihi erat--- dictantem recognoscentemque, quantum tria praela exciperent, videre, ac nihilo secius interim Graeca Latinaque exemplaria, eaque varia & vetustissima consulentem, Graecos Latinosque Interpretes conferentem, priscos ac recentiores primae simul ac infimae classis scriptores perpendentem. Hinc est quod non sensa modo aperuerit --- sed nec verbula minima, articulosque ipsos, & apiculos minutissimos praeterierit.———Suarum etiam laudum partem in alios rejicit, quale & illud exemplum, cum me, subsidiariam solum in castigandis formulis operam, accersitum a Frobenio chalcographorum omnium diligentissimo, perinde ac non asymbolum Thesea etiam suum vocare dignatus est".

Haec ipsa editio, ne exceptis quidem erroribus Typographicis, repetita est Venetiis ab Andrea Asulano, *Aldi* socero, A°. 1518. mense Februario, atque Erasmo, ut par erat, inscripta. Millius tamen observavit, in centum circiter locis Textum Erasmicum in hac Editione emendatum fuisse, ac totidem fere locis vitiatum. Quod vero Asulanus, in Praefatione integro Bibliorum volumini a se edito praefixa: „ Ego, inquit, multis vetustissimis exemplaribus collatis, adhibita etiam quorundam eruditissimorum hominum cura, Biblia, ut vulgo appellant, Graece cuncta descripsi, atque in unum volumen reponen-

„ da

„ da curavi"; id minima ex parte ad N. T. magis autem ad V. T. pertinere existimo.

Postquam Erasmus in Belgium, atque inde in Angliam iter fecisset, ex eo itinere redux secundam Editionem procuravit, quae ipso absente prodiit Basileae mense Martio 1519. ut Titulus praefert: „ N. T. multo quam ante hac diligentius recognitum, emendatum ac translatum". Inter Patres numerat Athanasium, Nazianzenum, Theophylactum, quem in superiori Editione Vulgarium vocaverat. De ea ita Frobenius ad Lectorem: „ Quemadmodum hanc „ posteriorem Editionem accuratius multo recognovit & copiosius locupletavit „ Erasmus: sic & nos operam dedimus, ut castigatior & nitidior in lucem pro„ diret, ac quantum ad nos etiam attinet, priorem longe vinceret. Sed enim „ fuit illi soli quicquid laboris erat exhauriendum, inspiciendi veterum Interpre„ tum Codices, exemplaria Graeca conferenda, annotanda multa, mutanda „ quaedam, adjicienda plurima". A priori Editione recessit, Millio numerante, locis quadringentis. De hac secunda Editione ita scribit *Bilibaldo* Basileae A°. 1518. „ N. T. rursus novatum exibit brevi satis elaboratum, sed aliquanto „ minus etiam, quam vellem, ob valetudinis adversitatem. Ep. CCCLXXIV.

Tertia Editio est Anni 1522. In cujus margine, uti notavit Millius, extant Var. Lect. 19. ex Aldina potissimum desumtae: recedit, teste Millio, a praecedenti locis 118., quorum quarta pars ex Aldina, qua se nunc usum esse Erasmus in Apologia fatetur, emendata est: in hac primum Editione locum 1. Jo. V. 7. inseruit.

Quarta Editio apparuit A°. 1527. Titulus ex parte ita se habet: „ Joannes „ Frobenius Candido Lectori S. D. En N. T. ex Erasmi Rot. recognitione „ jam quartum damus, studiose lector. ---- In Annotationibus, praeterquam „ quod autor exactiora reddidit omnia, magnam accessionem adjunxit ex Grae„ corum Voluminibus, eque vetustissimis exemplaribus Latinis, quae nuper est „ nactus". In hac quarta, ut ipse Erasmus in Apologia fatetur, praesto fuit & Hispaniensis editio Plus centies a praecedentibus Editionibus recedit, teste Millio, sequiturque Complutensem; in sola Apocalypsi nonagies.

Quinta eaque ultima Editio, observante Millio, nonnisi quatuor in locis a praecedenti recedit.

Summam sine dubio laudem meretur Erasmus, quod N. T. Graecum primus typis publicavit, quod plurima loca illustravit; quod mira sagacitate & improbo labore genuinam Lectionem investigavit; ne alia adjiciam, quae omnia prolixe praedicare superfluum esse puto, & fortassis otio lectoris abuti videar. Nihilominus haud pauca sunt, quae in ista Erasmi opera jure desideramus, nollemusque factum, ut Stephanus & Beza omnesque Editores, qui hos exceperunt, autoritatem Erasmi omnibus Codicibus MSS. praeponerent.

Primum quod in Erasmo merito reprehendi posse putem, unde reliqua omnia profluxerunt, istud est, quod nimis festinanter tale ac tantum negotium susceptum gesserit. Id amicis ultro fassus est, sic enim scribit *Ulrico Zasio* Nono Cal. Octob. 1515. *Append.* XI. Huic pistrino sic sum affixus & obligatus, ut vix otium sit capiendo cibo. Adagiorum opus ita locupletatur, ut aliud videri possit. Apparatur mox excudendus Hieronymus cum annotamentis, & scholiis nostris. Adornatur Novum Testamentum nostris purgatum & illustratum scholiis. Editur a nobis recognita Copia; edetur & similium liber. Opera quae verteram ex Plutarcho jam formulis excusa sunt. Paratur & Seneca Annaeus a me summis laboribus emaculatus. Cum horum unumquodque hujusmodi sit, ut totum hominem, & quidem non Erasmum sed adamantinum aliquem desideret, facile potes conjecturam facere, quam mihi nihil sit vacui temporis.

Eidem. 1515. *Ep.* CCLXXXIX. Nos laboribus propemodum obruimur,

 & ge-

& gemina difficultate; nempe Hieronymi & N. T. sic distringimur, ut existimem, Herculi minus fuisse negotii cum excetra & cancro.

Petro Caraffae 10. Cal. Jan. 1515. Basileae *App.* XVI. Novum Testamentum jam propemodum absolutum est, & quidem satis feliciter, nisi quod ego laboribus enecor.

Bilibaldo Pirkheimero, Natali D. Galli 1515. *App.* CXLIV. Obruimur hic duplici sarcina, quarum utravis Herculem non Erasmum requirit. Praeter alia minutiora sustinemus Hieronymum & Novum Testamentum, quod nunc typis excuditur.

Eidem Non. Cal. Febr. 1516. *App.* XLVIII. Eduntur Adagiorum chiliades sic emendatae, sic locupletatae, ut novum opus videri possit. Eduntur universa D. Hieronymi monumenta, argumentis & scholiis a me illustrata, nec sine summis sudoribus emendata; notatis ac semotis, quae notha fuerant admixta. Emendavimus totum N. T. additis scholiis. Molimur obiter & alia. His laboribus sic obruimur sextum fere mensem, ut vix valetudinem tueri possimus.

Eidem. postrid. Pentecost. 1516. *App.* LXII. Novum Testamentum utcunque est absolutum.

Eidem. 1517. Lovanii pridie omnium Divorum *Ep.* CCLXXIV. Novum Testamentum, quod pridem Basileae praecipitatum fuit verius quam editum; retexo ac recudo, & ita recudo, ut aliud opus sit futurum.

Rimaclo Cal. Junii 1516. Antverpiae *Ep.* CCLII. Tandem effugi ex ergastulo Basiliensi, in quo sex annorum operas octo mensibus praestiti.

Joanni Sylvagio Cal. Jun. 1516. Antverpiae *Ep.* CLXXVI. Tandem explicui me e laboribus Basiliensibus, fortassis serius & meis votis & amicorum exspectatione, sed tamen pro operis modo pene praepropere.

Wolfgangus Fabricius Capito Erasmo Basileae 2. Sept. 1516. *App.* LXXV. Caeterum gaudeo; te novam Instrumenti novi editionem parare; & nomine imperitae multitudinis gaudeo, cui videtur vel de tua esse castigatione, quicquid non expurgaverit properantior ista cura, vel si quando Scholia diversa sentiunt, protinus calumniantur, te non bene memorem pugnare tecum, illic positum hic rursus expungere, fluctuareque incertis velis.

Latimero. Non. Jun. 1516. apud D. Audomarum *Ep.* CCLIV. Per literas obtestor, humanissime Latimere, ut in N. T. adjutes. Editum est pro temporis angustia satis accurate, verum mihi praeter exspectationem bona temporis pars praecastigandis exemplaribus, ac formis corrigendis erat insumenda. Tametsi ad id muneris duo docti magno aere fuerant conducti: sic autem adjutabis, si admonueris per Literas, quid mutandum esse ducas. Nam alteram mox adornabo Editionem; Verum cave ne cui hoc suboleat, typographi gratia, cui domi manerent sua volumina, si sentirent emtores.

Budaeo. Ep. CCLI. Decreveram levi brachio rem peragere, ut in minutiis quibusdam versaturus, & locos duntaxat ceu digitulo indicare. Porro cum jam edendum esset opus, instigarunt quidam, ut Vulgatam Editionem mea vel Correctione vel interpretatione mutarem. Ejus sarcinulae accessionem cum oppido quam levem esse ducerem, longe gravissimam ipsa re comperi. Deinde perpellebant, ut annotationes adderem aliquanto locupletiores. Jam protinus ut scis retexenda omnia. Accessit & illud oneris, arbitrabar Basileae emendata haberi exemplaria. Ea spes quoniam fefellit, coactus sum praecastigare Codices, quibus usuri erant τυπόγραφοι. Ad haec conducti fuerant duo probe docti, alter Jure Consultus, alter Theologus etiam Hebraice peritus, qui formis castigandis praeessent. At hi quoniam hujus laboris erant rudes, quod susceperunt, praestare non poterant; proinde necesse fuit extremam formarum, quas vocant, recogni-

gnitionem in me recipere. Conficiebatur ſimul & excudebatur opus, abſolvebatur ſingulis diebus ternio, ſic enim nunc vocant. Nec interim tamen licebat, totum huic vacare negotio. Excudebatur eodem tempore Hieronymus, qui ſibi bonam mei partem vendicabat; & ſtabat ſententia aut immori laboribus, aut ante Paſcha ex eo piſtrino memet explicare. Poſtremo fefellit nos voluminis modus; affirmabat typographus fore ut ad triginta plus minus terniones accreſceret, exceſſit autem octoginta tres ni fallor. Itaque maxima temporis parte conſumta in his, quae vel ad me proprie non pertinebant, vel ante deſtinata non fuerant, delaſſatus jam ac pene fractus ad Adnotationes perveni. Pro temporis modo proque valetudine praeſtiti quod potui. Nonnulla prudens etiam praeterii, ad multa ſciens connivebam, in quibus mox ab Editione a me ipſo diſſenſi. Proinde τὴν δευτέραν παρασκευάζω ἔκδοσιν, in qua te magnopere rogo, ut conantem adjutes. A tui ſimilibus etiam objurgari officii loco ducam. Illud unum φυλάξεις, βέλτιστε Βουδαῖε, ne id ſuboleat τοῖς πολλοῖς, ἵνα μὴ τὰ βιβλία οἴκοι μένωσι τῷ ἐντυπωτῇ.

Antonio Riccio Baſileae 1518. 26. Aug. *Ep.* CCCCXXI. Editio prima mihi non per omnia ſatisfecit.

Haec omnia licet non ignoraret Millius, neſcio quomodo ad turpem tamen contradictionem delapſus eſt, autoremque Bibliothecae S. poſt ſe traxit, affirmando „Eraſmum ad Editionem novi foederis ſe accinxiſſe circa Calendas „Octobres Anni MDXIII. — ad finem perductum eſſe opus *intra menſes ferme quinque*, & in lucem prodiiſſe menſe Februario Ann. MDXVI. prol. „1116". Si enim numeri recte eſſent poſiti, ſequeretur non quinque menſes, ſed biennium & quinque menſes huic operi Eraſmum inſudaſſe. Non animadvertit nimirum Millius, in Epiſtola *Append.* III. ad *Ammonium* quam citat errorem typographi 1513. pro 1515. edentis. Mentio enim ibi fit praelii Helvetiorum cum Gallis apud Marignanum d. 13. Septemb. 1515. commiſſi, mentio fit Editionis Hieronymi, anno demum 1515. & 1516. procuratae; & Epiſtola data eſt Baſileae, quo Eraſmus non niſi poſt mediam partem exactam Anni 1514. primum appulerat.

Confirmatur hoc aliis epiſtolis. *Beatus Rhenanus* Eraſmo 17. April 1515. *App.* XXI. Petit Frobenius, N. abs te Te habere, pro quo tantum ſe daturum pollicetur, quantum alius quiſquam.

Idem 30. April 1515. *App.* XXIII. Frobenius N. T. a te cupit habere.

N. Grebelius Argentinae 11. Sept. 1515. *App.* XXXI diſputat de N. T. edendo, judicatque Latina ſeorſim & Graeca ſeorſim edenda eſſe, non ut columna columnae reſpondeat, ſintque intermixta omnia Graeca Latinis, & rurſus Latina Graecis.

Jo. Sapidus Seleſtadio 15. Sept. 1515. *App.* XXXII. Commendat Oecolampadium Baſileam iturum, ut Eraſmum videret.

Tanta feſtinatio iſta plurimis erroribus cauſſam praebuit. Ut jam nihil dicam de inſignibus omiſſionibus & mendis typographicis, ut quando Apoc. II. 10. legitur παραθῆτε pro πειραθῆτε, & γῆς pro ζωῆς &c. (quod poſtremum tamen erratum in calce libri emendatur) quibus Millio teſte prol. 1121. ſcatet Eraſmi editio prima; hinc factum eſt, ut frequenter Verſio Latina a Textu Graeco, & annotationes ab utriſque diſſentirent, cujus generis octodecim exempla Eraſmo objicit Edovardus Leus, „in quibus citat Graece ſic eſſe, cum ſic non ſit in „exemplari ſuo: & citat ſic non eſſe Graece, cum ſic ſit in exemplari ſuo".

Quam feſtinanter omnia geſſerit Eraſmus, inprimis patet ex Theophylacto, quem ad manus habuit. Ille cum in fronte hunc titulum gerat: τοῦ θεοφιλεστάτου ἀρχιεπισκόπου Βουλγαρίας κυρίου Θεοφυλάκτου ἐξήγησις εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγέλιον: Eraſmus vocem Θεοφυλάκτου pro epitheto habuit; pro regione Bulgariae autem, & in praefatione Graeca Matthaeo praefixa, 2. 3. 4. & 5. Edi-

 tionis

tionis Βουλγαρίου perperam legit, & in annotationibus primae ac secundae Editionis *Vulgarium* nescio quem substituit, manifesto paroramate. Pejori errore in Mar. I. 10. dicit: „ *Sanctum* non additur in Graecis, praeterquam apud u-„ num Vulgarium": quod omnino falsum est, Theophylactus enim revera cum Graecis consentit, unde in posterioribus Editionibus ejus mentio ad istum locum omittitur. Gravissimum denique illud est quod in Lucae XI. 35. scripsit, & in omnibus Editionibus retinuit: „ Quod si quis, inquit, mihi fortasse parum habet fidei, ipsius Vulgarii (i. e. Theophylacti) verba adscribam": γίνεται γὰρ τὸ ἀποστομίζειν ὅταν πλείονες ἐρωτῶσιν ἕνα περὶ ἄλλων καὶ ἄλλων ὑποθέσεων, τότε γὰρ μὴ δυνάμενος ἀποκρίνεσθαι ἔμφασιν δίδωσι τοῦ ἀνοήτου ἐξαπορηθῆναι, Versionem deinde subjungit, quam nos, quia tantum non impia videtur, consulto omittimus. In MS. autem Theophylacti, quo Erasmus usus est, manifestissime post δυνάμενος additur πᾶσιν & pro τοῦ ἀνοήτου ἐξαπορηθῆναι, quod ne quidem Graecum est, legitur τοῖς ἀνοήτοις τοῦ ἐξαπορηθῆναι, unde sensus oritur longe luculentior & ad scopum autoris accommodatior. „ Fit enim τὸ ἀποστομίζειν, cum plures in-„ terrogant unum de aliis atque aliis rebus; tunc enim cum non possit omni-„ bus respondere, speciem praebet simplicioribus quasi haerentis & impediti"

Illud denique in Erasmo minime ferendum est, quod saepe excusationibus parum idoneis nec satis honestis uti, quam erroris culpam simpliciter fateri maluerit. Causatur festinationem. At quomodo ipsam festinationem excusabit, aut quis ipsum eo adegit, ut festinaret?

Alias caussam conjicit in typothetas & correctores, ubi quid offensum est, ut, „ In prima Editione verteram, inquit,— quanquam hoc ipsum librariis impu-„ tari poterat, quandoquidem nullam ejus rei facio mentionem in Annotatio-„ nibus, quod tamen in secunda Editione mutaram". Contra Stunic. in Matth. V. 27. Et contra Leum p. 66. Luc. XVI. 25. „ Compereram, inquit, in „ priore Editione negligentia operarum aut fortasse castigatorum ὧδε positum „ pro ὅδε hoc est, adverbium vice pronominis. Nam id non esse factum meo „ vitio vel illud arguit, quod in Annotationibus hujus rei nullam facio mentio-„ nem. Id in posteriore mutatum est". Male, nam exemplar MS. quo usus est, legit ὧδε non ὅδε.

Alibi ad Codices provocat, qui nusquam extant, ut in Annot. Edit. 2. „ Nonnulli Graeci codices habebant: *in hominibus bona voluntas* ἐν ἀνθρώποις, „ alii: *hominibus voluntas*, absque praepositione". Et Epist. DCCLII. Atque hoc quidem loco fateor praepositionem ἐν in nonnullis Graecorum Codicibus non addi, quum in emendatioribus addatur. Atqui non poteram in versione nisi unicam lectionem retinere. E duabus igitur eam secutus sum, quae magis arridebat animo meo, quaeque Codicum emendatiorum & interpretum Graecorum enarratione commendabatur; quod supererat, in Annotationibus erat agendum. Contra Stunic. „ Quod *Lucae* XIII. 34. verteram, inquit, *eos qui mittuntur*, „ nihil aliud fuit in causa, nisi quod tunc usus sum codice, qui habebat ἀπεσταλμένους: quum scriberem Annotationes, qui secus habebat. Nec enim „ res acta est eodem in loco. Quaedam annotaram in Brittannia, pleraque Ba-„ sileae, ac pro tempore diversis sum usus exemplaribus, nec unis tamen. Por-„ ro quum perventum esset ad Lucam, ita sum afflictus adversa valetudine, ut „ coactus sim totum laborem conferendi dies aliquot intermittere; nec tamen „ poterant cessare operae, quod futurum erat magno typographi dispendio. „ Et ob id pollicitus sum alteram Editionem, qua sarcirem quod in priore fuit „ cessatum, id quod & fecimus". Et contra Leum *Luc.* XIV. 31. „ Citaram, inquit, in Annotationibus ex Graeco Codice ἀπέρχεται συμβαλεῖν — „ quum in contextu sit πορευόμενος.— Quid aliud hic divinari potuit, quam mihi „ fuisse aliud exemplar, diversum ab eo, quod secuti sunt Castigatores? *Luc.*

„ XVII.

„ XVII. 24. Objicit, quod in prima Editione in contextu --- feratur translatio --- *e regione supercoelesti.* --- Cum verterem, consentaneum est, Graecum codicem habuisse ἐπ' ὀρανὸν, atque id tum verti, quod illic offenderam. „ *Jo.* VIII. 48. Quum in aliis Codicibus reperissem ἠτιμάσατε, hoc magis libuit sequi, quod congrueret cum nostra Lectione. *Act.* IX. 5. Quum contextus & Graecus & Latinus sic haberet, ut probat Leus, quid obfuit, „ quod in Annott. admonui, particulam hanc in Graecis quibusdam Codicibus abesse? Quid aliud suspicari potest, quam me post alia nactum exemplaria"? Rom. V. 19. ediderat κατεστάθημεν, „ Id, inquit, sequebamur, quod „ habebatur in Graecis Codicibus". XII. 11. „ In priore Editione posueram „ κυρίῳ δȣλεύοντες, quemadmodum nos legimus, post ubi deprehendi V. L. „ non celavi lectorem". V. 12. ad γεροντοδιδάσκαλον. „ In prima, inquit, „ Editione, quum Basileae non haberem eos Codices, ad quos contuleram, is, „ quo tum utebantur castigatores, habebat δι' ἕνα ἄνθρωπον, quem secuti posuerunt: *propter unum hominem.* Neque enim ego castigo paginas excudendas; „ & si hoc quoque munus obissem, fieri non potest, quin aliquid suffugiat. p. „ p. suspicor id quod res est, in Codice, unde contuli in Anglia, fuisse scriptum „ ἡμάρτομεν pro ἥμαρτον, id postea relictum est incuria: cujusmodi lapsus vix „ ulla diligentia quis potest effugere. Id non esse vanum vel illud arguit, quod „ in annotatione nullam hujus rei fecerim mentionem, atque adeo legam: *peccaverunt.* Quod sane miror a nemine Castigatorum hactenus animadversum, „ quum id muneris in prima Editione obierint Joannes Oecolampadius & Nicolaus Gerbellius, in quarta Sigismundus (Gelenium opinor intelligit) vir egregie doctus. Ut autem Annotationes in aliis quoque locis discreparent a „ contextu, hac occasione accidit, quod Collationis negotium peregeram in „ Anglia & in Brabantia, nihil minus habens in animo, quam addere novam „ Versionem, viz. perspiciens rem non ita magni fructus esse, plurimum tamen „ invidiae conflaturam. Sed amici quidam improbis instinctibus huc perpulere „ reclamantem, ut quum jam adornaretur Editio annotationum, novaretur & „ Contextus, quam ad rem quum alioqui plus satis occupato nec otium superesset, nec animus esset propensus, indiligenter peractum est negotium".

Paucorum suorum Codicum aetatem & fidem nimium extollit, alios autem omnes corruptionis immerito suspectos reddere conatur; ut *Jacobi* I. 22. „ Indicaram, inquit, *tantum* non addi in Graecis Codicibus. Stunica praedicat „ additum in Codice Rhodiensi. At ego jam dixi, mihi videri Codicem illum „ ad nostros fuisse castigatum". 2. *Pet.* II. 2. „ Hic Stunica perinde agit, „ quasi in multis vetustis Codicibus legerit ἀσελγείαις, quum in uno Rhodiensi „ legerit, si tamen legit; cujus apud me levior est autoritas, quod suspicer ad „ nostros Codices fuisse castigatum, quo congrueret cum Latina lectione". 1. *Jo.* V. 20. „ Indicaram, in Graecis non addi *Deum*, sed habet Codex „ Rhodiensis: at non habent innumeri Codices notae melioris. in *Apoc.* III. „ Ne quis autem contemnat nostrum [exemplar] tantae vetustatis erat, ut Apostolorum aetate scriptum videri posset". Atqui habebit istud exemplar commentarios *Andreae* scriptoris Seculi VI., aut *Arethae*, scriptoris Seculi XI. si Millium audimus prol. 1120.

Cumque haec duo postrema accusationis capita ipsi ab adversariis objecta essent, simpliciter negando ac in illos retorquendo, sese magis oneravit quam liberavit; „ Leus, inquit, §. 23. in his ita loquitur, quasi in hoc negotio sim „ unicum secutus exemplar, quod ille vult videri fuisse depravatissimum, nihilo magis favens Codici meo quam mihi. Ac subinde in suis Indicibus impingit mihi suspicionem, quasi finxerim esse in Codice meo, quod non fuerit, „ scilicet e suo ingenio metiens caeteros".

Errorem in *Theophylacti* appellatione commissum ita palliare conatur contra Stunic. in Jo. I. „ Aderant, inquit, Commentarii Graeci Thephylacti, quem „ nos toties adduximus nomine *Vulgarii*, quod *Theophylacti* vocabulum ob li- „ teras detritas vix legi posset". Cum tamen *Theophylacti* nomen in hoc MS. oculis legentium apertius pateat expressum quam *Vulgarii.*

Textum a se formatum autoritate Editionis Aldinae tueri solet, responsione ad notationes Eduardi Lei saepissime, cum minime ignoraret, hanc esse ex prima ipsius Editione, ut supra indicavimus, expressam. Ne jam dicam, quod autoritatem Editionis Complutensis nimis extulerit, & praestantiam atque aetatem Codicum, ad quos expressa sit, ex ingenio confinxerit, quod causae nimirum suae favere videbat.

In Apocalypsi deerant quaedam Capite XXII. quae Erasmus ex Latinis male Graeca fecit. „ Quanquam, inquit in Annott. *Edit.* 1. in calce hujus libri „ *nonnulla verba* reperi apud nostros, quae aberant in Graecis exemplaribus, „ ea tamen ex Latinis adjecimus". Quae contra Leum §. 243. prolixius ita narrat: „ Quoniam Graecis nunquam magnopere placuit liber Apocalypseos, „ rarus habetur apud illos. Itaque quum cuperemus nihil abesse nostrae Editio- „ ni, aegre extorsimus ab Inclito viro Joanne Capnione vetustissimum Codi- „ cem, Commentarium habentem in hoc opus. Ex eo contextus verba descri- „ benda curavimus. In calce vero scribarum incuria deerant haec: *Et si quis* „ *diminuerit de verbis libri Prophetiae hujus, auferet Deus partem ejus de* „ *libro Vitae & de Civitate sancta, & de his, quae scripta sunt in libro isto.* „ Sensimus autem scribam per eam occasionem errasse, quod quum bis pona- „ tur: *in libro isto*, ille ad posterius oculos deflexerit, relictis quae sunt in me- „ dio. Siquidem ad nullum lapidem frequentius impingunt librarii. Dubium „ non erat, quin essent omissa, & erant *perpauca.* Proinde nos, ne hiaret la- „ cuna, ex nostris Latinis supplevimus Graeca. Quod ipsum tamen noluimus „ latere lectorem, fassi in Annotationibus, quid a nobis esset factum, ut si quid „ dissiderent verba nostra ab his, quae posuisset autor hujus operis, lector na- „ ctus exemplar restitueret". Et clarius in *Apologia ad Leum* (de qua egimus p. 43. & 45.) „ In calce Apocalypsis in exemplari, quod tum nobis erat u- „ nicum, nam is liber apnd Graecos rarus est inventu, deerat *unus atque alter* „ *versus.* Eos nos addidimus secuti Latinos codices. Et erat ejusmodi, ut ex his, „ quae praecesserant, possent reponi. Cum igitur Basileam mitterem recogni- „ tum exemplar, scripsi amicis, ut ex editione *Aldina* restituerent eum lo- „ cum. Nam mihi nondum emtum erat hoc opus. Id ita, ut jussi, fa- „ ctum est".

Accuratius tamen omnia rimanti satis constat, non ut Erasmus scribit, *perpauca* fuisse, quae ipse ex Latinis utcunque & festinanter Graece reddidit, sed a vers. 16. ad finem libri sex integros versus. In istis enim omnibus Erasmi Editio abit a Codicibus MSS., & ita quidem, ut Graeca ipsius non obscurum sit ex Latinis fuisse conversa. Hinc enim profecta est perpetua illa omissio articulorum vers. 16. ῥίζα pro ἡ ῥίζα, λαμπρὸς pro ὁ λαμπρὸς, vers 18. προφητείας βιβλίου pro τῆς προφητείας τȣ̃ βιβλίου, ἐν βιβλίῳ pro ἐν τῷ βιβλίῳ bis. vers. 19. Βίβλου pro τȣ̃ βιβλίου, ζωῆς pro τῆς ζωῆς, πόλεως ἁγίας pro τῆς πόλεως τῆς ἁγίας. Hinc est quod συμμαρτυρȣ̃μαι inepte posuit pro μαρτυρȣ̃μαι, quia in Latina Versione legerat: *contestor*; quomodo iste interpres solet simplex μαρτυρῶ vertere Act. XX. 26. Heb. VII. 8. 17. X. 15. Hinc etiam est, quod ubi ipsi Latini Codices variant, eam Lectionem imprudens sequitur, quae ab omnibus Graecis dissidet; quod denique ὄρθρινος pro πρώϊνος, ἔλθε bis pro ἔρχου, εἰ bis pro ἐὰν, & ἀφαιρήσει pro ἀφελεῖ. Uno verbo, haec interpretatio ex Latino in Graecum Erasmo adeo infeliciter cessit, ut Graeca ipsius a Graecis Codicum in tam brevi peri-

pericopa minimum tricies aberrent. Quin etiam existimo, quod ex parte etiam suspicatus est *Bengelius*, alibi passim, in hoc Codice Erasmiano Commentariorum Andreae, verba sacri contextus, quae aut revera, ut fit, aut Erasmi saltem judicio, non integra ab Andrea adscripta fuerant, ab Erasmo ex Latinae Versionis mendoso Codice fuisse addita. Ita cap. V. 14. post verbum προσεκύνησαν addit ζῶντι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, contra omnes Codices Graecos, & contra indolem Graeci sermonis, quae articulum τῷ ante ζῶντι requirebat: ex Versione Vulgata, quae habet *adoraverunt viventem in secula seculorum*; repugnantibus plurimis, iisque vetustissimis Codicibus Latinis. XVII. 4. μεστὸν ἀκαθάρτητος, iterum contra omnes Codices Gtaecos vocem nihili ἀκαθάρτης confinxit, ad versionem Vulgatam quae legit: *plenum abominatione*, ubi tamen Codices magno consensu habent, ut Graeci & Beda, *plenum abominationum.* XXII. 11. ὁ ῥυπῶν ῥυπωσάτω ἔτι, καὶ ὁ δίκαιος δικαιωθήτω ἔτι, ut versio Vulgata: *qui in sordibus est*, *sordescat adhuc*, *& qui justus est*, *justificetur adhuc:* contra scriptos omnes Codices Graecos, & plurimos Latinos.

Illud vero miror, cur Erasmus nactus Editionem Complutensem, cujus MSS. fidem alias tantopere praedicat, ista non, ut promiserat, restituerit, sed corruperit potius. Cum enim ipse in prioribus Editionibus Latinum *si* bis vertisset per εἰ, postea in Complutensi reperta conjunctione ἐὰν, non istam illi substituit, sed in quarta & quinta Edit. absurde utrumque posuit ἐὰν εἰ, reliqua vero retinuit, praecipue suum ἀφαιρήσει, quod in libris Sacris plane inusitatum est.

Quid quod Colinaeus, Stephanus, Haultinus, Beza & cum Elzevirio plerique omnes Typographi sequentes non Lectionem Codicum MSS. & verba autoris, sed verba Erasmi ex Latino versa pro genuino Textu repraesentaverint? quae sane supina est negligentia, & illis qui de Graecis fontibus adeo gloriantur, Versionemque Latinam contemnunt, minime condonanda.

Ut jam non repetam, quod Erasmus Lectionem eorum quos habebat Codicum Evangeliorum, Actorum & Epistolarum aliquoties temere mutaverit, cujus rei vestigia adhucdum in ipsis Codicibus manifesta conspiciuntur, praeter loca supra p. 44 allata. Act. IX. 5, 6. XV. 34. XVII. 5. XXIV. 6. quin neque ipse diffitetur, ultro ad amicos scribens, „ se Codices suos praecastigasse”.

Triennio post quam haec de Editione Erasmi scripseram, prodiit Amstelodami *Anonymi Basileensis Vindicatio Erasmi ab accusatione gemina Autoris prolegomenorum* in *Miscellaneis Duisburgensibus*, quorum supra feci mentionem p. 34. Agitur ibi de duplici errore, quem Erasmus commisit, tum in Lectione Inscriptionis Commentariorum *Theophylacti*, tum in lectione atque interpretatione ejusdem Commentarii in Luc. XI. 53. Mirabar primum, qui GEMINUM *illud potissimum* ei *sub oculos venerit*, reliquis omnibus, quae longe plura & graviora sunt, non secus acsi non scripta essent, neglectis. Si quis hominem multorum peccatorum accusaret, & his leviculum quodpiam obiter adderet, patronus vero accusati, illis omnibus profundo silentio praetermissis, hoc unum, idque non nisi ex parte excusaret, an reum ejusque causam defendisse, an prodidisse potius existimaretur? Hoc tamen fecit, qui personam patroni Erasmi sibi imposuit: cur autem fecerit, infra videbimus.

Videamus interim, quid afferat noster Anonymus; an contendit, Erasmum, quem ego bis aberrasse dixi, revera non errasse? Minime. *Dubium non est*, inquit, *quin ille verus titulus*, *quem ipse amanuensis Graecus pro veteri consuetudine minio exaravit*, *ita debeat legi*, *ut ejus verba profert Autor Prolegomenorum.* --- *Unde hoc illi ultro damus*, *potuisse Erasmum utique jam tum sibi cavere ab illo errore*, *quemadmodum postea sane eum suopte ingenio deprehendit & correxit.* --- *Venio ad alterum Errorem Erasmo exprobratum.* --- *Qui Codicem inspexere*, *non inficiantur*, *lapsum hic quoque in describendo vel potius*

potius in legendo Erasmum: primum voculam πᾶσιν omisit; — Siglam, quae τοῖς notabat, arripiens pro τῦ, & mox verum & genuinum pronomen τῦ pro ultima syllaba vobis ἀνόητυ habens, quod sine dubio facturus non erat, si non oculos ejus τ. illud versui superpositum effugisset. Erravit, fateor. Quid ergo mecum litigat? si ipsi licet fateri, Erasmum errasse, cur non & mihi idem dicere liceat?

Venio, inquit, *ad errorem Erasmo exprobratum, quem gravissimum vocat Criticus, qui sane nihil, quod non valde sit leve & frivolum, in medium attulit. --- Primo sensum* verborum Theophylacti in Luc. XI. 53. Erasmus *e lectione sua satis commodum, planeque etiam verum -- eruit. ---- Nam quod augendo & exaggerando crimini sensum inde emergentem, atque ab Erasmo ipsomet in Latina hujus loci perperam descripti versione repraesentatum, tantum non impium sibi noster dicit videri, plane calumniam sapit.* &c. Importunitas & mala fides hominis me cogit ipsam Erasmi Versionem, qua verba non Pharisaeorum sed Theophylacti exprimere voluit, producere ex Edit. 2. „Quod „ si quis mihi parum habet fidei, ipsius Vulgarii verba subscribam, quae nec „ transferre gravabor in gratiam eorum qui Graece nesciunt: --- Fit enim τὸ „ ἀποςομίζειν, cum plures interrogant unum de aliis atque aliis argumentis, „ tum enim, qui non potest respondere, speciem praebet stulti, quod hae- „ reat". Utere nunc tuis oculis, Lector, & expende utrum *pie* & θεοπρεπῶς Dominus noster in iis numeretur, *qui respondere non possunt*, quod Versio Erasmi, si verba, ut jacent, accipiantur, dicit? & utrum Censura hujus versionis sit *levis & frivola?* Praeterea *verum* non est, eum, qui respondere non potest, speciem praebere stulti. Speciem quidem praebet haerentis & ignorantis, & hanc quidem speciem non praebet nisi simplicioribus: nam si per naturam rerum omnino fieri nequit, ut simul & eodem momento ad plures quaestiones respondeat, prudentiores id nunquam cuiquam vitio vertent; at nec his nec illis speciem praebet stulti. Qui respondere non potest, non prodit stultitiam tacendo sed loquendo & respondendo: cujus rei exempla obvia sunt nec longe petenda.

Hactenus de erronea verborum Theophylacti interpretatione. Indicaveram porro Erasmum in Theophylacti uno versu bis, & in altero versu quater, non solum male legendo aberravisse, verum etiam errorem partim agnitum partim nec agnitum in omnes Editiones sequentes propagavisse. Fatetur hoc Censor meus, sed *facile tamen*, inquit, *aequi & candidi alienorum ingeniorum judices, libro diligenter inspecto, fatebuntur, dignum venia errorem admissum ab eo.* An hoc mihi objicit, qui & erranti libentissime veniam dare, & erroris monstrati veniam vicissim petere semper fui paratus? aut egone Erasmum apud Senatum Basiliensem accusavi, utque mea gratia, inauditus & indicta causa, damnaretur poposci? Egone parentem ejus virum optimum, cognatos & amicos, homines liberos & nobiles, ut mancipia mihi obnoxia dicteriis & opprobriis laceravi? ostia potentum, qui suffragiis suis mihi contra eum faverent, pulsavi? cerdones & pueros, ut contra eum de rebus, quarum nihil intelligebant, testimonium dicerent, subornavi? plebem & mulierculas & demagogos in eum concitavi? miseris clamoribus & libellis Ecclesias Helveticas & orbem terrarum, tanquam si Hannibal ante portas esset, turbavi terruique? ego denique non quievi, donec horum omnium sententiis Erasmus, quod Graecos codices scriptos nec recte legisset nec recte fuisset interpretatus, vel damnaretur vel damnatus esse saltem videretur?

— non hoc operum, mihi crede, meorum est.

Sed inquiramus etiam, quid personatus Erasmi patronus de suo cliente alibi senserit *Act.* p. 58. „Erasmum, inquit, sine ratione, initio saltem, plura loca „ N. T., quibus utimur contra hostes Deitatis Christi, ita explicuisse, ut illis „ magis

„ magis quam orthodoxis faverent; aliquando etiam de scriptoribus sacris non „ satis considerate scripsisse, quod postea vix excusare poterat, *& alia hujus-* „ *modi*, non possumus probare; quin etiam doctores reformati omnes, qui cae- „ teroquin ejus laborem maximis laudibus efferunt, ipsum in his deseruerunt". Judica nunc, Lector, uter atrocius & malignius Erasmum accuset, ego qui, in opere Critico, ejus errores aliquot Grammaticos notavi, quos errores esse nemo negat: an Censor meus qui, si placet, Erasmi vindicationem scripsit, simul autem, & quidem falso, ipsi errores Theologicos, qui haeresin, hoc est, crimen omnium invidiosissimum sapiunt, impegit? Aut judicent pro nobis Erasmi haeredes, qui certissime ejus fuerunt veri amici. Cum Critici, illis viventibus & superstitibus, eadem facerent, quae ego facio; cum S. Colinaeus; & R. Stephanus ab editione N. T. Erasmici passim recederent; cum alii ejus interpretationes magna cum libertate rejicerent, nunquam crediderunt haeredes Erasmi, hoc facto injuriam defuncto illatam fuisse: at cum A°. 1557. G. Farellus & T. Beza Wormatiam petituri Basileam transirent, & ea Erasmo objicerent, quae Theologi orthodoxi solent, nostro Censore approbante, gravissime & scripto sunt conquesti. Historiam ex schedis Bibliothecae *Faeschianae* exhibeo:

„ *Farellus*, Unusne, *inquit*, Erasmus condemnabit Lutherum, Zwinglium, „ Calvinum, Oecolampadium, qui fuit omnium mortalium deterrimus, im- „ probissimus, nequissimus, sceleratissimus, scelestissimus, perditissimus ac im- „ purissimus nebulo? *Th. Beza*, Arrianus, inquit, & qui omnem fidei Justi- „ ficationem sine Scriptura negavit, quod paratus sum coram omnibus Ecclesiis „ & Magistratibus testari atque palam facere.

„ Intelleximus haud ita dudum, *Farelle* & *Beza*, die vigesimo sept. proximi „ Septembr. hic in publico Sylvestris hominis diversorio, ante prandium, vos „ multis audientibus in *D. Erasmum Roterodamum* debacchatos: Et a Te no- „ minatim, *Farelle*, disertis verbis Erasmum omnium mortalium deterrimum, „ improbissimum, nequissimum, sceleratissimum ac impurissimum nebulonem: a „ te vero *Beza*, eundem Arrianum appellatum fuisse. Id si fecistis, sique san- „ ctae memoriae defuncti existimationem tot pudendis atrocibusque conviciis „ consulto lacerastis, Nos subscripti factum vestrum improbum ac puram putam „ calumniam dicimus, ut qui confidamus, persuasissimumque habeamus, eum „ ipsum Erasmum, vere ac pro meritis, a quoquam probo, bono & integro vi- „ ro ejusmodi calumniis conviciisque lacessiri aut proscindi nec posse nec debe- „ re. Haec, pro integerrimi viri memoria existimationeque tuenda, ne dissimu- „ laremus, legibus etiam civilibus admonemur. Dat. *Basileae*

„ *Bonifacius Amerbachius*, mea manu.
„ *Hieronymus Frobenius*, mea manu.
„ *Nicolaus Episcopius*.

Pergit: *Profecto SI ignorantiam vocare audeat Criticus, videat, ne ita ipsemet criminis multo gravioris incurrat notam. Facile enim plura alia ejusdem Codicis loca proferri queunt, in quibus eandem siglam, in qua explicanda semel cespitavit, & quae ei sola hujus qualiscunque erroris caussam videtur praebuisse, absque haesitatione ulla Erasmus rectissime legit* τοῖς. *Deinde vero idem etiam aliis in locis non paucioribus eandem litterulam* τ. *supra versum positam ultimae vocis syllabae initialem esse optime sese ostendit intelligere, syllabamque hancce postremam, prout ubique res, vox, sententia poscebat, scite ac probe explicuit & legit. Plane totus hic Basil.* Theophylacti *Codex siglis atque breviaturis scatet, & charactere minuto ac difficili est exaratus; quae res minime tamen impedimento fuit Erasmo, quo minus obscurissima quaeque loca recte atque emendate legeret ac explanaret. Docent id tot sententiae Theophylacti passim ex hoc eodem Codice ab Erasmo productae, quas qui in hujus Commentariis legerit, & cum Codicis Basil., ex quo ille hausit,*

ſcriptura contulerit, in iſta quoque parte litteraturae probe exercitatum fuiſſe Eraſmum, ac, dum modo animum intenderet, quicquid illud eſt ſalebrarum, facillime pede inoffenſo ſuperare potuiſſe, niſi plane iniquiſſimus ſit, ultro confitebitur. Haec ſi in me non dicuntur, extra oleas vagatur Cenſor: ſin autem me petunt, manifeſtae calumniae reus eſt. Ego enim *ultro confiteor*, Eraſmum non ignorantia fuiſſe lapſum, ſed paroramate. Et qui potuiſſem id non confiteri, cum ſcirem, omnes Codices tum editos tum ineditos, quos Eraſmus verſavit, haec compendia, vel has ſiglas, ultimas vocum ſyllabas exprimentes, & vocibus ſuperſcriptas, in ſingulis pene verſibus habere, ita ut, ſi eas legere neſcivit, omnino legere neſcierit? cum porro viderem, & has ſiglas & plures alias ab Eraſmo ipſo in prima editione paſſim (vid. p. 199.) fuiſſe expreſſas? Sed ita ſolent fraudulenti litigatores; dicta ejus, quem ſibi adverſarium ſumunt, ſicco pede praetereunt: ipſi vero affingunt, quae nec dixit nec cogitavit unquam, & quae, cum ſint falſa & abſurda, facile & magno tamen verborum ſtrepitu refellunt, ut ita imperitis & incautis glorioſam Victoriam reportaſſe videantur. Quid quod ipſe cenſor noſter in turpem prolapſus contradictionem hunc errorem Eraſmi, ut mox demonſtrabimus, haud obſcure *ignorantiam vocare eſt auſus?*

Sed age examinemus excuſationes ipſas, quarum duae priores ab Eraſmo, duae vero poſteriores a Cenſore noſtro ſunt excogitatae. Primum cauſatur feſtinationem. De ea ita Cenſor: *quam iniquum*, inquit, *cenſeri debuerit, tot optimorum ac ſtudioſiſſimorum hominum vota longo tempore fruſtrari & eludere, donec ſingulos apices Codicum ſuorum crebro & ſollicite excuſſiſſet, neque prius vel ſemel edere velle nativa ſua lingua Novum Domini Noſtri Teſtamentum, quam certum & exploratum haberet, ſeſe ne in una quidem vocula Vett. Codd. legenda explicandaque aberraviſſe!* Si *in una tantum vocula* Eraſmus aberraviſſet, excuſationem ne quidem neceſſariam judicaſſet: aliter loquitur Eraſmus ipſe, & res ipſa. Porro feſtinatio illa aut errores neceſſario peperit, aut non. Si non fuit neceſſaria errorum cauſa, Eraſmus excuſatione nec vera nec idonea uſus eſt: ſi fuit neceſſaria errorum, lapſuum, ſive peccatorum multorum cauſſa, certe & ipſa feſtinatio error, lapſus, & peccatum fuit. Quale enim eſt effectum, talis etiam cauſa eſt; ut adeo fruſtra idem per idem excuſetur.

Altera excuſatio erat, *vocabulum ob literas detritas legi vix potuiſſe. Quod porro*, inquit Cenſor, *ad nomen attinet Theophylacti, Codicem Baſil. inſpicienti manifeſtiſſimum ſit, litteras tres poſtremas plane ſiglis, & fugientibus quidem, ac vetuſtate, ſi non prorſus obſoletis, at confuſis certe ac perturbatis, fuiſſe poſitas.* Si literae A°. 1515. prorſus detritae & obſoletae fuerunt, quomodo & ipſe Eraſmus A°. 1518. & ego atque Cenſor meus nuper illas legere potuimus? an, quod prius evanuerat, iterum clarius apparuit poſtea? Porro ſi *Theophylacti* nomen ita detritum fuit, an ideo debebat legi nomen *Vulgarii* pro *Bulgariae?* Invenit cenſor pro ſua ſagacitate medium terminum, ut hoc ex illo conſequi doceret: *ultimam*, inquit, *ſyllabam* τȣ Bȣλγαρίας, *cujus primam quoque literam* υ *Graeco fere ſimilem eſſe a me ſupra annotatum eſt, ſic prorſus efformatam invenimus, ut nonniſi ab exercitato lectore atque in id unum intento ab* υ *diſtingui poſſit.* Id vero falſum eſt; cum βῆτα quando initio vocis vocali praeponitur, differat ab υ ψιλῷ, ut *u* Latinorum ab υ Graecorum; ſiglae vero, quibus in fine vocum literae ας vel ου exprimuntur, non minus inter ſe diſtinctae ſunt, quam ſunt ας & ου. Sive autem vox Theophylacti, quae certe ſcripta eſt, clare ſive minus clare oculis legentium appareat, negari non poteſt, eam *apertius patere expreſſam, quam Vulgarii*, quod nomen certiſſime nunquam ibi ſcriptum fuit, adeoque nec ita legi potuit. Obiter obſervo, Cenſorem noſtrum, ſcilicet ut Eraſmum vindicaret, illi novum errorem impingere, acſi primam literam vocis Bȣλγαρίας putaſſet eſſe Υ, quod ego quidem non exiſtimo; ſi enim potuit

potuit Graece ſcribere Δαβὶδ, & Latine *David*, ſi *Veronica* & *Beronice* promiſcue ſcribuntur; potuit in voce, de qua agitur, V Latino exprimere B Graecorum, quod apud ipſos ejusdem ſoni eſt. Mirum etiam eſt, Iſelio hic in mentem non veniſſe, quae ipſe in Praefat. T. III. *Lexici Hiſtorici* p. 24. de vocabis Βεσπασιανὸς, Βῆρος, Βίκτωρ, & Βαλέριος ſcripſerat.

Cum videret Cenſor, hanc excuſationem non recte procedere, confugit ad tertiam, difficultatem nimirum legendi ortam a compendiis ſcripturae. *Utriusque nominis*, inquit, *Bulgariae & Theophylacti extremae literae in Cod. Baſ. non ſunt expreſſae, verum ſiglis tantum, ſive lineolis decurtatae ſcripturae indicibus ſupra verſum poſitis, ſignificantur. --- Clarae quidem literae ſeptem priores* Θεοφυλα, *deinde vero intricati quidam nec ſatis cognoſcibles ductus ſupra verſum extant; aliud autem praeterea nihil. Quae contuentes in ipſo Codice, poſt edita Prolegomena, viri Graece doctiſſimi, & cum verbis noſtri Cenſoris componentes, non potuerunt non mirari audaciam Critici. ----- Plane totus hic Baſil. Theophylacti codex ſiglis atque breviaturis ſcatet, & charactere minuto ac difficili eſt exaratus.* Si ſiglae ſunt confuſae & perturbatae, intricati quidam nec ſatis cognoſcibiles ductus, & character Codicis eſt difficilis, quaero *cui*? Num Cenſori, ejusque amicis *Graece doctiſſimis*, & ſtudioſis, qui libros ſine compendiis & ſiglis typis excuſos terunt, & ad compendia & Codices ſcriptos ſtupent, non ſecus acſi characteres magicos viderent? at quid hoc ad Erasmum ejusque vindicationem? An Eraſmo ipſi? at quid hoc aliud eſt quam dicere, ipſum neſciviſſe literas, & ignorantia Graecarum ſiglarum aberraviſſe?

Quarta excuſatio haec eſt; *Nota, ſi placet, Codicem Baſilienſem duobus plane locis, primum in tegmine lignéo, deinde in charta a compactore agglutinata, titulum praetuliſſe vetuſta manu inſcriptum*: Vulgarius Archiepiſcopus ſuper Evangelia; *ut adeo in ipſo principio animi iniqui ac malevoli indicium Cenſor praebeat, qui hoc totum omittens plane ita loquitur, ut rerum ignari lectores omnem culpam erroris non poſſint non in* ſolum Eraſmum *conjicere. --- Qui paulum modo aequitatis ac moderationis ad Cenſuram Criticam attulerint, non gravate ignoſcent Eraſmo, qui in errorem hujuſcemodi pertractus ab aliis fuerat potius, quam ut eum ipſe primus erraret atque committeret.* At non ego dixi Eraſmum primum & ſolum erraſſe, ſed erraſſe: ſive autem primus & ſolus, ſive cum aliis & poſt alios erraverit, erravit tamen. Neque putavi ad meum officium pertinere; ut genealogias & origines errorum ſcriberem, & Eraſmum a monacho Dominicano, hunc vero a Cardinali Raguſino, & hunc iterum ab alio in errorem pertractum fuiſſe docerem; quid ſi enim primum erroris fontem indagare non poſſem, ideone error aut non eſſet error, aut non eſſet notandus? Ego ſcapham appello ſcapham, ubicunque invenero; nec ſollicite inquiro, aut quis illam primus fabricaverit, aut qui in illam poſtea, & longo temporis ordine, conſcenderint. Cumque Eraſmus nec hac nec illa, quae praecedit, excuſatione unquam fuerit uſus, valde dubito, utrum Vindicationem, ſi nunc illam audiret, calculo ſuo approbaturus, & autori gratiis actis dicturus eſſet: „ Bene de me ſcripſiſti. Falſo & per calumniam erroris ex incuria „ orti accuſatus fui: non fuit incuria ſed ignorantia; ſiglarum ductus erant tam „ intricati & mihi non ſatis cognoſcibiles, character tam difficilis, ut legere „ non potuerim. Item: non fuit incuria mea & parorama meum, ſed deceptus a „ Monacho Dominicano; cui tuto me credere poſſe putavi, errantem ducem ſecu„ tus ſum". Hoccine Eraſmianum eſt? Ego ſane qui multum me infra eruditionem & dignitatem Eraſmi eſſe ſcio, ita tamen me excuſare aut excuſari nolim.

Nunc, quod promiſi, indicabo, cur Eraſmum vindicaturus duos tantum ejus errores excuſare fuerit aggreſſus? cauſa haec eſt, quia non tam Eraſmi quam ſuos errores voluit excuſare; ideo Eraſmum in reliquis omnibus, qui longe plures & graviores erant, & ad N. T. editionem proprie ſpectabant, erroribus

deseruit atque indefensum reliquit, & non nisi eos, quos cum Erasmo communes habebat, attigit, scilicet

Πάτροκλον πρόφασιν, σφῶν δ' αὐτῶν κήδε' ἑκάστη.

Dicam apertius. *Anonymus Basiliensis* autor *Vindicationis Erasmi* fuit *Jacobus Christophorus Iselius*, *quondam Locorum Communium & Controversiarum Theologicarum Professor.* Cujus errorem cum deprehendissem, eumque Collegae ejus, qui tum forte aderat, &c, quid agerem, quaerebat, indicassem, quamprimum id ex ipso rescivit (rescivit autem citissime) ita exarsit, aut potius, cum natura non adeo malus esset, ita in me instigatus est, ut & bellum mihi statim indiceret, &, quoad vixit, incredibili, & plerumque irrito, semper autem molesto, labore id praecipue ageret, ut mihi noceret, meque contumeliis & maledictis vexaret.

Res ita se habet. Vir Cl. *Jo. Jacobus Breitingerus*, *nunc Ling. Graec. apud Turicens. Prof. P.* Vetus Testamentum editurus ex Codice Alexandrino, (quod anno demum 1732. perfectum est) initio anni 1728. Descriptione operis praemissa, ejusque pretio indicato, hortatus est eruditos, ut nomen suum profiterentur, & circiter tertiam pretii partem Typographo propediem solverent: iis vicissim tum alia complura tum *Codicis MS. Basileensis X. Seculi in Octateuchum Var. LL.* pollicitus. Simul etiam consilium suum *J. C. Iselio*, ut ab ipso adjuvaretur, per Epistolam significavit scribens: „ Statutum nobis est, „ Vir venerande, ut ex conspectu operis hujus plenius cognosces, novam hanc „ nostram LXX. Interp. Editionem *Variis MS. Codicum lectionibus vel prorsus non, vel minus integre hactenus editis* illustrare & locupletare. In illarum „ numerum adscripsi diversas lectiones in Pentateuchum Codicis MS. *Bibliothecae vestrae*, quem *X. seculi* aetatem attingere censuit vir literatissimus „ *Bern. de Montfaucon.* Qua vero ratione & quibus artibus pretiosissimi Codicis hujus usum impetrare mihi possim, Tu me, Vir Ven., *docebis*, & si „ minus in hoc genere, quod vereor, possis desiderio meo satisfacere, precibus „ tamen abs te impetrare me posse confido, ut mihi diversarum LL. copiam „ compares & indulgeas, quas vel ipse vel alius quidam Graecarum literarum „ peritus jam olim excerpserat. Suspicor enim olim a quodam vestratium cum „ eruditissimo de *Montfaucon* fuisse communicatas". Paulo vero post, d. 23. Aprilis ejusdem anni novam operis descriptionem publicavit, qua praescriptos fines, intra quos foret integrum, quibus luberet, dare nomina, amplius & ad Calendas usque Sextileis prorogavit, scilicet, ut ait, *ne exteri iniquis locorum spatiis exclusi laboris nostri fructu fraudari sibi viderentur:* pro Octateucho vero Basiliensi, cujus Varias lectiones promiserat, haec substituit: „ His uberrimi „ supplementi loco accedent diversae scripturae Variorum Codd. MSS., qui „ maximam partem cum editis hactenus collati non sunt: Sunt autem III. Bibliothecae Academiae Basileensis Codd. membranacei, quorum unus *Genesin* atque *Exodum* complectitur, secundus 4. *libros Regum* & 2. *Paralip.*, „ tertius denique *Jobum*, *Salomonis Proverbia*, *Ecclesiasten*, *Canticum*, „ *Sapientiam* & *Siracidem*; de quibus Vir. Venerandus & suis in rem litterariam meritis celeberrimus JAC. CHRISTOPH. ISELIUS S. TH. D. & „ PR. ita monet: Neque est sane quod existimes, ab ullo antehac esse cum editis collatos: nam quae paucae lectiones variae a Cel. Monfalconio allegantur, „ puto illas ego Mabillonium, vel si quis fuit alius, certis locis cursim inspectis, „ uti fere fit in peregrinatione ab hominibus eruditis, olim adnotasse".

Cum haec legissem, miratus sum hominis temeritatem, negantis Codices Basilienses *ab ullo antehac fuisse collatos*, quod nulla ratione ipsi constare poterat: eoque magis mirabar, quod scirem, non solum illos a me ipso cum editis accurate collatos, verum etiam primum Codicem A°. 1576. mensibus Octobri & Novem-

vembri Tubingam ad *Martinum Crusium* Professorem, qui illum *perlegit*, missum, tertii vero usum *Davidi Hoeschelio* petenti & editionem paranti A°. 1607. 1. Maji concessum fuisse! Cumque porro observarem, in priore descriptione Breitingeriana sermonem esse de uno Codice Basiliensi Octateuchi, a Montfalconio collati: in secunda vero ejus loco substitui tres Codices Basilienses, quorum unus nonnisi Genesin & XIV. priora Exodi capita, duo vere reliqui alios scripturae libros extra Octateuchum continerent; continuo suspicari coepi, a veritate hic aberratum fuisse, & quidem *loco alienissimo*, ubi nimirum *fide*, ut ait, *vera & Helvetica*, aliquid promittitur praestandum, & pecunia statim a contrahentibus exigitur. Ut ergo rem cognoscerem, adii Bibliothecam publicam, & consultis *Montfalconii Hexaplis* statim vidi *Iselium*, ambiguitate deceptum, *Codicem Basiliensem*, quem idem Montfalconius *apud PP. S. Basilii Romae* viderat, cum Codicibus vel Codice *Dominicanorum Basiliensium*, nunc Bibliothecae publicae, permutasse. Hic error multos alios peperit, & speciem ridiculam contradictionis sive contentionis inter Montfalconium & Iselium praebuit, cum, quae ille de cepis locutus erat, hic de alliis intelligeret. Codex Basiliensis *Montfalconii* erat unus, seculo X. exaratus, continens Octateuchum, & a Monfalconico collatus est: haec a Breitingero didicerat Iselius. Addit porro Montfalconius, in illo Codice desiderari fere totum librum *Geneseos*; se vero ex illo Codice accurate collato supra mille varias Interpretationes Aquilae Symmachi atque Theodotionis excerpsisse: Codices Basilienses *Iselii* sunt tres, diverso tempore seculo X. XI. & XIV. scripti, duo posteriores nihil ex Octateucho continent, primus autem habet Genesin; Montfalconius nec Basileam, nec aliquem Codicem MS. Basiliensem unquam vidit, sed Mabillonius, vel alius, illos cursim inspexit, & non nisi paucas quasdam Lectiones, in quibus Codices versionis τῶν O variabant, adnotavit. Quis credat, hanc duplicem descriptionem esse unius ejusdemque Codicis? id tamen putavit Iselius, & hanc opinationem suam in programmate, in quo nihil, nisi quod certo verum esset, proponi debebat, typis edi & in publicum spargi passus est. Hic est ille Iselii error, quae mea fuit infelicitas, a me indicatus!

Cur aliquid vidi? cur noxia lumina feci?
Cur imprudenti cognita culpa mihi?

Postquam *Iselius*, propter hoc vel suum vel meum peccatum, sex annos continuos vario obtentu me vexasset, & eo redegisse existimasset, ut contra eum hiscere non auderem, tandem A°. 1734. excogitavit *Depulsionem calumniarum sibi impactarum*, quam & Basileae edidit, & eodem anno tum in *Diario eruditorum* Parisino, tum per *Mercurium Helveticum* recenseri curavit. Ejus prima & potior pars est Historia *Codicis Basiliensis Montfalconii*.

Dico, *Iselium* temere asseverasse, Codices Basilienses *a nemine antehac cum editis esse collatos*. Quomodo id excusat? *Ecquis, obsecro*, inquit, *his ex verbis non intelligit, nulla me tum de re alia cogitasse, quam de collatione MSS. Codicum IN LUCEM PUBLICAM PROLATA?* At si hoc cogitavit, cur non disertis verbis expressit, cum verba contractus, ubi agitur de pecunia praesenti solvenda pro mercibus promissis, debeant esse clara & aperta? Deinde an omnino, cum epistolam scriberet, certo scivit, nihil ex Codicibus illis in lucem publicam prolatum esse? qui enim Hexapla Montfalconii non novit, non videtur multum studii ad Versionem V. T. Graecam ejusque varias editiones adhibuisse. De Martino Crusio respondet, *Crusius affirmat se eum Codicem διαναγνῶναι? Equidem non inficior, hoc vocis etiam de Collatione & Var. Lect. e libro aliquo excerptis posse accipi, quamvis ita usos esse Criticos recentiores haud facile accusator sit probaturus; Quapropter multo est similius vero, codicem ab illo collatum non fuisse; & hanc conjecturam firmat, quod Crusius ipse tantum*

 scri-

ſcribat, *ſe Codicem perlegiſſe.* Quid audio? an ego affirmavi, Cruſium & Hœſchelium codices illos contuliſſe, ut mihi incumbat onus probandi? annon ſimpliciter dixi, Iſelium temere negaſſe, illos codices a quoquam fuiſſe collatos, quod probare non poſſit? Sit autem conjectura ejus veroſimilis, multum tamen abeſt ab aſſeveratione rei certae, cui plenam fidem habere jubentur emtores pecuniam ſoluturi. Porro mihi tribuit, quod nunquam dixi aut ſcripſi; & lepidos errores imputat: *Ait*, *Eccleſiaſticum hujus noſtri Codicis a Davide Hœſchelio Viro Cl. olim collatum fuiſſe*, *cum illius uſum ab hac Academia impetraſſet*, *& varias inde lectiones in editione illius exhiberi. Ego contra hoc falſum eſſe dico.* Pergit, *ſed*, *an Hoeſchelius uſus fuerit*, *ac vel mitti ad ſe curarit*, *haud ſatis conſtat.* An autem ſatis conſtat, non uſum fuiſſe Codice, nec mitti ad ſe curaviſſe, nec contuliſſe; quod Epiſtola aſſeverat, & quod erat probandum?

Dixeram, tres iſtos Codices a me dudum fuiſſe collatos. Hanc meam affirmationem vocat ſplendidum mendacium. *Liquet igitur*, inquit, *ſi eorum*, *qui pariter mecum a Bibliotheca ſunt*, *Ven. atque Cel. Virorum teſtimonio ſtandum eſſet*, *quicquid iſto loco jactat*, *pro ſplendido mendacio habendum fore*, *& inter caeteras ejus vanitates Criticas referendum*, *quorum nimis multa tum in ſermonibus quotidianis*, *tum vel maxime in famoſis illis Prolegomenis ſuis pridem dedit ſpecimina.* Deinde affert *conjecturam*, ut probet *manifeſto non eſſe veroſimile*, *eos Codices integros* a me *collatos fuiſſe.* Haec eſt illa comitas Gallica, quam Pariſiis didicit Iſelius: ſed cum perſonam Theologi ſibi impoſuiſſet, putavit ſibi cum gravitate i. e. cum ſummo contemtu adverſarii loquendum eſſe; licet gravitas veri Theologi tantum diſtet ab effreni maledicentia, quantum rugitus veri leonis a ruditu aſini, exuviis leonis tecti. Ego quidem primum Codicem Baſilienſem contuli menſe Februario 1718. & ex eo quaſdam Variantes Lectiones & interpretationes excerptas poſtremae editioni *Commentariorum Jo. Clerici in Pentateuchum* praefixi A°. 1735. quin & eodem anno cum Viro Cel. J. *Alberti* communicavi, vid. *Gloſſarii Graeci* p. 212. Secundum Codicem contuli A°. 1719. menſe Decembri, ejus mentionem feci in Prolegomenis, ubi de *Theodoreto* egi. Tertium contuli menſe Martio 1718. Omnes variantes iſtas lectiones, Editioni *L. Bos* a me adſcriptas, cum collatione MS. *Cottoniani*, *Marechaliani*, *Coisliniani*, & *Sarraviani*, item cum *Hoeſchelii Editione Siracidae* aliiſque multis adhuc ſervo, unde Hexapla Montfalconii & in plurimis emendari, & altera forte parte augeri poſſent. Si Iſelio credis, ego nec hos tres Codices, nec ullum eorum, quos in Prolegomenis deſcripſi paſſim, aut vidi aut contuli: haec ſi ex deſcriptis Codicibus non ſatis refutata ſunt, prolata ſuo loco V. L. Sylva refutabuntur; ita eum, qui motum non dari contendebat, Diogenes ambulando refellit. Addo, me etiam quartum codicem Baſilienſem, notatum A. VII. 3., continentem Pſalterium Graeco-Latinum Seculi IX. & in prioribus Prolegomenis p. 36. deſcriptum, cum editis contuliſſe. Hujus Codicis collatio, qui & omnium antiquiſſimus eſt, & Pſalterium Turicenſe illuſtrare poterat, *Breitingero* ſine dubio fuiſſet acceptiſſima: illum tamen Iſelius & A°. 1728., & A°. 1734., poſtquam a me A°. 1730. indicatus fuiſſet, omnino ignoravit, quia nimirum Bibliothecarius ex ſolo Bibliothecae catalogo ſapiebat, in quo Codex inter Latinos non inter Graecos fuerat numeratus.

Dixi porro, erraſſe *Iſelium*, tribuendo Codicibus Baſileae in Bibliotheca publica, cui ipſe praefectus erat, ſervatis, quae Montfalconius Codici Patrum S. Baſilii Romae tribuerat. Id negat & pernegat *tenerrimae frontis homo*, acerbe conqueſtus, ſe *erroris literarii falſo inſimulari --- alienum lapſum*, *& hunc momenti non valde magni*, *falſo & inique ſibi attribui atque imputari*, *---- errorem alienum ſibi imputari.* Ego vero in ea ſum haereſi, ut exiſtimem,

&

& ducem atque autorem erroris, & quotquot eum sequuntur, pariter errare, imo aliquando eum, qui errantem sequitur, primo errante errare inexcusabilius: de hac re supra egimus p. 131. ad Excusationem Erasmi tertiam. Caeterum cum in posteriore Programmate fragmentum epistolae Iselii legerem, non sciebam, eum a Breitingero in errorem fuisse inductum, cum utique, quid iste illi in literis privatis scripsisset, scire nec possem nec deberem. Hoc de me confitetur Iselius: *scilicet ne ipsi quidem orta tum erat suspicio, falsum esse Cl. Breitingerum, in Codice illo Basiliensi agnoscendo.* Editurus dein Breitingeri epistolam praefatur: *ne vero accusator, fingi hic a me quicquam, effutire audeat, istam ei nunc jam conditionem dico: Mittat ad me quando volet cunque idoneos cognitores, qui fragmenta epistolarum jamjam adjicienda cum exemplaribus apud me extantibus omni cura componant & examinent. Si quod verbum vel si aliquam sententiam, occultandi caussa erroris, vel ad viam defensioni muniendam, additum, detractum inveniatur; ego protinus centum florenos in usum egenorum pendere sum paratus.* Credo illi, nec pecuniam deponenti nec jurato. Sed quid hoc ad rem? Nimirum, quia non potuit probare, quod erat probandum, nunc probat, quod non erat probandum.

Perpende, quae sequuntur p. 3. *Ego*, inquit, *rem certam atque exploratam ad me afferri PUTABAM*, *p.* 4. *quis jam non videt, de hac quidem re seriam adseverationem* Cl. Breitingeri *ante oculos habenti AMBIGERE NON LICUISSE?* p. 8. *quivis vel obiter illa intuens epistolarum fragmenta intelligit, haudquaquam a me quicquid illud est* παραβλεψίας *admissum esse, sed cum ego quidem* τὸ ἀκριβὲς, *sive ipsam rei veritatem, absque culpa mea ignorarem, tantum ei Viro Cl., quem certa & explorata ad me CREDEBAM referre, fidem adhibuisse.* p. 11. *Denique cum non possem tamen fidem abrogare Cel.* Breitingero *semel iterumque adseveranti, Codicem nostrae hujus Bibliothecae a viro Cel.* Montfalconio *laudari, & varias ex eo Lectiones exhiberi.* &c. Hactenus credidi, nec ulla inevitabili necessitate quenquam ad errandum impelli, nec amici officium postulare, ut amicum errantem sequatur. Sed agamus pressius. Fuerunt qui amicos plus oculis suis amarent: sed, qui amico magis quam oculis suis crederet, praeter Iselium, quantum sciam, repertus est nemo; quid enim? annon aperte videbat tres Codices non esse unum Codicem, & Genesin non esse Octateuchum? Porro cum asseveratio Breitingeri esset bipartita, tum Codicem Basiliensem Octateuchi a Montfalconio descriptum fuisse, quod & verum est, & ex ipso Montfalconio se didicisse in Epistola scribit, tum Codicem illum extare Basileae, quod falsum est: Iselius amico in iis, quae vere scripsit, fidem abrogavit: in iis autem, quae a veritate aberrans scripsit, fidem adhibuit; imo quod duo ejus amici, Montfalconius & Breitingerus, de Octateucho scripserant, verum non esse judicavit: quod vero unus, altero tacente, (imo contradicente) scripserat, credidit; & quidem Breitingero potius credidit, juveni tam parum in his literis accurato, ut eundem codicem eodem tempore in Programmate Octateuchum, & in Epistola Pentateuchum appellaret. Verum sic erat in fatis, ut Venerandus Doctor a juvene, epistola submisse scripta *doceri* cupiente, in errorem abriperetur, ne non hac etiam in parte Erasmum referret.

Pergit p. 4. *Ita mihi omnino persuadere debui ---- in alia profecto omnia iturus, quod nemo jam non videt, si paginas illas* Hexaplorum, *in quibus* Basiliensis codex *supra millies, & continua propemodum serie citatur, vel per somnium vidissem.* p. 9. *Obsecro te, mi lector, an ille ita scripsisset, an hujusmodi sibi finxisset conjecturas, cui lectae essent ALIQUANDO AUT SALTEM OBITER INSPECTAE* Hexaplorum Montfalconianorum *illae paginae?* p. 8. *Clarissime apparet, me loca illa Cel.* Monfalconii, *in quibus* Basiliensem Codicem *nominat, neque inspexisse tum, neque in mente habuisse.* p. 10. *respon-*

ſpondeo, ſi culpa haec ſit, eam a me libenter agnoſci. Non triviſſe multum, neque etiam in ſupellectile libraria ſua adſervare Volumen ejusmodi, quod certis tantum ſtudiis operanti, ac in ſingulari quadam parte ſacrae Critices verſanti conſuli debeat, magnam hactenus vituperationem non habuit. Haec ignorantiae confeſſio non potuit non magno conſtare viro eruditionis laude celebri, qui nunquam ad illam confugiſſet, ſi aliam elabendi rimam reperiſſet. Annon mirum eſt Bibliothecario, Bibliothecae viventi, cujus divina memoria ab adulatoribus unice & ſpecioſe quidem laudabatur, τῷ πάντ' ἐπαγγελλομένῳ εἰδέναι, Montfalconio porro familiari & amico, nec nota fuiſſe Hexapla, nec, ubi de Codicibus Graecis V. T. a Montfalconio deſcriptis agitur, in mentem veniſſe, ut Hexapla conſuleret? imo ſi ſaltem *Diarii Italici* notitiam habuiſſet, potuiſſet p. 212. invenire, quod & ipſum & Breitingerum in viam reduxiſſet. Sed nec hoc noverat: *operum*, inquit, *Doctiſſimi* Montfalconii *ad Criticem pertinentium nullum domi habebam, ac ne nunc quidem habeo.* p. 3.

Unum addit: p. 5. *minime ſuſpicabar, verba mea ab amico in vulgus editum iri -- Me inſcio ac minime praemonito feciſſe* Breitingerum, p. 7. *materiam criminationi ſuae petit ex literis a me ad* Cl. Breitingerum *ſcriptis, quarum hic fragmentum aliquod, mente quidem optima, ſed tamen me inſcio atque inconſulto, in lucem edidit. Mens* Breitingeri fuit, multis novorum Codicum lectionibus promiſſis, & fide atque autoritate *Iſelii*, literis majoribus in programmate ſcripti, interpoſita, multos emtores allicere; cur ergo Iſelius, ſimulatque de errore commiſſo monitus eſt, quod paulo poſt programma ſecundum contigit, non curavit ſtatim, ut tertium programma ederetur, in quo errores corrigerentur; promiſſis, quae praeſtari non poterant, & aſſeverationibus, quae probari non poterant, reſectis? Hoc pacto & honeſtius cum emtoribus egiſſet, & veritatis amorem oſtendiſſet, & omnem exprobrationis anſam in perpetuum praecidiſſet: Sed monſtranti errorem ſuccenſere potius atque nocere, quam errorem in tempore emendare maluit. Haec enim vera atque unica odii Vatiniani cauſa fuit, ----- Hinc hoſtis mi Iſelius, hinc inimicus.

Satis diu me detinuit *hiſtoria Codicis Baſilienſis*;

Cetera de genere hoc (adeo ſunt multa) loquacem
Delaſſare queunt Fabium; ne te morer, audi:

Conſilium eſt, *Iſelium* paucis, quae memoria mihi ſuggerit, ſimpliciter allatis argumentis χαρακτηρίζειν, (non ut illi aegre faciam, cui aegre facere nec poſſum nec volo, ſed ut me defendam intra moderamen neceſſariae & inculpatae tutelae, ſimulque animum vel tuum vel meum nunc defatigatum relaxem) tum ne porro Viri autoritate atque titulis invidioſe premar, tum ne temere p. 34. *hominem nullius judicii* vocaſſe videar. Quo peracto objectiones ejus innumerabiles κατὰ πόδα refutandi moleſtia me liberavero.

„ A°. 1701. d. 14. Junii, edidit *Iſelius* ſingularis doctrinae ſpecimen, „ quod contra ſententiam Jacobi Benigni Boſſueti Epiſcopi Meldenſis de Babylone Beſtiisque & Meretrice Apocalypſeos Johannis conſcripſerat". Cum non ignoraret, Calvinum acerrimi Virum judicii laudari, quod cum totam fere ſcripturam ſacram commentariis illuſtraſſet, ab Apocalypſi tamen interpretanda abſtinuit: noſter de decem beſtiae cornibus diſputando tirocinium poſuit.

„ A°. 1704. d. 7. Auguſti edidit ſpecimen Obſervationum atque Conjecturarum ad Orientalem Philologiam pertinentium, ac maximam partem ex vetuſtis „ Veteris Teſtamenti Verſionibus depromtarum"; ut indicat libri Titulus: verſa pagina habet hoc ad Lectorem monitum: „ Cum haec diſſertatio jam eſſet „ maximam partem excuſa, incidi in Edmundi Caſtelli V. Cl. *Varias lectiones* „ *Syriacas* & in ejusdem *Animadverſiones Samaritanas*, atque ibi deprehendi, „ idem ipſi circa tria vel quatuor loca Verſionum Syriacarum, & circa paulo „ plures lectiones Samaritanae Verſionis viſum eſſe, quod ego conjectaveram,

„ relicta

„ relicta tamen plerumque exigua quadam inter utriusque emendationem differentia. In ea re quemadmodum habeo, quod mihi gratuler, quod idem mihi circa ea loca ac tali viro in mentem venerit, ita cuperem tamen, ut id paulo maturius ad notitiam meam pervenisset, quo potuissem earum loco, quas ille praecepit, alias in medium proponere, aut saltem pauculas illas, quae mihi cum eo communes sunt, prorsus omittere". Hunc locum mihi monstravit Vir Cl. Jo. Ludovicus Frey, Iselii tunc aemulus, postea Collega, meus autem in Hebraicis & Syriacis praeceptor; simulque observavit, neminem Polyglottis Anglicanis uti posse, quin simul Castelli Lexico utatur.

In eodem specimine cap. I. 19. haec leguntur: „ Exemplum expositionis nugacis atque fabulosae afferam *Rabbi David Kimchi* ex praecipuis Judaeorum commentatoribus, is enim Notis in Haphtharoth in *Haphtharath Vajera* desumtam ex 2. Reg. IV. ut rationem reddat, unde mulier Sunamitis cognoverit, Elisaeum esse Prophetam (nam hoc siletur in Textu) non contentus est dixisse, ipsum in Israele communiter fuisse habitum pro Viro Dei & pro viro sancto, ut addit in commentario suo, qui extat in *Bibliis Buxtorfianis*; sed ex nugacissimis Commentis Rabbinorum suorum addit: *Rabbini nostri beatae memoriae dicunt*, *quod tum demum sciverit illum esse virum Dei sanctum*, *& non antea* (vel Latinius, *cum id antea nescivisset*) *quoniam non viderit muscam in mensa ejus*, *& LECTUM in Syndone ejus*, id est, *potuit hoc legi in Syndone ejus*, *eum esse prophetam*. At quis hoc istos nebulones docuit"? Ut nihil dicam de *Syndone* bis pro sindone scripta, postrema Rabbini verba vertit: *ET potuit hoc legi*, ac si essent affirmantis, cum sint negantis, ita ut illud *&* pro *nec* positum sit, quod clare patet ex ejusdem Kimchii commentario in 2. Reg. IV. 9. nisi si dicat Rabbinum secum ipso pugnantem scripsisse, ab eadem muliere eandem rem & eodem tempore simul & visam & non visam fuisse. Ex eodem Commentario videre poterat, vocem קרי, quam *lectum* interpretatur, non esse, ut putabat, primi, sed quarti casus. Denique non cogitavit Interpres & Censor noster de alia, eaque loco Rabbini multo convenientiore, ejusdem vocis קרי significatione, quae si ipsi venisset in mentem, credo, *exemplum turpiculum non attulisset*.

„ A°. 1709. d. 21. Maji edidit *dissertationis Academicae*, *qua aeternitas mundi argumentis Historicis confutatur*, *Partem* I." Ubi, postquam docuisset *apud Babylonios* 480000. *annorum observationes siderum coctilibus laterculis esse inscriptas*, *teste Plinio*, & *Cicerone* qui eos 470000. *annorum monumentis comprehensa continere scribit*; ita pergit: „ Si quis tamen a nobis postulat ut has nugas serio refutemus, ille paucis ita habeat: Primum ipsos sibi hac in re turpiter contradixisse Babylonios, quando *Diod. Sic.* teste l. 11. p. edit. H. Steph. 82. *majori adhuc hiatu quadraginta septem myriades & tria millia annorum* suis observationibus arrogant, id est, si quis hunc immanem numerum latine expressum cupit, *annorum quater millies & septingenties millena triaque item millia*". Tunc ego sedecim annorum puer, qui Arithmeticae & Geometriae elementa discebam a Celeberrimo Viro *Joanne Bernoullio*, provocatus, ut mos est in Academia, ad opponendum, fassus sum, me nec hanc Latinitatem intelligere, quae 473000. annos exprimat per 4703000, nec contradictionem turpem & immanem inter Ciceronem, Pliniumque, & Diodorum Siculum videre posse. Caeterum Autor hujus dissertationis tam parum tum aliis tum sibi ipsi satisfecit, ut partem primam aliae partes nullae fuerint secutae.

A°. 1711. pro vacante Cathedra Theologica Dissertationes edere coepit de *Canone Novi Testamenti*, ubi postquam κατ' ἄρσιν docuisset, quis Canonem *non* concinnaverit, & contra Pontificios Dissertationibus quatuor per omnia secula eundo evicisset, nos illum nec a Conciliis, nec a Pontificibus, nec a Patribus habere;

bere: ubi ad rem ipsam ventum est, aqua ipsi haesit & obmutuit, ita ut operosa Autoris nostra eruditione non facti simus doctiores quam eramus dudum.

A°. 1712. *a. d. X. Cal. Maji recitavit Orationem funebrem consecrandae memoriae viri plurimum Venerandi atque excellentissimi Johannis Rudolphi Wetstenii SS. Th. D. & Nov. Test. in Acad. Bas. Prof. Celeberrimi.* Post orationem *dictam* prolixas preces attexuit, quarum hoc est initium p. 49. „ Jam te oramus SACROSANCTA TRINITAS, Tuum sunt beneficium „ faventis amantisque viri egregii, & pietate praestantes. Sed & EADEM TU, „ vitiis nostris *irritata*, adimere illos rursum, &, quam inter homines incassum „ accenderant, virtutis doctrinaeque facem, tollere consuevisti": Finis autem p. 53. „ Denique sic nos vivere his in terris doce; ita Legi tuae illi divinae „ jube auscultare, ita sanctissimum Salvatoris nostri, FILII autem TUI, da se- „ qui & exprimere exemplum, ut post obitum quisque suum rursus cum *Wet-* „ *stenio* nostro conjungamur in cœlis, & inter innumerabiles beatorum animo- „ rum choros Tibi laudes hymnosque aeternum concinamus. Audi DOMINE, „ DOMINE juva PER JESUM CHRISTUM DOMINUM! Amen". Preces istis similes prius non audiveram (& utinam nec postea audivissem!) nec legeram nisi apud SYNESIUM in *Hymnis*:

σὺ πατὴρ, σὺ δ' ἐσσὶ μάτηρ,
σὺ δ' ἄρρεν, σὺ δὲ θῆλυς ----
σὺ τὸ τίκτον ἔφυς,
σὺ τὸ τικτόμενον ----
ἀμερίστως ἐμερίσθη ----
πάτερ αὐτοπάτωρ,
προπάτωρ, ἀπάτωρ,
υἱὲ σεαυτοῦ ----
αὐτὰ μάτηρ,
αὐτὰ γνωτὰ,
αὐτὰ θυγάτηρ, ----

A°. 1716. *a. d.* 10. 13. 17. *& 20. Martii publice disputavit Dissertationem Theologicam primam de Controversiis Ecclesiae Anglicanae, ejus Episcopatum, atque adeo distinctionem Episcoporum atque Presbyterorum expendentem.* Postquam centum paginas complevisset, ut probaret voces ἐπισκόπου & πρεσβυτέρου in scriptis Apostolicis esse ἰσοδυνάμους, tandem vidit *Hammondum* in eadem esse sententia in *Act.* XIV. 30. qui etiam in Dissert. IV. c. VII. 12. scripserat: *ex concessa vocabulorum* ἰσοδυναμίᾳ *nihil Presbyteranorum causae accrescere posse.* Peccavit ergo ignoratione elenchi Iselius, cum Angli uno ore dicant, non de vocibus sed de re esse controversiam. Ne vero peccasse videretur, Hammondum accusavit scribens p. 100. „ mutasse ipsum sententiam, li- „ cet, aliter se *antea* sensisse, minime sibi declarandum duxerit". Si vero *J. Fello*, scriptori vitae Hammondi, operibus ejus praefixae, credimus, *antea* de *annotationibus* in N. T. cogitavit, quam de *dissertationibus*; utrumque vero opus *simul* & eodem tempore tractavit; licet istud brevius biennio citius illo prolixiore in lucem publicam prodierit. Nec hanc telam, quam exorsus erat, continuavit Iselius.

A°. 1717. venit Parisios, ad quam urbem eodem fere tempore ex Anglia redieram. Accidit aliquando, cum museum Abbatiae S. Genovefae lustraremus, ut Reverendus *Petrus Franciscus Courrayerius* Bibliothecarius nummum Graecum monstraret, quaereretque ex Iselio, utrum eum genuinum an adulterinum judicaret? Is sine haesitatione respondit genuinum esse, & habere omnia signa γνησιότητος, characterem literarum, rubiginem & rimas. Cum vero idem nummus in manus *Andreae Faeschii*, quem aliquoties laudavimus, fuisset traditus,
sta-

ſtatim is pronunciavit eſſe adulterinum. Perculſo *Courrayerio* & interrogante: quomodo de nummo judicium ferre poſſet, quem nondum inſpexiſſet? Reſpondit, ſe ex levitate nummi, quam manu ſentiret, certo ſcire, nummum non eſſe cuſum ſed fuſum. Poſtea oſtendit, & literas imperite exaratas, & fiſſuram lima factam, & rubiginem arte atque fraude inductam eſſe.

Solebat porro *Iſelius* marginibus librorum tum manuſcriptorum tum typis excuſorum, quos ex Bibliotheca vel publica vel amicorum acceperat utendos, ſuas emendationes atque interpretationes adſcribere, nec ullis poſſeſſorum querelis moveri poterat, ut manum ab alienis libris abſtineret, licet parum eleganter literas pingeret. Vidi A°. 1745. *Urſtiſii Chronici Baſilienſis exemplar* Bibliothecae publicae, ita ab eo, ut loquebatur, *ornatum atque illuſtratum.* Prius etiam, cum pro more tractaſſet librum *C. Patini de re numiſmatica*, ex eadem Bibliotheca, Bibliothecarius vero librum ceu deformatum atque foedatum recipere noluiſſet, coactus eſt Iſelius aliud libri exemplar a V. Conſult. *Andrea Faeſchio*, cujus pater Patini haeres ſcriptus fuerat, petere. Haec res peſſime ipſi ceſſit in duobus MSS. voluminibus *Joannis Cardinalis de Segovia*, continentibus Hiſtoriam *Concilii Baſilienſis*; horum margini *variantes Lectiones ex collatione optimarum Editionum*, ut & ſuas conjecturas adſcribi curavit, donec, re ad Senatum Ducentumvirorum delata, notata ſua non in margine codicis, ſed ſeorſim in ſchedis ſcribere juberetur. Multas valde ridiculas notas & vidi apud Rev. Abbatem *Jordanum*, qui Pariſiis, ut hos codices deſcriberet, miſſus erat, & ex eo audivi. Unam recordor: cum in hiſtoria de quodam Papa diceretur, illum *mortuum eſſe aſellando*; Iſelius de ſignificatione vocis diſputans annotavit *intelligi operis obſcoeni patrationem.* Quid intellexerit, divinare nec poſſum nec volo: ſed perperam intellexiſſe doceor ex *Gloſſario du Cangii* „*Aſellare* eſt „ opus naturae facere, ut dicitur: dum aſellaret, emiſit inteſtina. Eſt pro *ad*-„ *ſellare, ad ſellam ire*, ut apud Gallos *aller à la ſelle*". Nec meis libris magis pepercit Iſelius, cum eſſet amicus, quam mihi, poſtquam factus eſt hoſtis. Habebam exemplar aliquot Epiſtolarum ſcriptum ante hos annos ducentos, in quibus dantur Conſilia Theologica Reformatorum, de ineunda concordia inter Eccleſiam Gallicanam & Eccleſias Proteſtantes Germaniae & Helvetiae, ad *Guilielmum Bellajum* legatum regis, quas *H. Grotium* typis excuſas habuiſſe diſco ex Oper. ejus Theol. Tom. IV. p. 634. Eas cum Iſelio communicaveram: cum vero reddidiſſet (reddebat enim, quae mutuo acceperat) deprehendi varias ejus annotationes margini libelli mei adſcriptas, quas nunc hac occaſione producere decrevi.

Ex Epiſtola *Caſpari Hedionis* Argentorato 28. Aug. 1534. ſcripta: „Chry-„ ſoſtomus in Commentariis ad Timotheum: Nulla creatura communis & im-„ munda. Si [x] *communis* ſit, medicamentum eſt in promptu, ſignum crucis „ illi impone, Gratias age Deo, Deo gloriam refer] [x] Videtur legendum *com*-„ *mune*": Chryſoſtomus quidem ſcripſit κοινὸν ſc. κτίσμα; ſed Latine dici non poteſt *creatura commune.*

p. p. „ Ego optarim Collegia & Monaſteria [x] *Semnia* eſſe, hoc eſt, loca „ honeſtorum, ut Euſebius inquit.] [x] puto leg. *heterias* ex Graeco ἑταιρίας, li-„ cet in Euſeb. quaerere nunc non vacet".

p. p. „ Haec, mi *Ulriche*, intra paucas horas, quemadmodum noſti, ut „ Dominus donavit, qui ſpiritum conſilii dat, [x] *cuique* ad menſuram, huc con-„ geſſi] l. *cujus*". Vide *Rom.* XII. 3. *Ephes.* IV. 7.

Ex Epiſtola *Conradi Pellicani* ſcripta Tiguri 17. Januar. 1535. „Monachi „ ſunt docendi ex Verbo Dei, non ſecundum traditiones humanas, ſi [x] contra-„ riae deprehenduntur ſcripturis Canonicis.] [x] deeſt puto, *non*". Ego non puto; id enim ſi ſcripſiſſet Pellicanus, omnem concordiae redintegrandae ſpem praecidiſſet.

Ex Epiſtola *Heinrichi Bullingeri* ſcripta 17. Januar. 1535. „ Conſulemus „ ergo omni modo, ſic eſſe ſarciendam concordiam, ut ipſe Dominus ſarciri „ voluit verbo veritatis, & ut omnia noſtra ad * *vivum quoque* ſecundum ſcripturas & exempla Apoſtolorum, ſive veteris Eccleſiae, exigantur, componanturque] * forte haec & ſequens vox legenda *unum quodque*".

Ex Epiſtola *Oswaldi Myconii* ſcripta Baſileae 29. Januar. 1535. „ Praeter „ haec, quae viri pariter docti & pii in praeſentia ſcripſerunt, non aliam vi„ deo habere rationem, quam pro communi Concordia ſic olim poſſe diſputa„ ri. Nihil definiunt enim in mediis. Ad Synodum aliquam intendunt igi„ tur. Quamvis autem in ſpeciem quaedam diſſentiant, animi tamen illorum „ non diſſentiunt, ſcimus. Tam * *locis* inter ſe diſſident, ut conſtet ex tam „ mirabili conſonantia, quis ſpiritus mentes eorum poſſederit] * forte ſcripſit „ Myconius *toti*, pro omnes, quod ſane ab ejus ſtylo non abhorret; vel forte „ etiam: *leviter*". Quid Myconius ſcripſerit, ego quidem clare video intelligoque: emendationem Iſelii me non capere fateor.

Denique A°. 1731. ab Iſelio cum praefatione paginarum 37. curata eſt „ SE„ BASTIANI CASTELLIONIS Dialogorum ſacrorum nova editio, notis „ quibusdam aucta, quae ex Collatione diverſarum editionum ab ipſo Caſtel„ lione curatarum cunctas ſimul Caſtellionaeas hujus libri editiones exhibeant". p. 254. hanc habet notam: „ *Duo ſenatores*, *concio*, *Suſanna*, *Daniel puer.*] „ Medinenſis [editio] hoc loco inter perſonas colloquentes refert quoque *Se„ nat*, ut Senatum ipſum indicet. Recte. Nam poſtea in Dialogo diſtinctionis „ gratia, cum accuſatores Suſannae, Senatores illi nequam, deſignantur, in „ cunctis edd. conſtanter voces DUO SEN. praefiguntur, Senatuique contra „ viciſſim ſuae dantur partes praemiſſo SEN. Qua propter, quod obiter noto, „ hoc fere uno in loco ex Med. exemplo Oporinianam atque adeo hanc no„ ſtram edit. emendavimus". Primo vocem *Senat*, ſi Gallice ſcripta intelligatur, Latinis *Senatum* ſignificare, eſt extra controverſiam: at inter notam Latinam *Sen.* & *Senat.* eam eſſe differentiam, ut illa *ſenatores*, haec *ſenatum* neceſſario ſignificet, quomodo probari poſſit, non video. Deinde Senatus hic nullae ſunt partes; quod hiſtoriam Suſannae legenti manifeſtum eſt. In colloquio Caſtellionis bis quidem loquuntur *Duo Sen.* de quibus nulla eſt quaeſtio: ter autem vel loquitur vel loquuntur SE. Secundo quidem loco certiſſimum eſt loqui *Senatorem* unum, & tertio loco alterum, poſtquam alter ab altero juſſu Danielis ſejunctus fuiſſet, neutiquam vero *Senatum*; niſi ſi dicas, Senatum non judicis ſed teſtis partes egiſſe, & ſibi ipſi turpiter contradixiſſe, & Danielem ad Senatum bis dixiſſe: *Probe in caput tuum mentitus es.* Primo autem loco, ubi verba commatis 50. repetuntur, loquuntur Duo illi ſenatores, ſed ironice. Nullum ſaltem indicium eſt, aut ſcriptorem Hiſtoriae Suſannae aut Caſtalionem de Senatu aut Senatoribus aliis praeter duos illos cogitaſſe. Caſtalio, cujus αὐτόγραφον Verſionem Dialogorum Gallicam nunc ante oculos habeo, primo loco habet LES A. ſecundo vero & tertio L'AN. quorum illud *ſenatores*, hoc *ſenatorem* unum denotat. Cum Iſelio Dialogum manu Caſtalionis ſcriptum oſtendiſſem, exemplari Dialogorum editorum ab eo donatus ita diſceſſi, ut nec me ab illo, nec illum a me intelligi non obſcure agnoſcerem. An illius an mea culpa id factum fuerit, lectoris eſto judicium.

Poſtquam A°. 1726. & 1727. quatuor in folio voluminibus Baſileae recudi curaſſet Germanice *Lexicon Hiſtoricum & Geographicum*, & in praefatione p. 26. monuiſſet, in prioribus editionibus *Articulos macros* reperiri; *Fritſchius* Bibliopola, in ſuam poſſeſſionem involari conqueſtus, repoſuit, *Iſelium* ex macris feciſſe *Articulos Hydropicos.* Hoc dicterio irritatus Iſelius, praefixit Tomo tertio praefationem alteram quadraginta paginis conſtantem, ſcilicet ut verboſitatem objectam excuſaret; in fine addens „NB. Nuntius mortis Biblio-

„ polae

„ polae Lipſienſis publicationem hujus praefationis jam ſcriptae impedire non „ potuit, quia uti ante, ita etiam nunc, intereſt & veram rei geſtae narrationem „ in publico proponi, & Lipſienſium atrocem criminationem repelli". Eadem excuſatione & ego nunc uti poſſem, ſed eſt & alia potior ratio; licet enim *Iſelius* vivere deſierit, vivit tamen adhuc ejus ſocius, belli Theologico-Critici mihi indicti, imo non indicti ſed illati, dux & concitor, qui unus & ſolus, non coetu facto & inconditis clamoribus, nec per cuniculos & homines ſubornatos agere, ſed ratione, quae ſcripſi & quae mox adjiciam, ſi poteſt refellere, etiam debet.

De Editione Colinae.

Simon Colinaeus, Roberti Stephani vitricus, edidit Pariſiis A°. 1534. Novum Teſtamentum Graecum in octavo; cujus hic eſt titulus: Η ΚΑΙΝΗ ΔΙΑΘΗΚΗ. Ἐν Λευκετίᾳ τῶν Παρησίων, παρὰ Σίμωνι τῷ Κολιναίῳ, δεκεμβρίου μηνὸς δευτέρα φθίνοντος, ἔτει ἀπὸ τῆς θεογονίας α. φ. λ. δ. Cum praefationem nullam dederit, qua doceremur, quomodo in hoc negotio fuerit verſatus, ad conjecturas ex conſideratione Textus ipſius petitas confugere cogimur. Ut plurimum expreſſit Editionem *Eraſmi*, interdum tamen deflexit ad *Complutenſem*, ut in titulis trium Evangeliſtarum & alibi: at multo ſaepius MSS. eſt ſecutus, *Stephani* in primis ιδ. qui nobis eſt *duodecimus* in Evangeliis, in Actis vero & Epiſtolis ejusdem *Stephani* Codicem ια, quod & Millius vidit prol. 1146. & 1171. Forte etiam Kuſteri Pariſienſibus 1. & 6. qui nobis ſunt Evangeliorum *decimus* & *decimus tertius*, eſt uſus, quod ex lectionibus horum Codicum ſingularibus, quas & Colinaeus habet, conſtat.

Venit autem Colinaeus in ſuſpicionem duplicem Textus N. T. mutati, non ex fide Codicum Graecorum, ſed vel ex Verſione Latina vel ex conjectura. Altera ſuſpicio fuit *Pauli Colomeſii* qui Bibl. ſel. p. 207. notat „ conformatam „ eſſe hanc editionem ad Vulgatam Verſionem locis compluribus, etiam ubi „ Vulgata vitioſa eſt" nimirum quia Codex, Stephano ια. dictus, quem Colinaeus ſaepe ſecutus eſt, conſonat cum verſione Latina, & ad illam eſt compoſitus, quod & *Caſtalio* & *Eſtius* in 1. Pet. III. 19. agnoverunt, & tum res ipſa tum inprimis ordo verborum teſtantur. Altera fuit *T. Bezae*, qui adverſus *S. Caſtalionem*: „ Citas, inquit, *Colinaei* exemplar, quod non magni facio, niſi aliorum Codicum conſenſu adjuvetur; quoniam reſcivi, multa fuiſ- „ ſe in eo a quodam, alioqui linguae Graecae doctiſſimo, ex ſolis conjecturis „ emendata". Huic tamen rumori vago praefero ſententiam J. Milli affirmantis, id a Colinaeo aut nunquam aut rariſſime, (certe non ſaepius, quam vel antea ab Eraſmo vel poſtea ab ipſo Beza) factum fuiſſe; in hac ſententia multum fui confirmatus, cum ex *decem locis*, quorum nullum in Codicibus apparere veſtigium Millius, ſed timide, ſuſpicatus eſt, *ſex* in Codicibus Stephani ια. & ιδ. legi deprehendiſſem.

Denique Millius Colinaeo objicit „ quod, *Exemplaris unius aut alterius* prae- „ ſidio fretus, facile nimis a recepta priorum Editionum & quidem MSS. librorum „ complurium lectione receſſerit; idque ſubinde frivole, temere, & reclaman- „ te omni ſaniori judicio: quale enim illud quod παρὰ ſummo librorum conſenſu „ munitum *unius & alterius* Codicis fide mutarit in περὶ? Quid hoc, quod „ λεγόμενον, quod omnium Editionum & Codicum fere eſt, fecerit καλούμενον, „ *ex uno* forte *& altero* Codice? Mihi certe καλούμενον illud nuſquam occurrit, „ niſi in duobus codicibus MS. Quam intolerabile autem hoc, ſollicitare ſtabilitam „ & citra omne dubium germanam lectionem?" Haec Millii declamatio locum quidem haberet, ſi noſtro ſeculo Colinaeus N. T. edidiſſet - ſed quo jure ipſi

vitio dari possit, quod usus est potius Codicibus, quos habebat, paucis, quam Codicibus multis, quos nec habuit, nec habere potuit, non video.

Ea autem fuit Colinaei modestia, ut locum 1. Jo. V. 7. 8., ab Erasmo jam in duabus Editionibus receptum, invitis Codicibus Textui suo inserere non auderet.

De Editione Bogardi.

Titulus huic editioni praefixus ita habet „Novum Testamentum Graece & „ Latine, juxta veterum, cum Graecorum tum Latinorum, emendatissi- „ ma exemplaria, accuratissima cura & diligentia D. Erasmi Roterod. jam de- „ nuo & collatum, & postrema manu castigatum. Accesserunt in fine operis „ lectionum varietates ex diversis exemplaribus, (quibus usi fuimus in hac editio- „ ne) vetustiss. collectae. Parisiis Veneunt apud *Jacobum Bogardum* sub insigni „ divi Christophori, e regione Gymnasii Cameracensis. 1543." In fine haec adduntur: „ Variarum Lectionum tum dictionum tum sententiarum annotationes „ ex diversorum exemplarium alibi excusorum atque adeo manuscriptorum collatio- „ ne deprehensae" paginis septem. Postremo: „ Parisiis excudebat *Carola Guil-* „ *lard*, via ad divum Jacobum, sub sole aureo". Quibus verbis libraria quidem taberna & Typographia indicantur, nomen vero viri docti, qui editionem curavit, tacetur, neque aliud quid promitti videtur quam editio postrema Erasmi repetita. Revera tamen in hac editione ab Erasmi quinta in sola Apocalypsi circiter centies, in reliquis vero libris plus centies discessum est; plerumque autoritate editionis *Colinaei*, aliquando etiam *priorum Erasmianarum*, rarius *Complutensis*. Denique ex variis lectionibus constat, editorem nostrum, quisquis ille fuerit, usum etiam fuisse post Colinaeum Codice, qui *Stephano* postea dictus est ιϛ. Vid. ad *Matth.* VII. 25. X. 11. XIII. 43. XX. 22. XXVII. 42. Marc. XV. 11. Jo. IV. 54. Caeterum rationibus praecipue Grammaticis videtur inductus fuisse, ut Textum Erasmi vel ex aliis editionibus vel ex conjectura sua hinc inde immutaret.

De Quatuor Stephani Editionibus.

Robertus Stephanus N. T. Graece edidit, 16°. A°. 1546. 7. Id. Novemb. „ Quo quidem in opere excudendo, inquit ipse in Praefatione, eandem qua „ in caeteris uti solemus diligentiam, majorem etiam ut par erat religionem „ praestitimus. Siquidem Codices nacti aliquot ipsa vetustatis specie pene ado- „ randos, quorum copiam nobis Bibliotheca Regia facile suppeditavit, ex iis „ ita hunc nostrum recensuimus, ut nullam omnino literam secus esse patere- „ mur, quam plures iique meliores libri tanquam testes comprobarent. Adjuti „ praeterae sumus cum aliis tum Complutensi Editione.

Hanc Editionem expressit etiam *Benedictus Prevotius* Bibliopola in vico Jacobaeo, per *Petrum Haultinum* typographum in vico Frementello, ad clausum Brunellum, sub insigni Stellae aureae, eadem forma Lutetiae Paris. Idibus Martiis A°. 1549; ita tamen ut, numerante Millio prol. 1219., quinquaginta locis illam desereret, & Erasmicam sequeretur.

Secunda Stephani Editio est A°. 1549. IV. Id. Octobr. eadem forma, iisdem typis, eadem praefatione, imo eodem numero paginarum ac linearum.

Tertia eaque elegantissima Stephani Editio est in folio A°. 1550. 17. Kal. Jul. qua quid praestitum sit, praefationis sequens principium docet: „ Superio- „ ribus diebus, Christiane Lector, N. Domini J. C. Testamentum — cum „ vetustissimis XVI. scriptis exemplaribus quanta maxima potuimus cura ac di-

„ li-

„ ligentia collatum minori forma, minutioribusque regiis characteribus tibi excudimus; Idem nunc iterum & tertio, cum iisdem collatum, majoribus vero „ etiam regiis typis excuſum tibi offerimus. ---- primo Complutenſem Editionem intelligas, quae olim ad antiquiſſima exemplaria fuit excuſa, cui certe „ cum noſtris mirus erat in plurimis conſenſus. Graece: τὸ δὲ α. βιβλίον ἐστὶ τὸ ἐν Σπανίᾳ ποτε τυπωθὲν, κατά τινα ἀντίγραφα τῶν ἀρχαιοτάτων καὶ ἀκριβεστάτων. ſecundo &c.

Quarta denique Stephani Editio prodiit Genevae 1551. in Octavo. Textus idem eſt ac praecedens; niſi quod ſingula Capita in certos verſiculos nunc demum diviſa fuerint: cujus inventi his verbis meminit filius H. Stephanus praefatione praefixa Concordantiis Graecis N. T. „ Ultimum, quod in literas Sacras, vel potius earum lectores, parens meus Robertus contulit beneficium, „ minus aliis non fuiſſe, qui judicant, non inſagaci eſſe judicio videntur ---- „ Lutetia Lugdunum petens hanc, de qua agitur, Capitis cujusque catacopen confecit, & quidem magnam ejus inter equitandum partem. ---- inventum illud „ ſimul in lucem ſimul in omnium gratiam venit, ſimulque in tantam autoritatem, ut quaſi exauctorarentur aliae T. N. ſive Graecae ſive Latinae ſive Gallicae ſive Germanicae ſive in alia vernacula lingua Editiones, quae inventum „ id ſecutae non eſſent.

His explicandis ſequentia addimus. 1. Codices MSS. non a Roberto Stephano, ſed ab ejus filio, tunc temporis octodecim annorum puero, aut inſpectos, aut cum editis collatos fuiſſe; id quod tum ipſe praefatione N. T. 1587. editi innuit „ plusquam triginta veteres Scripturae libros VIDI, partim in regis Galliae Bibliotheca, (quorum autoritatem & fidem pater meus in illa editione grandi ſecutus eſt,) partim in Italicis"; tum etiam *Th. Beza* manifeſtius ab ipſo didicit, & in dedicatione N. T. Eliſabethae Angliae Reginae A°. 1564. his verbis expoſuit: „ Ad haec omnia acceſſit exemplar ex Stephani noſtri Bibliotheca cum XXV. plus minus vetuſtis Codicibus & omnibus pene „ impreſſis *ab Henrico Stephano* ejus filio, & paternae ſedulitatis haerede, „ quam diligentiſſime *collatum*". Eo facilius ſpero fidem mihi habebit lector affirmanti, quae Beza de diligentia Stephani praedicat tam eſſe hyperbolica, quam ea quae de XXV. plus minus Codicibus MSS. tantum non vero duplicato numero paulo ante dixerat; Teſtor autem, me Stephani primum, ſecundum, octavum, nonum, decimum quintum iterum conferendo, & V. L. a Kuſtero ex decimo tertio & decimo quarto editas cum Stephanicis comparando, in his vix decimam illarum partem deprehendiſſe. Utrum igitur H. Stephanus negligenter an ſtudioſe in hoc negotio verſatus ſit, Lectori dijudicandum relinquo. Idem circa primum Stephani Codicem jam obſervavit Millius prol. 1226. „ In uno, inquit, certe exemplari Complutenſi Lectiones plus DCC. omiſſas „ in hac Editione deprehendimus, hoc eſt longe plures quam quae in ea notatae ſunt, neque enim adſcriptas videre eſt ultra DXCVIII. Neque certe „ credibile eſt majorem habitam fuiſſe caeterorum librorum rationem quam „ Hiſpanici".

Cum haec in priori Prolegomenorum editione attuliſſem, *Anonymus* quidam, cum quo nobis ſupra res fuit p. 34, ut honori H. Stephani & T. Bezae ſcilicet conſuleret, utriusque teſtimonio apertiſſime & confidentiſſime contradixit: *Falſum eſt*, inquit p. 8. *Henricum Stephanum puerum varias lectiones* 15. *Codicum collegiſſe, ut in margine an.* 1550. *ponerentur* --- *Conſtat Henricum Stephanum poſt Editionem an.* 1550. *cod. MSS. undique conquiſitos contuliſſe.* Juvat igitur, aliis ex abundanti allatis H. Stephani teſtimoniis id quod diximus confirmare. *In Theſauro Linguae Graecae* paſſim diſerte teſtatur, ſe Codices Teſtamenti Novi *contuliſſe*, patrem vero iſtam collationem *adhibuiſſe*, cum N. T. excuderet. „ T. 1. p. 888. 2. Pet. II. 14. πλεονεξίας. Hanc enim lectionem, „ non

„ non alteram πλεονεξίαις, *invenimus* in plurimis Vet. Cod. quos *regia biblio-*
„ *theca* nobis ſuppeditaverat. T. 2. p. 267. E. κλυδὼν, κλυδῶνος, ſcriptum
„ etiam invenitur: ſed magis recepta eſt altera ſcriptura κλύδων, κλύδωνος, de
„ qua etiam *omnia* Teſtamenti novi vetera exemplaria conſentire comperi
„ (*quum ea inter ſe conferrem*) *Lucae* cap. 8. & p. 463. G. *Eph.* V. 12.
„ Invenitur & κρυφῆ, cum η habente ι ſubſcriptum; ſed in nullo noſtrorum ve-
„ terum exemplarium *memini* me hanc ſcripturam obſervaſſe: nec vero quem
„ locum hic habere poſſit intelligo. p. 890. F. in quibusdam N. T. locis, in
„ quibus hoc vocabulum notatur, ex veteribus exemplaribus manuſcriptis, quae
„ pater meus in conſilium *adhibuit*, dum illud ederet, alia conjunctim, alia
„ disjunctim ſcriptum habebant *Marci* VI. 31. ἀνὰ μέσον. p. 1029. D. Act.
„ XXIII. 3. παρανομῶν. Poſſit autem cuipiam videri aptius παρὰ νόμον, quum
„ praecedat κατὰ νόμον. Sed *memini* in collatione Vett. exemplarium lectio-
„ nem hanc omnium teſtimonio fuiſſe comprobatam: ac certe plus vehementiae
„ habet παρανομῶν, quam παρὰ νόμον, meo quidem judicio. p. 1666. F. Hic
„ autem non tacebo, quantam in Vett. Exemplar. T. N. varietatem ſcripturae
„ *repererim* in hujus arboris nomine *Luc.* XIX. 4. (loquor autem de iis
„ exemplaribus, ex quorum collatione editum fuit a patre meo Teſtamentum il-
„ lud novum grandibus literis.) T. 4. p. 598. C. expoſitionem iſtam ex vete-
„ ribus quibusdam exemplaribus affero, quorum *collationem* pater meus in con-
„ ſilium *adhibuit*, quum N. T. excudit. Eorum enim nonnulla adſcripta mar-
„ gini habebant haec verba: Μενάνδρου τοῦ Κωμικοῦ γνώμη ἐν Θαΐδι (pro quo Θαΐδι
„ fortaſſis reponendum fuerit Θάϊδι) Item χρηστὰ ἀντὶ τοῦ κοῦφα. *Indicis* I. p.
„ 255. B. legitur *Marci* 2. ῥάκους ἀκνάφου in Codice etiam MS. II. p. 33. E.
„ ex iis autem exemplaribus antiquis, quae ad T. N. editionem undique con-
„ quiſiverat pater meus, unum haec margini adſcripta de vocabulis illis habebat
„ [Act. XIX. 12.] ἀμφότερα λινοειδῆ εἰσι, πλὴν τὰ μὲν σουδάρια ἐπὶ τῆς κεφαλῆι
„ ἐπιβάλλεται· τὰ δὲ σιμικίνθια ἐν ταῖς χερσὶ κατέχουσι, πρὸς τὸ ἀπομάττεσθαι τὰς
„ ὑγρότητας τοῦ προσώπου, οἷον ἱδρῶτα, δάκρυον, πτύελον καὶ τὰ ὅμοια". Addam
unicum ejusdem teſtimonium, ſed luce meridiana clarius, ex praefatione *Cate-
nae Auguſtini Marlorati in Geneſin* praefixa: „Robertus Stephanus, inquit,
„ pater meus ---- quum N. T. Graecum cum multis vetuſtis exemplaribus
„ OPERA MEA COLLATUM, primo quidem minutioribus typis & parvo
„ volumine, ---- mox autem grandibus characteribus & magno volumine, ad-
„ hibita quanta potuit Typographiae Magnificentia excudiſſet &c.". Si *Hen-
ricus Stephanus* Codices Bibliothecae Regis Galliae & Italicos contulit, & ſi
pater ejus *Robertus* ea collatione uſus eſt, cum N. T. Graecum & parvo &
magno volume excuderet, manifeſtiſſime conſequitur, illam collationem non
poſt annum 1550, ſed ante annum 1546. fuiſſe factam; niſi ſi dicas *Ro. Ste-
phanum*, per neſcio quam prolepſin, jam anno 1550. collatione uſum eſſe,
quae demum poſtea fuerit inſtituta: aut *Henricum* ejus filium poſt illud tempus
Bibliothecas Regis Galliae & Italicas vel frequentaſſe vel omnino frequentare
ſine periculo poſuiſſe. Haec cum partim ſciret, partim facillime ſcire poſſet
J. A. Bengelius, neſcio qua de cauſa ad veterem Cantilenam rediens „ *XVI.*
„ inquit, *Codices contulerat* Robertus: *igitur IX. plus minus* Henricus. Ad-
„ dito hoc epiphonemate: *Vere haec & modeſte atque utiliter eſſe dicta*, *om-
„ nes*, *ut ſpero*, *agnoscent*. *Introduct. in Criſin N. T.* p. 446.

Hac occaſione duae difficultates, quae me diu torſerant, ſunt expediendae. Altera eſt de *numero Codicum Stephanicorum*; cum enim Ro. Stephanus, in praefatione & in margine Editionis in folio, nonniſi XVI. Codicum faciat mentionem, inter quos Editio Complutenſis primum occupat locum; cumque T. Beza in annotationibus non plures Stephani Codices ad teſtimonium citet: qui factum, ut Henr. Stephanus ſcriberet ſe *plus quam XXX. Codices vidiſſe*,

&

& Beza testaretur, exemplar Henrici Stephani ab eo cum XXV. plus minus Codicibus diligentissime collatum fuisse? Respondeo: facile haec & secum & cum veritate conciliari posse, si dicamus, Henr. Stephanum ultra XXX. quidem codices *vidisse*, sed nonnisi XVI. a capite ad calcem cum editis *contulisse*; verba vero hyperbolica Bezae esse commoda interpretatione mollienda. Altera difficultas est de numero Lectionum variantium. Cum enim Beza editione Ro. Stephani in folio fuerit usus, & Lectiones variantes ex ejus margine saepe attulerit, etiam ubi Typothetarum vitio in numero codicis aberratum est; quaeritur, unde idem Beza lectiones Stephanicas hauserit, quae in margine editionis Roberti non reperiuntur, ex codice secundo *sex*, ex octavo *quadraginta tres*, ex omnibus Stephanicis in solis Evangeliis minimum *centum & duodecim?* Respondeo: Bezam praeter editionem Roberti accepisse etiam ipsum Henrici αὐτόγραφον, ex quo Robertus, multis neglectis, quaedam pro arbitrio excerpta in marginem suae editionis conjecerat. Quod etiam observavit *J. Morinus Exerc. Bibl.* p. 41. „ Quis, inquit, varias omnes Lectiones tanto numero non crederet Robertum Stephanum esse complexum? Sed longe aliter se res habet: „ Theodorus enim Beza eosdem Codices [i. e. eorundem Codicum collationes] a „ sodali mutuatus, ut eorum ope textum Graecum N. T. recenseret, & commentaretur, nonnullas ab eo praeteritas adnotavit"; & ante ipsum, vel saltem, ante quam Exercitationes prodiissent, eodem tempore, *Stephanus Curcellaeus* „ praefat. N. T. Stephanicae, inquit, editiones magna cum diligentia ad XVI. „ Graeca exemplaria collatae fuerunt, & in majore ---- plurimae in istis exemplaribus inventae Variantes lectiones ad marginem sunt descriptae: sed tamen „ non omnes, quae illic habebantur; ut constare potest ex Bezae annotationibus, qui iisdem cum Roberto Stephano codicibus usus, quasdam in ejus editione praetermissas recenset".

2. Quicquid Stephanus in prima & secunda Editione jactet, nempe ad Regios Codices recensitas esse, revera tamen nonnisi rarissime, & ubi omnes aut plerique codices contra Erasmianam conspirabant, in Textu emendando illos adhibuit, cujus consilii ipsum in tertia Editione ita pœnituit, ut ubique fere ad Textum Erasmi exprimendum rediret, &, Millio supputante, vix vicies ab eo recederet, etiam contra plerosque, imo interdum contra omnes Codices MSS. quod jam *Curcellaeus* in praefatione N. T. observavit, atque suo jure miratus est. Quod autem Millius prol. 1159. post R. *Simonium* affirmat, deciesque repetit: „ Complutensis Editionis Textum illum ipsum fuisse, quem ex MSS. „ suis recensuerit Robertus, & ad cujus oram, antequam Editionem suam primam adornasset, Variantes istorum librorum lectiones conjecerat. & 1177. „ Editione Complutensi ceu fundo innixura erat haec Stephanica. ---- Complutensi ceu basi insistere eam manifestum est in Evangeliis, Actis & Epistolis „ 1187. 1226. Hispanici libri ἐδάφει insistebat haec editio". In hoc & a se ipso & a veritate dissentit; cum ipse, supputatione inita, fateatur, Editionem primam Stephani sexcentis circiter locis a Complutensi recedere, & Erasmianam sequi, & quidem ducentis in locis perperam & contra omnes vel plerosque Codices. (in quibus etiam occurrit illud καιρῷ Rom. XII. 11. & ἐὰν εἰ & ἀφαιρήσει Apoc. XXII. 19. aliique errores typographici) „ In Apocalypseos Textu „ conficiendo luculenter satis prodit libri hujus contextus, Editorem suorum „ Codicum ipsiusque adeo Complutensis adeo exiguam seu potius nullam habuisse in Textu suo statuminando rationem, ut rejecto locis plus CCCCXL. „ Codice Complutensi ---- universum Apocalypseos Textum conformatum dederit ad Editionem quintam Frobenianam, h. e. Erasmianam". Idem pr. 1229. de tertia Editione asserit Millius conquestus, „ de Stephani, cum Editionem hanc „ adornaret, nimio in quintam Frobenianam studio". Supra autem dixerat,

Stephani tertiam a Complutensi mille trecentis locis variare: licet in Apocalypsi, deserta Erasmiana & suis prioribus, Complutensem editionem fere secutus sit.

3. Jure etiam conqueruntur viri docti, quod Stephanus vagam admodum MSS., quibus usus est, Codicum descriptionem dederit, dum omnibus promiscue commentitium titulum vetustissimorum tribuit, & ipsi Editioni Complutensi locum inter MSS. concedit; praecipue vero dum non exprimit, utrum Codices illi integrum N. T. an particulam ejus duntaxat hanc vel illam continerent, unde ingens confusio, quae plurimis erroribus causam praebuit, exorta est. Cui malo nos in recensione MSS. medelam attulimus, ostendimusque Codices Stephani, excepto Secundo & Octavo, non admodum esse vetustos: praeter Complutensem Editionem habuisse exemplaria Evangeliorum decem, Actorum & Epistolarum octo, Apocalypseos vero non nisi duo.

4. In V. L. signis Textui inserendis, & numeris Codicum margini apponendis frequentissime a typothetis aberratum est. Confunduntur Codices α. & ια. & in Evangeliis non raro citatur Codex non nisi Epistolas continens & vicissim; quod etiam Lucas Brugensis in 1. Jo. V. 7. & Millius suspicati sunt. Vide etiam supra p. 37.

5. Levitatis ejus hoc est indicium, quod, nullo novo testimonio accedente, intra quadriennium tantopere a se ipso dissensit Stephanus, ut a priori Editione in secunda sexagies septies recederet, in tertia vero ab utraque praecedente, juxta Millii calculum, ducenties octuagies quater; utque in Apocalypsi semel atque iterum Erasmianam, tertio denique etiam Complutensem Editionem, nunquam vero MSS., quos habebat, & quos sequi unice debebat, Codicum Lectionem sequeretur.

6. Distinctionem Capitum in versus non miror illi placuisse, qui Concordantias parabat, utpote huic operi necessariam atque utilem; neque miror placuisse Typographis, quibus ex majori, aucto vacuo spacio, libri volumine majus accrevit lucrum; aut illis Doctoribus, qui, neglecta connexione Contextus sacri, singulas pericopas tanquam singulas sententias & quasi totidem Aphorismos considerant; ut ita liberius suae phantasiae indulgere, atque quidlibet ex quolibet efficere possint. At miror, universalem adeo applausum obtinuisse istam distinctionem, quae saepissime imperite facta est, & semper sensum implicat magis; conjungenda separat, aut separanda conjungit; & Epistolas v. gr. continuo filo ratiocinii scriptas instar scoparum dissolutarum exhibet; quo nihil fingi possit absurdius, atque a sensu communi & mente scriptorum sacrorum alienius. Sed bonum factum, quod & olim cordati viri & nuper extiterunt, qui ab hac Stephani sterili ac minuta diligentia palam abhorrere se prae se tulerunt.

De quinque Editionibus Bezae.

Prima editio est A°. 1556. exhibens Latinam tantum Versionem cum Annotationibus; quae A°. 1559. Tiguri fuit repetita, Textu Graeco editionis Stephanicae quartae addito: Reliquae omnes secunda A°. 1565., tertia A°. 1582., quarta A°. 1589. quinta denique A°. 1598. exhibent etiam Textum Graecum, ab ipsomet Beza formatum.

In prima & secunda Editione adjutum se fatetur *Vallae*, *Stapulensis*, & *Erasmi* Annotationibus, praecipue vero *R. Stephani* Codice A°. 1550. cum V. L. edito. In tertia adhibuisse etiam duos Codices MSS. suos testatur, *Claromontanum* nempe & *Cantabrigiensem*, una cum Versione *Syra* N. T. & *Arabica* Actorum Apostolicorum, & utriusque ad Corinthios Epistolae; in quarta & quinta accessisse praedicat consilia amicorum. *Drusii* & *Piscatoris*. In duabus iisdem postremis Editionibus mentionem etiam facit vetustissimi MS. *Codicis*,

cis, quem nuper nactus sit; quo ipsum tamen bis tantum, in extremo nimirum Matthaeo & Luca, ad explicandam subnotationam usum deprehendo.

Dissentit Beza ab Editione Stephanica, in Versione & notis, locis circiter ducentis, quorum quinquaginta in ipsum Textum Graecum recepit: Sexcentis vero minimum locis lectionem receptam dubiam facit, eique alias aut singulas aut subinde plures aequiparat. Accentus spiritusque, commata etiam & distinctiones, pro lubitu immutavit, quoties ita planiorem sensum effici existimabat. Neque raro etiam sententia mutata secundis curis priora refingit atque retractat. Et, quod animadversione dignum est, haec omnia Beza sibi permisit, cum adhuc Lausannae commoraretur, & antequam ad Hierarchiam Genevensem evectus esset; ne quis putet, aliis non item licere id quod Bezae licuit.

„ Satisfecit Stephani & Bezae industria Ecclesiis Reformatis hactenus omni-„ bus. Quotquot enim vel in Belgio vel Germania vel Gallia N. T. novas „ procurarunt editiones, magnorum illorum virorum Codices religiose sunt se-„ cuti; Casaubonus etiam & Heinsius, quorum tamen in Crisi & antiquitatis „ studiis magnum est nomen, in illis acquieverunt", inquit Hottingerus in Bibliothecar. p. 130.

Hodie tamen, nisi me fallit opinio, communi eruditorum consensu Bezae autoritati multum detractum est. Neque id immerito sane: nam quod vel ex sua conjectura, vel ex uno Syro aut Latino Interprete, sive potius ex mendoso eorum Apographo, vel ex uno aliquo Graeco novo Codice, vel denique ex Complutensi, contra consensum Codicum vetustissimorum, Patrum, atque Conversionum antiquiorum, lectionem receptam loco suo movere toties tentavit, in eo haud paulo certe plus sibi sumsit, quam aequis judicibus adprobare posset. Neque illud non cordatis displicet, quod, *ex Veteribus Origenem*, *ex recentioribus vero Castalionem*, viros ipso longe in tractandis sacris majori usu atque fide versatos, ubique *acerbius reprehendat*, sicut ipse in Praefatione gloriatur; tum quod etiam Erasmo illud ipsum vitio vertit, quod ipse in suis laudibus commemoravit; quando de illo in prima Praefatione „ Fa-„ teor, inquit, me videre non posse, cur, quod uno loco comprobavit, in „ alio rejiciat: quod alibi mutavit, alibi retineat". De se vero in Praefatione ultima, „ Ita, inquit, factum, ut quater istud a me fuerit editum, no-„ vis semper accessionibus valde locupletatum; dum paucula quaedam in ip-„ so contextu facere meliora studeo: in annotationibus quaedam partim ab „ amicis admonitus, partim judicio ipse meo emendo: quaedam prorsus tollo: „ multa prius a me non animadversa adjicio; quod a me factum, si quis levi-„ tati vel inconstantiae tribuerit, non dubito, certe bona conscientia fretus, „ ad omnes aequos lectores provocare. Imo tantum absum ab eo, ut toties „ innovatae istius rei me poenituerit, ut in hac quinta hujus operis Editione „ eandem, imo etiam pene majorem, quam unquam ante, operam, diligentiam, „ fidem adhibuisse me minime pudeat: imo nunc quoque libens agnoscam ac „ profitear, a me neque tanti suscepti operis magnitudini, neque meo ipsius „ summo desiderio, quamvis non paucorum vere amicorum opera adjuto, esse „ satisfactum". Quod posterius Bezae de se ipso judicium, Hottingeri quod supra proposuimus judicio, est sane cur multum anteponas; neque quisquam opinor nos in contumeliam Bezae id dixisse interpretabitur, si ingenue, ipso Beza praeeunte, fateamur, Editione ipsius *neque nostro summo desiderio esse satisfactum.*

Illud autem in eodem viro vix ferendum videtur, quod posteaquam censorem aliorum egisset, multo frequentissime in iisdem offendit, in quibus alios reprehenderat. Audiamus ipsum in Praefatione: „ Ut in genere, inquit, de om-„ nibus loquar, quum in ipsis Graecis Codicibus maxima sit interdum varietas,

 „ vi-

„ videntur omnes vel ſatis multis exemplaribus non fuiſſe inſtructi, vel non ſatis de hac annotanda Varietate ſolliciti, quum caeteris neglectis ea plerumque „ annotarint, quae ipſi probarunt, quum ſingula potius annotare oportuerit, „ ut ſuum cuique judicium relinqueretur; id ergo ab illis factum fuiſſe vehementer cuperem". Quod ſi ſerio ſcripſit Beza, cur quaeſo in Epiſtola ad Academiam Cantabrigienſem, cum ei Codicem ſuum donaret, contrarium ſcribit his verbis: „ Hac de re tamen vos admonendos duxi, tantam a me in Lucae praeſertim Evangelio repertam eſſe inter hunc Codicem & caeteros quantumvis veteres diſcrepantiam, ut vitandae quorundam offenſioni aſſervandum „ potius quam publicandum exiſtimem?" Cur ipſe minimam partem Variationum, quas in ſuis Codicibus Cantabrigienſi & Claromontano viderat, promulgavit, longe plura vero & praecipua non ſuppreſſit tantum, verum etiam omnino negavit interdum, ad notitiam ſuam perveniſſe? Accipe, quid docti pridem conqueſti ſint: „ Quod ipſe Beza, ait Morinus in Exercitatt. p. 46., in aliis „ reprehendit, ſemper praeſtitit: varietates quas aliquomodo probavit, eas tantum retulit, caeteras prope innumeras ſilentio praetermiſit, — p. 56. aut maligne „ diſſimulavit. Beza neſcio quo conſilio plurima, quae prae manibus habebat, publico invidit", Curcellaeo teſte. Idem omnibus, quibus grave non erit Bezae annotationes cum Millii V. L. contendere, in oculos incurret.

Foediſſimum denique illud eſt, quod circa V. L. a R. Stephano A°. 1550. editas commiſit. 1. Cum enim ex praefatione Stephani ſciret, XV. tantum MSS. Codices ab eo conſultos, & cum editis collatos fuiſſe, non veritus eſt eorum numerum augere, de viginti quinque plus minus manuſcriptis Stephani Codicibus in Praefatione locutus; quem numerum in tertia demum Editione ad ſeptendecim, in quarta vero & quinta additis ſuis Cantabrigienſi & Claromontano ad novendecim reduxit, ne ſcilicet non a vero numero iterum recederet. 2. Inter hos Manuſcriptos eosque vetuſtos Stephani Codices Editionem Complutenſem numerat. 3. Cum in prima Editione ad Stephani Codices provocaret, in ſequentibus mentionem Stephani plerumque omiſit, & MSS. illos tanquam ſuos citavit, quod incauto lectori fucum facit, ac ſi nempe ipſe Beza non Editionem Stephani A. 1550., ſed ipſos MSS. Codices inſpexiſſet. 4. De Codicibus Stephani loquitur, ac ſi ſinguli N. T. integrum continerent. 5. Ubi Stephanus ex incuria nullam variationem annotaverat, Beza ſerio atque graviter teſtatur, omnes vel XVII. Codices MSS. legere, ut in editis expreſſum eſt. Vid. in *Matth.* XX. 7. Luc. XX. 28. 6. Suum Cantabrigienſem & Stephani ſecundum pro duobus teſtibus ſeſe invicem confirmantibus producit, cum revera duo tantum ſint nomina ejusdem ſingularis Codicis, uti probavimus. p. 28. 7. Denique nec illud probo, quod Codices, quos ante ipſum Ro. Stephanus ad marginem editionis ſuae clare & diſtincte expreſſerat, Beza poſtea obſcure & confuſe ſignificare maluit; de qua re lectorem monuit Typographus Edit. 1. f. 335. „ Sed & quod ad vetera N. T. exemplaria attinet, quorum „ fides & authoritas in his annotationibus ſaepiſſime citatur (ſunt autem cum alia, tum ea omnia, quae in Regis Galliarum bibliotheca extant) de hoc te „ commonefaciendum per me putavit illarum *author*, ſe nimirum, quum initio „ ea citare nominatim ſoleret, vocando, hoc, primum, illud, ſecundum, & „ ita deinceps: poſtea, ob ſuum ea in re cum nulla tua utilitate conjunctum taedium, illorum denominatione ſuperſediſſe, enumeratione contentum. Vale" (vide ſupra p. 48. & 62.)

Quanto rectius hic, qui nil molitur inepte:
Non fumum ex fulgore, ſed ex fumo dare lucem
Cogitat.

Quod ſi quis igitur haec omnia cum bona, quae in iſto negotio requiritur, fide conciliare poterit, gratiſſimumnobis faciet, ſi errantes deducat in viam.

Quo

Quo minus autem hoc facile sperem a quoquam praestitum iri, facit historia illorum temporum, qua constat Bezam autorem esse libri, quo supplicio capitali τοὺς ἑτεροδόξους afficiendos esse contendit: Castalionem vero innocentissimum atque optimum virum, Linguae Graecae in Academia Basiliensi Professorem meritissimum, indignis modis ab eodem oppugnatum fuisse. Cur igitur ab omni pia fraude abstineret Beza, qui a vi aperta temperare sibi vix potuit? quique tantum non sola autoritate sua secum dissentientes opprimere poterat, cur superfluam diligentiam in convincendis iis adhibuisset potius?

Huc facit etiam, quod Beza Editionem alteram N. T. sui nonum in annum pressserit, donec scilicet mortem *Castalionis* antagonistae sui, ex aegritudine animi ob gravissimas non unius generis apud Magistratum Basiliensem ipsi ab eodem Beza intentatas falsas licet criminationes consecutam, comperisset. Quae omnia hominem potius vafrum ac diffisum causae suae, quam fideliter diligenterque ac pie susceptum negotium gerentem produnt. Ingenium Bezae cognoscere haud obscure licebit ex Epistola, quam nunc primum ex ἀυτογράφῳ edimus integram.

Sebastianus Castalio Theodoro Bezae S.

„ Cognovi a quodam amico augere te tuas in Novum Testamentum annota-„ tiones, & optare responsionem meam ad ea, quae in prioribus adversus trans-„ lationem meam scripsisti, paratumque esse eam curare excudendam. An in „ eadem sententia perseveres, scire ex te velim; quod si perseveras, rescribe „ mihi tua manu, sicut ego tibi mea, & ego tibi deinde mittam responsionem „ meam his conditionibus: Primum ut totam fideliter cures excudendam, ne-„ que quicquam addas, aut detrahas, aut immutes. Deinde ne eam diutius „ supprimas, neve quicquam adversus eam, aut cujus scribendi ex ea sumseris „ occasionem, emittas in publicum, quin ipsa vel jam prodierit, vel una pro-„ deat. Postremo ut bona fide mecum agas, neve cum hujusmodi aliqua con-„ ditione excudendam suscipias, ut dicas: *quantum in me erit*, aut: *per me* „ *non stabit*: sed, an tibi per alios liceat excudere, certo scias, antequam eam „ tibi mitti jubeas. Illud etiam addo, si a nomine meo usque adeo abhorres, „ permitto tibi, ut eam sine meo nomine emittas, & me pro Castalione quen-„ dam appelles, quemadmodum hactenus fecisti, idque facias in titulo meae „ responsionis. His ego tibi conditionibus (quas aequas esse confido) mittam, „ volente Deo, responsionem meam, tu deinde contra eam scribito & excudito, „ quae voles, sive seorsum sive in eodem cum ea voluminis corpore. Hactenus de „ conditionibus. Jam extra conditiones, dabo tibi consilium, Beza, quo nullus „ unquam amicus dabit sanius. Consulo tibi ut abstineas a maledictis; idque „ non mea causa facio; nam maledicta vestra causam meam non tam laedunt, „ quam juvant: & si vos odissem, optarem, ut in eadem maledicentia perseve-„ retis, quo magis elucesceret, cujusnam Spiritus arma adversum me adhibeatis: „ sed hoc tua causa consulo. Primum quia maledicendo peccas in Deum, cujus „ judicium vel vivus vel mortuus non effugies. Deinde quia te ipsum reddis mode-„ stissimo cuique maxime invisum. Postremo quia causam tuam reddis suspe-„ ctam, dum rationibus quasi parum firmis admisces maledicta. Praestaret, & „ magis ingenuum esset, sine odio aut acerbitate contradicere. Ita enim appa-„ reret studium veritatis. Sed ut id facias, impera tibi, & mentem quaere me-„ liorem. Alioqui si, eundem animum retinens, verbis modestiam simulares aut „ scriptis, simulatio esset nihilo melior quam maledicentia. Haec ego tibi quo „ animo scribam, novit Deus & ego; quam vere & salutariter scribam, tu ip-„ se cognosces, si in te ipsum descenderis. Non odi te, quamvis a te in qui-„ busdam dissentiam, & cupio erga te, sicut & erga omnes alios, officio fun-„ gi hominis Christiani. Contende mecum charitate: nullum unquam habuisti „ amicum fideliorem. Reprehende in mea translatione, quae poteris; rem fa-

„ cies mihi non ingratam: liceat modo ad ea respondere, quae non bene re-
„ prehendisse visus fueris; in veris reprehensionibus habebis me facilem confes-
„ sorem atque correctorem. Vale, Basileae die 16. Junii, Anno 1558. Mis-
„ sa fuit haec Epistola".

De Editionibus Ariae Montani.

Benedictus Arias Montanus, Hispalensis, Doctor Theologus, jussu & studio *Philippi* II. Hispaniarum Regis edidit octo Voluminibus in folio *Biblia Polyglotta*, & in iis Novum Testamentum Graece, quod postea minimum duodecies, non sine aliqua varietate, fuit recusum. „ Editiones Plantinianae" inquit *S. Curcellaeus* in praefatione N. T., „ Complutensem, quae fuit om-
„ nium prima, κατὰ πόδα secutae sunt, nisi quod accentuum & spirituum no-
„ tas, in ea omissas, adscripserint". Et *J. Millius* prol. 1115. „ Optan-
„ dum, inquit, omnino esset, ut editionis *Complutensis* textus, demto uno &
„ altero vitio, quae in *iterata* proinde Bibliorum istorum *editione* sustulit *A-*
„ *rias Montanus*, integer & illibatus in Editiones posteriores quasque transiis-
„ set." In alia omnia discedit *J. A. Bengelius* qui in *Apparatu* p. 435. „ In
„ Bibliis, inquit, Regiis Antverpiae A°. 1571. excusis *Ben. Arias Montanus*,
„ vel quisquis sub ejus ductu textum Graecum recognovit, is *Erasmi Stepha-*
„ *nive* exemplar ad Complutensem Editionem conformavit, & Plantini praelo
„ accommodavit: unde multa Erasmica non tam consilio quam casu remanse-
„ runt." Utrinque a vero aberraverunt, sed multo propius Curcellaeus atque Millius. Certum enim est, non editionem Erasmicam ad Complutensem, sed vicissim Complutensem ad Erasmicam conformatam fuisse, ita tamen ut τὸ ἔδαφος esset editio Complutensis, rarius autem ex Erasmi, & rarissime ex Stephani editione, vel orthographia vel ordo verborum vel Syntaxis mutaretur, vel articulus aliquando adderetur, aliquando demeretur; plerumque perperam & contra plurimorum Codicum fidem, aut saltem ubi nihil erat necesse. Id & αὐτοψία docet, & *Theologi Parisienses* ex parte testantur: „ Nos infrascripti Doctores
„ sacra Biblia opera Ariae Montani in lucem emissa, & a Plantino typis He-
„ braice, Syriace, Graece & Latine expressa *ad formam Complutensium* Biblio-
„ rum, olim in Hispania impressorum, vidimus": & ipse Arias „ ex Philippi regis
„ Catholici mandato legatus, ait se cum *Complutensi* & correctissimis *aliis* ex-
„ emplaribus collatum recensuisse & probavisse. Antverpiae Kal. Febr. 1571". Nec non *Guido Fabricius Boderianus* „ in ipso etiam Graeco illud diligentur est
„ observandum, ut ubicunque aliquid *additum* est ex antiquis Codicibus Grae-
„ cis, quod *in Complutensi editione non* inveniebatur, quodque alioqui *cum*
„ *Vulgata editione* consentiebat, *obeliscus* praefigeretur". Plerumque tamen Arias Montaniis sine *signis* — *i.e. obeli* vel + *i.e. asterisci* appositis, sustulit aut addidit, quae voluit. Verum ergo non est, quod *Bengelius* unus & solus, sed sine rationibus allatis, asserit, multa Erasmica non tam consilio quam casu remansisse: contra verum est, pauca Erasmi, non casu sed consilio, huic Editioni inserta fuisse. Tam infeliciter autem Ariae Montano cessit illa ratio corrigendi editionem unam ex altera, ut, praeter ea, quae jam dixi, & vitia typographica editionis Complutensis retineret, & vera lectione expulsa lectionem mendosam editionis Erasmi, aliquando typothetae culpa unice ortam, substitueret; unde consequitur, illud consilium *medullam praestantissimarum editionum* pro Textu sacro exhibendi, quod Bengelius secutus est, multis & magnis difficultatibus esse obsitum.

Usus autem sum tum editione Plantiniana prima anni 1572. quam ex bibliotheca sua mecum libentissime communicaverat Vir Vener. *Hieron. Sim. van Alphen* Theologiae in Academia Ultrajectina Professor A°. 1731.: tum altera Plantiniana

tiniana cum *interpretatione interlineari Latina* 1584. in folio, cum qua etiam editionem *Raphelengii* Leidae A°. 1591. in 24. congruere deprehendi, licet utraque a prima in Evangeliis, Actis & Epiſtolis minimum centies diſcedat, ad Eraſmi & Stephani editionem deflectens: tum denique editione *Petri de la Roviere* Genevae A°. 1620. curata cum notis *Joſephi Scaligeri*. Hac editione ut plurimum hodie utuntur, qui ſub dominatione Turcarum vivunt, Graeci: ſequitur autem Plantinianam alteram, exceptis quadraginta circiter Evangeliorum Actorum & Epiſtolarum locis, quibus Eraſmi editionem praetulit, quisquis ille fuit, Editor. In Apocalypſi vero Arias Montanus preſſius Complutenſi adhaeſit, ita tamem ut etiam hic quadragies, ſi recte numeravi, ea editione deſerta Eraſmicam ſequeretur.

De Editione hodie Recepta.

JAm *novendecim*, h. e., plures quam initio putaveram, Editiones principes deſcripſi, nondum tamen, quod mireris, de *Editione hodie recepta* egi. Haec enim demum prodiit A°. 1624. ex officina *Elzeviriana:* ab eo vero tempore, certatim & ab *Elzeviriis*, & ab omnibus in Belgio typographis, & a *S. Curcellaeo*, *J. Feilo*, *J. Leusdeno* (qui verſionem Latinam Ariae Montani, cum hoc Textu Graeco parum conſentientem, appoſuit) denique *G. a Maſtricht* fuit repetita; ita ut nullius recenſionis plura in manibus hominum verſentur exemplaria, haecque adeo Editio nunc regnum obtinere videri poſſit. De quo etiam gloriantur Typographi in praefatione Editionibus, quas poſt primam excuderunt (prima enim praefationem nullam habet) praefixa „ *Typographi* Lectoribus de hac Editione. Anni jam ſunt aliquot, ex quo Foedus „ novum *ex Regiis & caeteris Editionibus*, quae maxime ac prae caeteris „ NUNC OMNIBUS PROBANTUR ----- dedimus expreſſimusque. ----- „ Textum ergo habes NUNC AB OMNIBUS RECEPTUM, in quo nihil „ immutatum aut corruptum damus". Operae igitur pretium fuerit, tum quo modo, tum a quo haec Editio fuerit curata, inquirere.

Quomodo ſit curata, indicat Titulus „Novum Teſtamentum ex Regiis aliis- „ que optimis Editionibus cum cura expreſſum". (Ubi per Editiones *Regias* non intelligitur Antwerpienſis Philippi II., ut in Bibliotheca Sacra affirmatur; ſed *Stephani tertia*, ex Bibliotheca regia, typis regiis, a typographo Regis excuſa, & Henrico II. Galliarum Regi dedicata: per Editiones autem *alias* intelligitur editio poſtrema *T. Bezae.*) De hac editione *J. Millius* prol. 1707. „ Textus ipſe, *inquit*, ad unum Stephanianum tertium totus expreſſus videtur, „ praeterquam duodecim in locis, in quibus ſolis, quantum video, a Stepha- „ nico receſſere *Marc.* IX. 38. *Luc.* VII. 12. XV. 26. *Act.* IX. 35. XXI. „ 3. 1. *Cor.* VII. 29. 2. *Cor.* XI. 10. 1. *Pet.* II. 21. 2. *Jo.* 5. *Apoc.* II. 5. „ XX. 4." ; Aliter judicat *Bengelius Introduct.* p. 436. „ Et tamen, *in-* „ *quit*, Beza demum, ſi quaeris, parens eſt lectionis hodie receptae: *Be-* „ *zae* enim textum, quin etiam annotationes Bezae, & *Henricus Stepha-* „ *nus*, & *Elzevirii*, magis quam ullum alium anteceſſorem ſunt ſecuti". Propius vero Millius; licet enim editio *Elzeviriana* ex *Stephani*, *tertia ſola* non ſit concinnata, ſaepius tamen Stephanum quam Bezam ſequitur. Non autem, ut Millius putavit, Elzevirius, ubi a Stephano diſceſſit, ſecutus eſt aut Codices MSS, aut Editiones Complutenſem, Eraſmicas, Aldi, Colinaei, & Stephani priores, ſed unice Editionem Bezae, quam diximus; exceptis Varietatibus. 1. Pet. II. 21. quae ex nulla editionum praecedentium, ſed vel ex aberratione Typographi vel ex emendatione Editorum ſunt ortae. Reperi tamen (praeter ea quae Millius attulit) paulo plura loca, in quibus editio El-

zevi-

zevirii, Stephano relicto, Bezam sequitur, v. gr. *Matth.* XXIII. 13. 14. *Marc.* VI. 9. XVI. ult. *Luc.* XVII. 1. *Jo.* VIII. 25. XIII. 31. XVIII. 24. *Act.* XVI. 17. XXIV. 14. *Rom.* VII. 6. VIII. 11. 1.*Cor.* XIII. 3. 2.*Cor.* VI. 15. XIII. 4. *Phil.* I. 23. *Col.* I. 2. *Heb.* X. 2. & 10. *Jac.* IV. 13. V. 12. 2.*Pet.* II. 12. & 18. 2.*Jo.* 3. *Jud.* 19. Quid quod etiam, sed rarissime, & a Stephano & a Beza recessit *Luc.* XII. 20. 1. *Pet.* II. 21. (uti diximus) *Apoc.* XIX. 6. XXII. 8.

Altera quaestio, a quo & qua autoritate prima Elzeviriorum editio sit curata, multo est difficilior; cum Elzevirii ipsi alto silentio id involverint. Quod enim *Millius* l. c. „ in editione, inquit, biennio post ad hujus amussim adornata, „ *Beza* notat, editioni Elzevirianae praefuisse viros haud paucos eruditione & „ pietate praestantes", non uno laborat vitio. Nam editio secunda non *biennio*, sed integro novennio post primam fuit adornata A°. 1633.; neque Praefatio a *Beza*, qui jam A°. 1605. diem obierat, scribi potuit: denique in hac Praefatione sermo non est de iis, qui primae editioni, sed qui secundae praefuerunt, & non de iis, qui Textum editionis primae concinnarunt, sed de iis, qui Textum editionis secundae a mendis typothetarum purgarunt, & ad primam recognoverunt. Consului de hac re viros doctos in Belgio: at frustra; nihil enim habuerunt, quod responderent, praeter conjecturas. Suspicabar, cum Editio prima Elzevirii prodierit eodem tempore, quo N. T. autoritate publica Belgice fuit conversum, forte eosdem fuisse *Interpretes Belgas* & Editores textus hujus Graeci: sed instituta comparatione statim rem aliter se habere deprehendi. Licet enim etiam Versio Belgica non ex una Graeca editione sit facta, sed itidem modo textum Editionis Stephani, modo Bezae exprimat, tamen aliquoties ab editione Elzevirii discedit, Stephanum praeferens, ubi Elzevirii Bezam sequuntur, aut vicissim Bezam sequens, ubi iidem Stephanum praeferunt. Vide, si placet, *Matth.* I. 23. II. 23. III. 9. & 12. XI. 21. XXII. 23. XXV. 2. *Marc.* VIII. 34. XI. 32. XVI. 2. *Luc.* V. 7. VI. 9. VII. 12 *Act.* XVI. 17. XXVI. 3. *Rom.* VII. 6. 1. *Cor.* V. 11. *Tit.* II. 7. *Heb.* IX. 1. & 28. *Jac.* IV. 2. 1.*Pet.* I. 4. II. 21. 2.*Pet.* II. 4. & 12. *Apoc.* II. 17. IX. 19. Putarunt alii, *Danielem Heinsium* huic editioni praefuisse: at illi ex ejusdem V. Cl. *Exercitat.* ad 1. *Cor.* VII. 29. refelluntur, ubi distinctionem verborum, ut *multo meliorem*, sequitur diversam ab ea, quam Editio Elzevirii exhibet. Cogitavi denique de *Antonio Thysio*, argumento ducto ex iis, quae in descriptione Codicis 12. p. 47. leguntur; praecipue cum viderem, Thysium in editione illa in folio plurimas Variantes Lectiones ex Codicibus & Editionibus multis collectas annotasse: sed & hoc incertum est. Quoquo autem modo se res habet, illud certum est, Editionem nunc receptam autoritate publica nec adornatam nec aliis praelatam esse.

Ex his omnibus consequitur: cum consilium, ex pluribus editionibus unam conflandi, tum editiones tres Ariae Montani, tum Elzevirii, tum Bengelii, longe lateque inter se dissentientes, pepererit, illud nullum evidens habere κριτήριον, adeoque *nec paci nec infirmorum conscientiae eo consuli*; sed ut veritas eruatur, Codicum scriptorum, Patrum, & Versionum testimonia, unde omnium editionum autoritas unice pendet, esse producenda atque examinanda.

De Editione Schmidii.

Novum Testamentum Graecum, cum Versione nova Latina & notis *Erasmi Schmidii*, Graecae linguae & Matheseos in Academia Wittebergensi Professoris, editum est Noribergae A°. 1658., vicesimo primo post mortem autoris anno. Praefixum est testimonium *Jacobi Welleri*, quo Schmidius his ver-

verbis commendatur: „ Etsi enim professione & officio Theologum non egerit quidem Schmidius noster, pietate tanta tamen erat, ut eruditione illa „ profunda sua in Graecis literis non ad invehenda Schismata, aut in praejudicium Theologicarum rerum uteretur, qui male sanus ingeniorum quorundam „ mos est: sed vero ut talentum unice ac perpetuo ad Dei referret honorem, „ ansamque praeberet subinde cogitandi ac inquirendi ulterius in sensum diversorum sacrorum locorum". Expressit Textum *Bezae*, ita ut vix vicies ab eo recederet, editionem Stephani aut annotationes Bezae secutus, interdum tamen etiam conjectura inductus; ut *Matth.* XXIII. 11. *Marc.* XVI. 1. *Luc.* VI. 23. *Jo.* VII. 29. *Rom.* XIII. 11. *Apoc.* I. 18. II. 5. nullis vero Codicibus scriptis adjutus. Quod ultimo loco dixi, confirmatur etiam ex nota ejus in *Gal.* V. 7. „ Codex quidam impressus", inquit, „ τὸ μὴ non habet. Et „ videtur sane omitti posse. Nam sicut dicimus ἀνακόπτω σε τῆς ὁρμῆς: ita dici „ posset τίς ἀνέκοψεν ὑμᾶς [τοῦ] πείθεσθαι, *quis inhibuit vos in credendo?* In „ hoc tamen & similibus *Codices vetusti Manuscripti essent utiles*".

De Editione proposita Bentleji.

Cum initio anni 1716. virum Cl. *Richardum Bentlejum* Cantabrigiae primum in Collegio Trinitatis, deinde Londini in Bibliotheca Regia, qua erat, erga exteros praecipue, humanitate, familiariter viderem, per occasionem illi exposui, quos in Gallia N. T. Codices cum editis contulissem. Quo audito suasit, ut, quae in Schedis collecta haberem, ipso juvante, in lucem publicam emitterem. Cum vero & aetatis juvenilis & temporis peregrinanti parum commodi & nimis angusti excusatione uterer, rogaremque, ut ipse hunc laborem in se susciperet, meisque collectaneis uteretur, permovi tandem virum κριτικώτατον, ut edendi N. T., de quo prius nunquam cogitasse videbatur, consilium caperet. Communicavi igitur cum illo excerpta mea ex Codice C., quae orae editionis Oxoniensis in octavo ipse adscripsit, & cum voluptate observavit, hunc codicem cum Alexandrino plerumque convenire; porro in Editionis Cantabrigiensis parvae margine descripsi, quae ex Codicibus Coislinianis aliisque deprehenderam; postea in ejus gratiam redii Lutetiam Parisiorum, Codicem C. iterum & quantum fieri posset accuratissime collaturus, quod & feci; denique Codicem Graeco Latinum epistolarum Pauli, quem A°. 1717. in itinere Heidelbergae inspexeram, ei & indicavi, &, ut eum nancisceretur, curavi. Cujus rei fidem facit sequens epistola:

Clarissimo viro & jucundissimo Amico suo Jo. Jacobo Wetstenio S. P. D.
Richardus Bentlejus.

Literas tuas accepi, Basileae datas VII Jan. 1718., pro quibus gratias tibi ago quam maximas. Eodem die quo eas acceperam scripsi ad Cognatos tuos Wetstenios Amstelodami, ut Codicem illum Paulinarum Epistolarum Graeco-Latinum mihi venundarent, quo vellent pretio aestimandum. Illi statim rescripserunt, sibi librum illum constitisse 250. florenis Hollandicis, sed ob beneficia a me partim accepta partim adhuc sperata se eodem pretio sine ullo lucro mihi vendituros. Misi igitur illis eam nummorum summam Amstelodamum, & librum intra paucos dies exspecto. Beasti ergo me, ut vides, cum illo tuo nuntio: & si quid ejusmodi veterrimae notae in aliis regionibus Tibi innotuerit, quaeso ut me facias certiorem. Gratissimum est, quod Correctiones Bibliae descripsisti: vix tamen crediderim eundem esse auctorem cum Lucae Brugensis illo, quem Epanorthoten vocat. Magno sane emerim, ipsum illum Lucae librum nancisci: nam & longe optimus est, &, ut nosti, Lucas in notan-

dis Lectionibus ultra 4. Evangelia non procedit. Opus est mihi igitur Lectionibus quae supersunt, ad Acta & Epistolas. Quod in Reuchlini codice jam occupatus sis, gaudeo: etsi aetatem ejus non memoraveris. --- Jam autem illud unice expeto, ut si quos Latinos veteris notae Actuum, Epistolarum & Apocalypseos Codices apud vos repereris, eos accuratissime tam ad verba quam ad verborum ordinem cum Papae editione conferas: hujusmodi Latinos veterrimos vel Graecis ipsis praetulerim: In Evangeliis autem tam uberem MSS. copiam penes me habeo, ut nihil amplius optem. Vale & me ama. Dabam Cantabrigiae X. Julii 1718.

Wetstenius Bentlejo.

Gratissimum est quod intellexi ex litteris tuis, gaudere Te admodum invento Codice illo Epistolarum Paulinarum, Graeco-Latino. Confido autem, Te, qui soles ea detegere, quae omnes alios latent, plura de illo Codice observaturum, quae oculos meos fugerant, atque ita ex inspectione deprehensurum, nulla me usum esse exaggeratione. Nihil ab eo tempore audivi, utrum Liber ille in manus tuas pervenerit, aut quomodo procedat omnium votis desiderata editio tua Novi Testamenti; ad nos enim, qui in isto mundi angulo vivimus, nonnisi sero & incertis rumoribus omnia perferuntur. Patere interim, Vir clarissime, ut brevem status mei delineationem Tibi proponam. A quo tempore ad Diaconatum Communem Ecclesiarum nostrarum vocatus in patriam redii, vivo in domo patris mei; statio autem illa, licet pro mea aetate valde sit honorifica, tamen, ut verum fatear, neque studiis neque genio meo convenit, nam inde laboris plus haurire mali est, quam ex re decerpere fructus; inprimis postquam hoc anno Senatus noster decrevit, ut omnia officia publica non aliter nisi sortis jactu uni ex tribus Candidatis conferrentur, quo pacto expectatio promotionis infra trientem diminuta est. Officium praesens totum me detinet, ita ut parum sit otii ad aliud agendum: & si superesset, post ea quae jam feci, nihil tamen hic causam tuam juvare possem. Vides in quantas augustias me conjecerim: cum ergo hac non processerit, constitui alia rem aggredi via. Nosti, vir Cl., quid praestare possim in opere, quod moliris; cognosces facile, utrum e re tua sit nec ne, uti ministerio meo, & quomodo; velimque cognoscas me ad omnia fore paratissimum, dummodo inde aliquid non dico te dignum, sed saltem me non indignum sperare possem; durissimum enim foret, si post tot insumtos labores, & studium plurium annorum indefessum, quale in hoc genere literarum requiritur, in incertum movendo, nihil reportarem nisi oculos hebetes, animumque ad alia studia ineptum; istud, qua semper fuisti aequitate, sine dubio nolles. Verbum non addam, cum sciam, non unam tibi suppetere viam hanc difficultatem solvendi. Recordaberis, opinor, quid olim & quam liberaliter obtuleris, quantasque spes feceris. Quod si vero non consultum ducas opella mea porro uti, non aegre feres, si quocunque alio modo coner emergere, chartasque meas aut publici, ad quod multi me sollicitant, aut alieni juris faciam, aut plane caestus artemque reponam. Super his omnibus Te confidentius interrogatum volui, vir Celeb., agnoscens Te tuo quodam jure hic posse sententiam dicere, quam avidissime exspecto. Vale.

Interim 11. Januari 1717. prodierunt duae ad Bentlejum epistolae cum ejus responsis: annis vero 1720. & 1721. Prospectus totius operis, sive Specimen, postremum caput Apocalypseos Graece & Latine exhibens; nec non Observationes C. *Middletoni* & Vindiciae Bentleji; quibus consilium Autoris clarius pleniusque aperiebatur. Profitetur 1. se in editione N. T. Graeco-Latina praecipue usurum Codicibus Graecis & Latinis, mille annorum vetustatem superantibus. 2. ex Codicibus Latinis ordinem verborum in Graecis emendaturum & restituturum. 3. ex Graecis, qui cum Latinis consentirent, Latinorum Lectionem

nem, & viciſſim ex Latinis Graeca confirmaturum, atque Textum alterum ex altero ita correcturum, ut per omnia conſentiant. 4. eoque pacto ipſum *Origenis* exemplar, quo vetuſtius atque praeſtantius haberi non poſſit, quodque *Hieronymus* κατὰ πόδα ſit ſecutus, repraeſentaturum, 5. emendationes ex conjectura in Prolegomenis propoſiturum.

Ab eo tempore nullae fuerunt meae in opere hoc promovendo partes, tum quod nullos ejus, quam deſiderabat, aetatis Codices in Helvetia invenire poteram, tum quod Bentlejus ſignificaverat, ſe Codicibus, quibus Eraſmus fuerat uſus, quorumque Collationem ei obtuleram, non egere, tum quod poſtea aliorum opera quam mea uti maluit, tum denique quod rationes ejus mihi non omnino probabantur. 1. Enim tam multa, ut vidimus, Codicibus vetuſtiſſimis Graecis & Latinis objici poſſunt, quae illorum teſtimonium infirmant atque elevant, ut ex illis ſolis vix quicquam certi confici poſſit. Taceri tamen non debet, ſi ex ſpecimine judicandum ſit, Bentlejum non vetuſtiſſimos tantum Codices, ſed etiam multo juniores magno numero undique conquiſitos, conſulturum, atque adeo plus, quam promiſerat, praeſtiturum fuiſſe. 2. Probo quidem emendationem Bentleji, verba *Hieronymi de optimo genere interpretandi* ita legentis: „ Sed libera voce profiteor, me in interpretatione Graecorum, absque ſcri„ pturis ſanctis, *ubi & verborum ordo myſterium eſt*, non verbum e verbo, ſed „ ſenſum exprimere de ſenſu". Quae etiam confirmatur obſervatione *Auguſtini de Doctrina Chriſtiana* l. IV. 20. in *Rom.* XIII. 14. „ *& carnis provi*„ *dentiam ne feceritis in concupiſcentiis.* Quod ſi quiſquam ita diceret: *&* „ *carnis providentiam ne in concupiſcentiis feceritis*, ſine dubio aures clauſu„ la numeroſiore mulceret; ſed gravior Interpres *etiam ordinem maluit tenere* „ *verborum*": Inde tamen minime conſequitur, Hieronymum in converſione N. T. ordinem verborum Graecorum religioſe ſervaſſe; cum ipſe Hieronymus, cujus verba affert Middletonus, ſaepe & diſerte ſe ordinem verborum neglexiſſe fateatur. 3. Si vera ſunt, quae in his Prolegomenis diſputavi, Codices illi Graeci, qui cum Latinis conſentiunt, ex Latinis ſunt immutati, adeoque omnem ſuam autoritatem a Latinis mutuantur: unde conſequitur, illorum teſtimonio verſionem Latinam confirmare velle, nihil aliud eſſe, quam idem per idem probare, &, quod Logici vocant, principium petere. Graecos autem Codices ex Latinis, & viciſſim Latinos ex Graecis corrigere, atque ita conſenſum mutuum extorquere, quid aliud eſt quam Regulam Lesbiam facere; inprimis ſi quis ea non raro & caute ſed paſſim utatur? 4. Hieronymus fatetur, ſe in verſione Latina locorum *Matth.* XXIV. 36. & *Gal.* III. 1. Codices *Origenis* Caeſareae ſervatos conſuluiſſe atque expreſſiſſe; at inde non ſequitur, eum unice & ubique eosdem exprimere decreviſſe: Hodie vero, deperditis plerisque Origenis ſcriptis Graecis, aliis autem parum accurate parumque fideliter Latine converſis, ſciri omnino non poteſt, quid plurimis in locis legerit. Adde, quod ſi vel maxime verum eſſet, Verſionem Hieronymi ad normam Codicum Origenis directam fuiſſe, ne ſic quidem, recte & bene eum feciſſe, ſequeretur; cum enim ex libris Origenis, qui ſuperſunt, conſtet, illum ſaepius, invitis omnibus codicibus ſuis, & nomina propria audacter immutaſſe, & integras pericopas absque ulla idonea ratione ex mera conjectura deleviſſe, ſuſpicio eſt, idem ab eo etiam in aliis ſcripturae locis tentatum fuiſſe. 5. Emendationes Bentlejanas, quas aut in publico propoſuit, tum nomine Phileleutheri Lipſienſis, tum in ſermone in 2. *Cor.* II. 16. aut cum amicis communicavit (quarum viginti & amplius, tacito tamen Autoris nomine, in prioribus Prolegomenis noſtris attulimus) ſingulas ſuis locis exhibebimus. Vereor autem, ut ſint tam certae, quam ſunt ingenioſae.

Litem inter *Bentlejum & Middletonum*, ſumma animorum acerbitate agitatam, (quod minime decebat de editione N. T. diſſerentes) noſtram non fa-

cimus. Verum ita fit: πολλὰ κενὰ τοῦ πολέμου. Postea cum Bentlejo a suprema Regni Curia petenti, ut chartam ad editionem N. T. necessariam ex Gallia sine portorio liceret importare, plurimi quidem, sed non plerique, proceres essent suffragati, adeo aegre tulit hanc repulsam, ut consilium edendi N. T. abjiceret, curamque editionis ex fratre nepoti, Ecclesiae Anglicanae presbytero, A°. 1742. moriens delegaret. Quantis copiis fuerit instructus, & utrum operam susceptam ipse ad finem perduxerit, rescire non potui: Illud autem scio, habuisse Codices Evangeliorum Latinos vetustissimos, (ut dixi p. 107.) item collationem Codicis Vaticani a Thoma Bentlejo, fratris itidem filio, Romae factam, nec non collationem plurimorum Codicum Graecorum a *Jo. Walkero* in Gallia & Belgio institutam, quorum ope se *sex mille* circiter loca in Textu recepto Graeco & Latino emendaturum esse per Epistolam mihi significavit. Utinam nobis contingat esse tam felicibus, ut Editionem Bentleji, thesaurum desideratissimum, e tenebris in lucem productum conspiciamus!

De Editione Bengelii.

JOannes Albertus Bengelius, primum *Deckendorfi* in Cœnobio Ducatus Wirtembergici hypodidascalus, nunc vero *Praepositus Herbrechtingensis*, *Chrysostomi de sacerdotio* libris, A°. 1725. editis, addidit *Prodromum Novi Testamenti Graeci recte cauteque adornandi*, in quo sibi varias leges fixit, inter quas hae sunt, de Textu praecipue atque vera Lectione: „ 1. Contextus „ modico Volumine cum Crisi edetur, ut in pera commode circumferri possit. „ 2. In Contextu medullam exhibeto editionum probatissimarum: nullam syllabam antehac non receptam recipito. Ecquid agnoscis Lector verecundiam „ & cautionem meam? Oro te, ut hanc legem, quotiescunque nescio quid „ sollicitudinis procedente sermone nostro tibi oborietur, recordere, ne syllabam quidem, inquam, etiamsi MS. mille, mille critici juberent, antehac „ non receptam, adducar ut recipiam. ---- Primae autem partes R. Stephano „ quasi praescriptionis jure manebunt. ---- Factum est id tacito longi temporis „ casu, non consilio: Stephanique aetate si vixisset Millius, & contextum talem, qualem longe abeuntia ejus prolegomena formant, edidisset, in eandem „ venisset, credo, possessionem: Stephanus si hodie eam, quam olim, editionem proferret, Millii difficultates experiretur. 3. Interpunctionibus, spiritibus „ & accentibus non mediocrem curam impendito. --- Unius Pauli epistolae majori „ distinctionum varietate afficiuntur, quam in Hebraeo codice accentuum myriades, quibus oculum divinum, tanquam altioris originis apicibus, invigilasse, „ hoc ipso non contemnendo videtur discrimine posse convinci. ---- Omnis „ Lectio contextus, cui varians in margine respondet, distinguetur Siglis: --- *s* „ denotabit *Signum* interpunctionis, spiritus accentusque varians. 4. Plurimum refert Christianae rei, unum quoddam institui *corpus*, vel cum contextu N. T. Graeci vel sine eo excusum, in quo notata sit --- omnis illa Lectionis varietas, ---- sed enim editioni quotidianis usibus dicatae, qualem ego „ paro, potiora duntaxat adjici par est. 5. Potuit praeclara Lectio quaedam „ & a Complutensibus praeteriri, & ab Erasmo ignorari, & a Stephano posthaberi, & a Millio debilius confirmari; hic demum novorum Codicum suppetiae non possunt non esse exspectatissimae. Detur exemplum. Heb. II. 9. „ legitur χάριτι θεοῦ ---- Millius: *editis congruit, quicquid uspiam hodie est* „ *librorum MSS* --- Imo vero χωρὶς clare habent (vide quid Codices juvent) „ perveteres membranae Uffenbachianae. ---- Haec igitur lectio illam nobis receptam, si non vincit, at certe aequiparat. Nam Christus mortem χωρὶς θεοῦ „ γευσάμενος, idem est quod μὴ ἴσα θεῷ *Phil.* II., idemque quod *Filius hominis, mortuus proinde, ac si is non esset Deus.* --- Hoc enim *Psalmi* VIII. 6.

„ Apo-

„ Apostolus respicit, UTI τὸ γεύσηται EX מעט DEDUCTUM indicat, hac „ lectione Ariani potenter sunt revicti: de qua plenius in Gnomone. 6. Pro- „ mittitur *Canon unicus* verae lectionis ab omni alia dignoscendae. Atque hic Ca- „ non jam fixus & quatuor verbis comprehensus est; sed proferre nondum ma- „ turum, quia sine justa declaratione minus fidei inveniat. complectitur autem „ omnem potestatem Canonum XLIII. Gerardi a Mastricht, & omnes lectio- „ num vel consilio vel casu variantium causas, verarum falsarumque criteria.

Idem *Bengelius* Prodromum alterum, a priori diversum, edidit A°. 1731. in quo promisit 1. Editionem majori volumine in quarto. 2. Textum non ex editione Stephani praecipue, sed ex omnibus editionibus promiscue formandum. 3. Distinctionem commatum & verborum, uti ediderant Apostoli, suppressa tamen sigla ſ. 4. Divisionem Codicum in classes, ut sciamus, quinam vel accurate fuerint collati, vel minus accurate. 5. Lectionem Heb. II. 9. χωρὶς Θεοῦ tuetur quidem, non vero Interpretationem, quam prius fecerat. 6. Monet, Canonem suum unicum verae lectionis dignoscendae, quem ne nunc quidem profert, ab aliis modeste in dubium fuisse vocatum.

Tandem A°. 1734. prodiit ipsa editio, praemisso hoc titulo: „ Novum Testa- „ mentum Graecum ita adornatum, ut Textus probatarum editionum medullam, „ margo variantium Lectionum in suas classes distributarum, locorumque paralle- „ lorum delectum: Apparatus subjunctus criseos sacrae, Millianae praesertim, „ compendium, limam, supplementum ac fructum exhibeat, inserviente Jo. „ Alberto Bengelio Tubingae". Hic demum *Canon unicus* proponitur p. 433. his verbis: PROCLIVI SCRIPTIONI PRAESTAT ARDUA; quae, cum interpretatione egere nemo non videat, ita explicat: „ Sane proclive est, ut li- „ brarius vel casu, vel consilio, vel casu & consilio, non mutanda mutet, sed „ proclive etiam est, ut Codices novi prae antiquis, & codices Graeci vel La- „ tini prae Graecis & Latinis, & codicis pauci prae multis, & Codices inter „ se propinqui prae Codicibus variorum climatum, idiomatum & seculorum, „ titubent". & p. 384. „ *quaere tecum: utra lectio potius orta sit ex altera?*" Editionem N. T. secutus est *Gnomon* A°. 1742. in quarto.

Absit, ut quenquam debita laude fraudare velim. Et sane, cum ipse hoc studium semper coluerim, non possum non vehementer probare consilium eorum, qui iisdem delectantur: inde tamen minime sequitur, me vel sine praevio examine Bengelii editionem per omnia laudare, vel post examen institutum etiam vitia a me deprehensa & errores manifestos defendere atque tegere debuisse. Quin imo, ut personam, quam mihi imposui, tuear, ad officium meum magis pertinet, vitia praecedentium Editionum indicare atque arguere, quam omnium praeconia peragere; alioquin jure mihi objiceretur: quid igitur moliris? vis ne aliquid addere ei quod perfectum omnibusque numeris absolutum est? quid agis, postquam nihil superest agendum? Ergo, cum alea jacta sit, veritas est dicenda, etiam si immerenti odium pariat.

1. Non maturi judicii, sed inconstantiae & *levitatis* suspicionem praebet, quod Bengelius in altero *prodromo* a priori longe discessit; in *editione* vero ipsa Apocalypsin totam, non ut promiserat ex editionibus, sed ex MSS. potissimum Codicibus concinnavit, *magnas ab causas*, ut in praefatione loquitur, & p. 788. „ Hic demum, *inquit*, Liber exceptionem a lege hactenus nobis rigide observa- „ ta de Textu editionum presse sequendo vehementer postulavit". Denique in *Gnomone* saepius Lectiones, quas in editione probaverat atque adoptaverat, rejecit, vel prius rejectas probavit.

2. Quod in Apocalypsi *Codices scriptos* secutus est, laudo: debebat autem eos etiam consulere in textu omnium N. T. librorum formando, non vero cum aliorum invidia gloriari, se *ne syllabam quidem, etiamsi MS. mille juberent*, ante hac non receptam, in Textum recepturum. Superstitiosus iste Ca-

non de Textu nonnisi ex Editionibus formando Criticum nostrum in errorem jocularem induxit, ita ut, (*inverecunde*, dicam, an *incaute?*) mendum Typographi, quod in paucas editiones propagatum fuerat, iterum in Textum sacrum, invitis omnibus Codicibus scriptis, & repugnante editione Complutensi, Colinaei, secunda Stephani, & Bezae, reciperet. Locus est *Apoc.* II. 5. quem ita in Textu exhibet: ἔρχομαί σοι τάχει: in Variis vero Lectionibus notat ad vocem τάχει *Er. Steph. Ed.* 1. 3. *adeoque Codd.* Editionem *Erasmi* & *Stephani duas* ita legere video; sed illam lectionem ex *Codicibus* profluxisse nego. Bengelius, qui id affirmat, quomodo probabit? cum utique non ignoret, & Stephanum frequenter omnibus suis Codicibus editionem Erasmi praetulisse, & Erasmum non plures Codices, sed unicum eundemque mutilum Apocalypseos Codicem habuisse. Cumque istud τάχει Graecum non sit, nec unquam vel in N. T. vel apud LXX. Interpp. vel apud ullum alium autorem hoc sensu reperiatur, annon multo verosimilius est aberratione typographi τάχει pro ταχὺ expressum fuisse? quam conjecturam firmat testimonium *H. Stephani* qui *Thesauri* L. G. T. 3. p. 1275. „ τάχει, *inquit*, quod Vulg. Lex. afferunt ex *Apocal.* „ 2. itidem pro *statim*, *cito*, MENDOSUM EST; nec enim ibi τάχει legi- „ tur, sed ταχὺ, nimirum ℣. 5. ἔρχομαί σοι ταχὺ". Ex quo testimonio etiam consequitur, patrem Henrici Robertum in nullo suorum Codicum τάχει reperisse.

3. Quod *partem* tantum *Variantium*, quas habebat aut habere poterat, lectionum in editione sua exhibuit, non probo. Ex Codice *Dionysiano Gagnejus* varietates quindecim produxerat, Bengelius nonnisi sex, nihilo caeteris meliores; ex *Codice Basiliensi*, inquit p. 450. „ paucorum tantummodo, quae se- „ legeram, locorum excerpta petenti (ne quis perpetuam collationem hic requi- „ rat) eximias quasdam Matthaei primorumque Marci Capitum lectiones im- „ pertiit Cel. Theologus, I. C. Iselius, plura paratus humanissime impertire, „ nisi egomet justis de causis recusavissem, cujus me *modestiae* non poenitet". & in prodromo primo, *editioni quotidianis usibus dicatae*, *qualem ego paro*, *potiora duntaxat adjici par est.* Quis in hac agendi ratione *modestiae* locus sit, me non videre fateor. Quin etiam valde dubito, utrum Collectio VV. LL. mutila quotidianis usibus sit aptior quam integra; & utrum omnia, quae adjecit, neglectis potiora, omnia vero, quae neglexit, minutiora fuerint. Neque poterit salva *modestia* postulare, ut hoc ipsi, affirmanti simpliciter & non probanti, credamus.

4. Sapientissimam Dei Providentiam majori cura invigilasse *Accentibus Hebraeorum* in V. T., quam distinctionibus Graecis in Novo — *credat Judaeus Apella*: *Non ego*; cum enim *doctrina Libris* novi Foederis comprehensa universo generi humano salutaris, atque perfectior meliorque sit, quam Religio Judaica, utique absurdum est dicere, id quod majore cura dignum erat, minus curatum, quod vero minori cura dignum erat, magis curatum fuisse.

5. *Versioni Latinae* & *Alexandrino Codici* nimium tribuit *Bengelius Introd.* p. 390. *Alex.* inquit „ Codicis & Latinae Versionis Collatio unam bre- „ vissimam, facillimam decidendi rationem partim per se ministrat, partim ad „ eam deducit. ---- Alexandrinus igitur Codex & Latinus interpres, par bene „ compositum, ---- nulla commodiore ratione, quam ex Codicis Alex. & La- „ tini interpretis conflictu mutuo, ---- elici potest, quae quaeritur, germana „ lectio. p. 394. ut plurimum, cum genuina lectione Graeca, Latina congruit „ lectio. p. 400. Consensus *Al.* & *Lat.* est perpetuum lectionis longe anti- „ quissimae indicium. --- Lectio illa antiqua ---- ut plurimum genuina est, & „ pondus habet incomparabile. Et *Defens.* p. 46. Ubi Codex Alex. cum ver- „ sionibus --- ac praecipue cum Latina congruit, pluris est quam vel triginta „ codices Graeci gregarii". Si enim vera sunt, quae supra disputavimus, Ver-

sio Latina consensui Codicum Graecorum, si non semper, plerumque tamen, cedere debet: Codex vero Alex. nullum pondus habet seorsum a Latinis, ad quos mutatus & interpolatus est. Neque me a sententia dimovet, quod Bengelius confidenter pronunciat *Introd.* p. 400. *Codex Alexandrinus non est ad Latinos refictus*, & *Defens.* p. 46. „Omnium vero, inquit, minime illud ferendum est, quod censor Alexandrinum Codicem ---- repudiat. --- Injuriam in codicem Alexandrinum censor, nisi eam retractat, nullis in crisin sacram meritis compensaverit". Hic enim non autoritatem sequimur, verum argumentis agimus & rationibus. Age tamen, retractabo Codicem *Alex.* ut, quae p. 12. *& seqq.* scripsi, confirmem. Comparabo autem, brevitatis causa, Codicis Alexandrini variantes Lectiones in MATTHAEO ex Polyglottis Anglicanis cum Versione Latina.

XXV. 9. δὲ] — *Vulg.* & ALEX.
13. ἐν ᾗ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεται] — *Vulg.* & ALEX.
14. τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ] — bona sua. *Vulg.* τὰ ὑπάρχοντα αὐτῶν (ALEX.
16. ἐποίησεν] ἐκέρδησεν *Vulg.* ALEX.
17. ὡσαύτως] + δὲ *Codex Versionis Italicae*, ALEX.
21. & 23. εὖ] εὖγε *Vulg.* & a prima manu ALEX.
26. πονηρὲ δοῦλε] δοῦλε πονηρὲ *Vulg.* ALEX.
27. ἐλθὼν ἐγὼ] ἐγὼ ἐλθὼν Codex *Latinus*, ALEX.
XXVI. 3. καὶ οἱ γραμματεῖς] — *Vulg.* ALEX.
4. κρατήσωσι δόλῳ] δόλῳ κρατήσωσι *Vulg.* ALEX.
9. τὸ μύρον] — *Vulg.* ALEX.
20. δώδεκα] + discipulis suis *Vulg.* + μαθητῶν ALEX.
23. ἐν τῷ τρυβλίῳ τὴν χεῖρα] τὴν χεῖρα ἐν τῷ τρυβλίῳ *Vulg.* ALEX.
33. καὶ] — *Cant.* ALEX.
36. μαθηταῖς] + αὐτοῦ *Vulg.* ALEX.
43. εὑρίσκει] invenit *Vulg.* εὗρεν ALEX.
44. ἐκ τρίτου] — *Cant.* ALEX.
59. αὐτὸν θανατώσουσι] θανατώσουσιν αὐτὸν *Cant.* ALEX.
XXVII. 3. αὐτῷ] — *Vulg.* ALEX.
24. τοῦ δικαίου τούτου] τούτου τοῦ δικαίου *Vulg.* ALEX.
29. ἐπὶ τὴν δεξιὰν] ἐν τῇ δεξιᾷ *Vulg.* ALEX.
40. κατάβηθι] καὶ κατάβηθι *Cant.* ALEX.
41. δὲ] — *Vulg.* ALEX.
42. πιστεύσομεν] πιστεύομεν *Vulg.* ALEX.
60. τῇ θύρᾳ] ad ostium *Vulg.* ἐπὶ τῇ θύρᾳ ALEX. absurde.
61. ἡ ἄλλη] alia *Cant.* & *alius Codex.* ἄλλη ALEX.
His adde clariora exempla.

Heb. XI. 4. μαρτυροῦντος---τοῦ θεοῦ] testimonium perhibente ---- Deo *Vulg.* μαρτυροῦντος---τῷ θεῷ *Codex Claromontanus &* ALEX.
Jac. II. 6. καταδυναστεύουσιν ὑμῶν] per potentiam opprimunt vos *Vulg.* καταδυναστεύουσιν ὑμᾶς ALEX.
V. 4. αἱ βοαὶ — εἰσεληλύθασιν] clamor introivit *Vulg.* αἱ βοαὶ — εἰσελήλυθεν ALEX.
2. Pet. I. 5. καὶ αὐτὸ τοῦτο δὲ] vos autem *Vulg.* καὶ αὐτοὶ δὲ τοῦτο *Editio Colinaei ex Codice Stephani* ια. *ad Versionem Latinam reficto.* καὶ αὐτοὶ δὲ ALEX.
1. Jo. IV. 3. Χριστὸν ἐν σαρκὶ ἐληλυθότα] — *Vulg. Codex Vaticanus*, ALEX.

6. Perperam putavit Bengelius Codicem *Dionysianum Gagneji* & *Petavianum tertium* esse duos Codices, duosque testes; cum revera, quod ex comparatione Variarum Lectionum liquido patet, non sit nisi unus idemque Codex, qui prius

prius monachorum S. Dionysii, postea Petavii fuerat, nunc autem in Bibliotheca Vaticana servatur.

7. *Gerardus a Mastricht Caesareum Codicem ACCURATE legit*, inquit *Bengelius Introd.* p. 441. eundem tamen codicem ubique ponit, non in classe prima codicum accurate collatorum, sed in classe secunda, eorum nempe codicum, qui MINUS ACCURATE collati sunt; quo facto & sibi ipsi & Mastrichtio, qui in *Proleg.* 18. dixerat, se codicem illum *sedulo contulisse*, visus est contradicere, cum praesertim ne verbo quidem mentem suam de collatione simul & accurata & minus accurata interpretaretur. Postea vero cum ad locum *Marci* XI. 3. ex silentio editionis Mastrichtianae conjiceret, Codicem Viennensem cum lectione recepta consentire; & conjectura aberravit, quod ex schedis G. a Mastricht didici, & contra regulam peccavit, quam ipse posuerat, *Introd.* p. 378. „ In priore, *inquit*, tantummodo classe licet etiam negative „ concludere plerumque, atque ita dicere: Hic liber vel hi libri non citantur „ pro lectione Variante; ergo stant a textu. In altera classe temerarium est ita „ ratiocinari, interdum etiam periculosum". Quid ad haec respondet *Bengelius? Defens.* p. 19. „ Triplicem, *inquit*, errorem dum mihi tribuit Censor, „ triplicem injuriam mihi facit". Putaveram hactenus, qui errantem comiter in viam reduceret, non injuriam illi facere, sed officium, imo beneficium, praestare: subscripseram Epilogo *Confessionis Basiliensis*: „ Pollicemur, si — in „ melioribus instituamur, nos omni tempore Deo maxima cum gratiarum actio„ ne obsecuturos esse". Nisi si defensor dicat, me errores illi tribuere, quos non commiserit. Annon ergo repugnat, codicem ab eodem homine, eodem tempore, & accurate & minus accurate collatum esse? annon contra legem a se ipso positam peccavit? annon conjectura aberravit? Ut tamen videat, liberaliter secum agi, tollam illam apparentem contradictionem, distinguendo inter collationem accuratam, & editionem collationis accuratam: Cl. de Mastricht accurate quidem contulit Codicem Caesareum, sed collationem non accurate edidit, quin plurima suppressit, quod αὐτοψία me docuit. Idem antea de *H. Stephani* collationibus observavi p. 145.

8. *Rom.* XII. 11. in Codice *Claromontano* a prima manu erat scriptum χῶρῶ. Postea emendator, abrasis tribus literis mediis, fecit ut esset κω id est κυρίῳ. Amici *S. Curcellaei* (quod ex schedis ipsius didici) & *J. Millii*, ut & *J. Morinus Exercit.* p. 38. lectionem a prima manu profectam notaverant: *R.* vero *Simonius* lectionem alteram ex emendatione ortam: ego utramque; omnes vere. At *Bengelius* nimis properanter existimavit, testimonium Simonii testimoniis reliquorum non solum repugnare, verum etiam praeferendum esse; atque lectioni a Simonio adductae argumentum superstruxit, quod non procedit, si a prima manu non est profecta. „ Citatur, *inquit Var.* p. 653., a Millio pro χῶρῶ *Clar.* „ — Sed *Clar.* κυρίῳ habere docet Simonius in notis Gallicis ad h. l. — atque hi „ Graeco-Latini valde infirmant illud καιρῷ — quibus *sine dubio* congruit *Boern.*; „ & *Append.* p. 860. καιρῷ legi in Cod. *Boerneriano* fautores Lipsienses mihi con„ firmarunt; καιρῷ, inquit *Millius, legunt exemplaria Clar. Ger. tam in Graecis* „ *quam Latinis, ut ex collationibus MSS. ad nos transmissis apparet.* Latine „ quidem *tempori* in his legi, assentimur Millio: Graece autem ΚΩ id est κυ„ ρίῳ in iisdem haberi, firmior testis est Simonius". At cur quaeso unus testis firmior est duobus, imo tribus aut quatuor? cur testes, qui non ad Graecum solum textum, sed ad Latinam etiam versionem, ei e regione respondentem & consentientem, provocant, non firmiores & accuratiores censendi erant Simonio, qui solius Textus Graeci fecit mentionem, & qui, ubi de hoc ipso loco egit, bis vel ter a vero aberravit? Vid. ejusdem Hist. Crit. N. T. p. 389. cur denique, cum Simonius non expresserit, utrum lectionem a prima manu an a cor-

rectore

rectore ortam adduceret, rejectis & spretis reliquis testibus solus proferri potius, quam cum illis in gratiam redigi debuit? Quid ad haec *Defensor?* p. 18. „ *Si-„ monio*, inquit, me potius, quam Millio ejusve amicis hic duntaxat credidisse, „ nemo mirabitur, qui utriusque verba inter se contulerit". Ego eorum verba inter se contuli, sed, qui meus stupor est, cur Bengelius Simonio potius quam Millio crediderit, divinare non potui. Sic etiam *Apoc.* XIII. 13. lectionem ἵνα πῦρ *lectioni Textus aequalem* esse judicat, adducta autoritate unius Codicis *Leicestrensis*, quem tamen in parum accurate collatis ipse numerat. Ex accuratiori vero Collatione intellexi, hunc ipsum codicem, ut novem alii a Bengelio producti non legere ἵνα πῦρ, sed inverso ordine πῦρ ἵνα. Hoc parum firmo tibicine nixus Bengelius tanquam de re certa assèverat *Var.* p. 824. „ Post „ μεγάλα librarius ἵνα, voculam eadem vocali terminatam, omisit, deinde ean-„ dem reposuit, & constructionem mutavit".

9. Codicem *Petavianum* 3. collocat in numero minus accurate collatorum classis secundae, neque ullam facti sui affert rationem Bengelius; cum tamen *L. A. Zacagnius* in *monumentis* p. 441. de eo diserte monuisset: „ Actus „ Apostolorum & Epistolas Catholicas adeo religiose contulimus, ut nec minu-„ tiores varietates omiserimus, uti sunt articuli, transpositiones vocum, eorum-„ que declinationes diversae, rati in hoc studii genere melius esse περιεργίας, „ quam incuriae notam subire. — Idem a nobis factum est in S. Pauli episto-„ lis. — De his autem omnibus eruditum lectorem admonitum esse voluimus, „ ut pro certo habere possit, nos in hac collatione curam omnem atque diligen-„ tiam pro viribus adhibuisse.

10. *Promiserat* Bengelius in utroque prodromo & in titulo N. T., *se exhibiturum in contextu medullam editionum probatissimarum.* Editio probatissima autem aut nihil hic significat, aut editionem, cujus lectio, de qua agitur, Bengelio probaretur. Hujus tamen regulae oblitus non semel lectionem editionum priorum, quam probabat, non in *contextu*, sed in *margine* posuit; v. gr. lectionem postremae editionis Bezae *Matth.* VI. 1. primae Erasmi *Matth.* XII. 3. Colinaei *Matth.* XII. 28, primae Erasmi *Act.* X. 21. Haec ita excusat *Def.* p. 20. „ Ubi editiones inter se differunt, *liberum mihi manebat*, genui-„ nam lectionem, uti quolibet loco videbatur, vel in Textu vel in margine „ anteferre. Editiones unde censor aliquot loca allegat, sunt desitae & in Pro-„ dromo Lege III. exceptae. Quae censor hic profert, ad perturbandam rem „ faciunt: ego autem, *methodo mea* innocenti & *libera*, tranquillitati animorum „ consului.

11. Versionem *Coptam* affirmat 1. *Cor.* X. 9. non legere χριστὸν, sed κύριον, & *Apoc.* XXII. 19. non legere βίβλου sed ξύλου, quam lectionem, hac etiam autoritate motus, in Textum Graecum recepit Bengelius: at debebat etiam monere, in editione Wilkinsii legi in altero loco χριστὸν in altero βίβλου, & afferre rationes, cur lectio Copta, à Cl. *la Croze* ipsi indicata, lectioni Coptae diversae à *Wilkinsio* repraesentatae sit praeferenda.

12. *Apoc.* XV. 6. praepositionem περὶ e textu eliminavit, autoritate unius Codicis, (a quo omnes reliqui dissentiebant) Andreae, Editionis Erasmi 1. 2. 3. & *Stephani* 1. 2. Si tamen non Millium in appendice aberrantem fuisset secutus, sed ipsas editiones Stephani consuluisset, deprehendisset, in omnibus exhiberi περὶ: & Variantem Editionum Stephani priorum lectionem non respicere praepositionem περὶ commatis sexti, sed praepositionem ἐκ commatis septimi.

13. Ad 1. *Cor.* X. 28. dicit: Editionem *Complutensem & Codicem Thuanaeum apud Curcellaeum* non habere verba, τοῦ γὰρ κυρίου ἡ γῆ καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς. In his quidem secutus est Millium, sed perperam & inconsiderate, cum facillime errorem cavere potuisset. Si enim editionem Complutensem (cujus

usum ipsi concesserat *Jo. Frickius*; ut ait *Introd.* p. 434) inspexisset, haec verba sine ulla mutatione in hac editione expressa legisset: porro cum sciret, Curcellaeum nunquam adnotasse in editione sua, unde singulas lectiones Variantes hausisset, conjectura Millii debebat ipsi suspecta esse. Ex schedis autem Curcellaeo transmissis, quas ante oculos habeo, clarum est, non ex codice Thuanaeo, sed ex codice fratrum Puteanorum i. e. Claromontano Variantem Lectionem haustam fuisse: ex hoc fonte porro profluxit tertius error, nimirum quod Codicem Thuanaeum i. e. Theclae (ut infra ostendemus) & Codicem Alexandrinum tanquam duos testes produxit, cum non sint nisi duo unius ejusdemque merito suspecti codicis nomina. Nec hic tamen substitit Criticus noster; sed, a Millio, sua tamen culpa, in errorem raptus, addidit praeterea errorem multo graviorem, cum verba illa novem insignia, & integram sententiam continentia, temere e textu sacro expungeret contra fidem datam, qua se ne verbum quidem aut syllabam Textui vel additurum vel detracturum promiserat, nisi editiones praestantissimae addixissent. I nunc, Lector, & crede Bengelio modestiam suam praedicanti, & de audacia aliorum querelas injustas & suspiciones injustiores jacienti!

14. *Marci* IX. 6. Lectionem λαλῆσαι, quam in Textum receperat, firmat etiam autoritate *quatuor Codicum Bezae*: cum tamen illi Bezae i. e. Stephani Codices, (quod tum Codex Stephani β. & θ., quos ipse contuli, tum inprimis Bezae editio prima testatur,) habeant λαλήσει; illud autem λαλῆσαι posteriorum Bezae editionum manifestae typothetarum aberrationi debeatur.

15. Redeamus ad commentarium in *Heb.* II. 9. ex prodromo priori supra p. 156. expositum. Fateor, me non cepisse, quomodo τὸ γεύσηται *ex* מעט *deductum* dici posset, nisi si quis, in voce Hebraica mysterium quaerens, per anagrammatismum ex מעט, quod *parum* significat, faciat טעם i. e. γεύσηται: Si conjectura aberravi, potior culpa illius fuit, qui tam aenigmatice scripsit, neque mentem suam clarius explicuit. Audi jam, quid obvertat Bengelius *Def.* p. 11. *Haec*, inquit, *expositio non potuit placere iis, quos etiam firmiora pro Deitate Jesu Christi argumenta urunt.* Novi quidem, fuisse, qui pro Deita- Jesu Christi, ut prae se ferebant, alios urerent, sed loris & flammis, non argumentis: quos vero argumenta firma pro Deitate Christi ussérint, novi nullos. Porro quomodo haec cohaerent: *quos etiam argumenta firmiora urunt, illis infirmiora placere non possunt?* Mihi quidem in omni re probanda placent argumenta firma, infirma atque imbecillia non placent: sed annon fieri posset, ut vicissim aliis infirma placerent, firma displicerent? Denique cum tua istius loci interpretatio nemini mortalium, imo ne tibi ipsi quidem, nunc placeat, quaenam fuit ratio, ex omni humano genere eos solos eligendi, quos etiam clariora de Deitate Christi argumenta urunt, nisi ut animum malum proderes, & immerenti invidiam conflares? —— Hic nigrae succus loliginis, haec est Ærugo mera. Agnosce verba tua, quae illum Prologum galeatum sequuntur *Def.* p. 19. *Egomet autem in Apparatu scripsi: Interpretatio hujus lectionis, in Prodromo tentata, neque aliis neque mihi satisfecit.* Sive autem aliis placeat, sive non placeat, ego ingenue fateor; nec lectionem hujus loci, quam praefers, nec ejus interpretationem, quam attulisti, nec id quod inde consequi putas, mihi placere; quin lectionem & interpretationem tuam rejicio, tanquam falsam, & consequentiam tuam, ut ἀνακόλουθον. Pergit p. 12. „ Anagramma frigidissimum טעם & מעט „ mihi imputat, de quo nunquam cogitavi. nam ipsa noemata βραχὺ & γεύση- „ ται, ut Chrysostomus, Sedulius, Haymo, Flacius judicant, per se respon- „ dent"; quibus verbis ita mentem suam interpretatur, ut jam non lusus ingenii, sed, quod gravius turpiusque est, *ignorantia Hebraismi* ipsi jure objici possit. Sentit, opinor, verbum gustare idem esse atque leviter & in transcursu attingere. Ita interdum accipi fateor; ita dicto Tiberii: & tu aliquando degustabis imperium, sera ac brevis potentia significatur; at semper & ubique, &

hoc

hoc praecipue Apoſtoli loco, eam ſignificationem obtinere nego. Jonathan, Saulis filius, v. gr. non dixiſſet: Guſtavi parum mellis; nam ſi guſtare per ſe ſignificat parum guſtare, illud מעט redundaret 1. *Sam.* XIV. 29. 43. Guſtare mortem Hebraeis ſimpliciter ſignificat eſſe mortuum, nullo habito reſpectu ad brevitatem vel longitudinem temporis, quo quis in morte manet; Abel, qui ante quinquaginta ſecula mortuus eſt, nec magis mortuus eſt, nec magis mortem guſtare dici poteſt, quam qui ante horam efflavit animam: & viciſſim qui unum momentum mortuus eſt, dummodo vere ſit mortuus, non minus mortuus eſt, neque minus mortem guſtavit, quam ſi ſtatim poſt Adami lapſum mortuus fuisſet. Res ipſa & uſus loquendi non patiuntur, ut de duobus aeque mortuis dicatur, alterum parum, alterum multum eſſe mortuum.

16. Bengelius nomen *Jeſu*, ſi recte calculum poſui, minimum vicies & quater contra pleroſque codices ſcriptos, & contra pleraſque Editiones receptas, vel ex contextu ſacro ejecit, vel in margine tollendum eſſe pronuntiavit. Quid erat, quaeſo, cauſae, cur nomen Jeſu virum doctum atque pium tantopere offenderet? Si quis illi ſua verba hic regereret: *Hoc non potuit placere iis, quos etiam firmiora pro Deitate Jeſu Chriſti argumenta urunt;* nonne majori ſpecie id faceret? Abſit autem a me, ut convicium convicio rependam. Alia, ſi quid video, ejus erroris fuit occaſio Vivit Bengelius inter eos, qui, quoties nomen Jeſu vel proferunt vel proferri audiunt, caput aperire ſolent; hinc fit, ut Concionatores eam vocem raro pronuntient, ne aut frequenti repetitione aliquid emphaſi detrahatur, aut caput alternis aperiendo & operiendo vel moleſtia actoribus creetur, vel attentio minuatur. Huic mori a teneris adſuetus cum videret, geſticulationem eccleſiaſticam & contextum ſacrum non convenire, imprudens contextum ex geſtibus correxit, cum juxta regulas ſanioris criticae geſtus potius ad voces contextus ſacri accommodare debuiſſet.

17. POSSEM hic Bengelium dimittere, niſi, *Defenſionis* ſpecie, aggreſſoris etiam partes in ſe ſuſcepiſſet, & in me, cui recenſionem Novi Teſtamenti ab ipſo editi, factam in Diario, quod hic editur, Gallico tribuit, impetum fecisſet; ne quis ergo putet, --- haec opprobria nobis & dici potuiſſe, & non potuisſe refelli, age conſideremus ejus objectiones. *Def.* p. 3. „ meam, inquit, editionem ita decoloravit, ut multi Lectores, qui & cenſorem & me noſſent, „ vindicias mihi ſcribendas eſſe arbitrarentur". Cl. Bengelius, quem non niſi ex ſcriptis ejus novi, vir videtur eſſe minime malus, ſi ſuo utatur ingenio, ſed parum cautus adverſus hominum malevolorum ſuggeſtiones, quibus mens ejus nimis facile ex ſua ſede ac ſtatu dimovetur atque irritatur. Et quaenam tandem eſt illa decoloratio? En verba recenſionis: „ In laudem Cl. Bengelii dicendum „ eſt, eum omnem, quam potuit, diligentiam adhibuiſſe, ita ut haec editio cun- „ ctis, quae praeceſſerunt, merito ſit praeferenda". Quid quaeſo majus poterat dici ab eo, qui ſummis laudibus eum celebrare voluiſſet? Fallor, aut plures erunt, qui exiſtimabunt, laudes has fuiſſe nimias potius quam *decolorationem.*

18. p. 7. „ Hic eſt, cujus diutinum Zelum adverſus operam a me in N.T. „ Graeco poſitam multi norunt. — Meum prodromum cenſor in prolegome- „ nis paſſim pupugit. ---- Editionem Gerardi a Maſtricht ita recentavit, ut me „ non intactum dimitteret". Ita ſolent agere, qui fictis cauſis innocentes opprimunt. Ego illi turbulentam feci aquam, qui nec in Prolegomenis meis, nec in notis ad proleg. Maſtrichtii, nec in praefatione, vel verbo ejus mentionem feci, vel de eo, quantum quidem recordor, omnino cogitavi. Bengelius mihi tunc nec amicitia nec injuria cognitus erat: cumque probe noſſem, quam incertae & fallaces eſſent conjecturae ex prodromis & prolegomenis ductae, non poteram de ejus opere judicare, niſi poſtquam editio lucem publicam vidiſſet.

19. p. 15. „ Non ſolum codices contuli duodecim, quos Cenſura memo- „ rat; ſunt praeterea Baſilienſes tres, Bodlejanus unus apud Waltonum, Ca-

„ merarianus, Dionysianus apud Gagnejum, Gehlianus, Parisinus unus apud „ Simonium, Wolfiani duo, complures apud L. Vallam & J. Fabrum Stapulensem. ---- Accessere Versionis Copticae & Armenae & multa alia Versionum Patrumque supplementa". Cum ipse Bengelius in utroque prodromo nonnisi XII. suorum Codicum mentionem fecerit, quo jure conqueritur, in recensione nullam rationem fuisse habitam reliquorum Codicum, de quibus nec ipse verbum dixerat? Sed etiamsi Bengelius horum adminiculorum tunc mentionem fecisset, quod postea in *Apparatu* fecit, nihil erat necesse, ut in recensione idem fieret. Ista enim adminicula omnia jam ante Bengelii editionem erant juris publici, & versabantur in omnium manibus. Si Bengelius illis uti neglexisset, jure hoc ipsi vitio verti poterat: quod autem illis usus est, non video, cur magnis laudibus sit praedicandum. Eodem jure potuisset a me exigere, ut Catalogum omnium librorum vel suorum vel amicorum suorum, quibus in editione sua concinnanda est usus, conscriberem: quod & absurdum & iniquum esse nemo non videt.

20. p. 19. „ Mirum est tam ampla censorem praefatione duo haec allegata „ ornasse, & in ea virum integerrimum G. a Mastricht pro infideli duce declarasse". At magis mirum est, praefationem quinque versuum, quae non solum illa duo allegata, sed reliqua omnia, quae multis paginis postea dicuntur, respicit, amplam appellari: omnem vero admirationem superat, quod Bengelius a mente Censoris plane deerravit; duo enim manifesto ponuntur lemmata, alterum ubi Bengelius suarum regularum est oblitus, alterum ubi duces infideles est secutus; prioris exemplum est ex Collatione Codicis Viennensis a G. de Mastricht facta, de qua supra *Observ.* 7. posterioris ex Simonio, de quo *Obs.* 8.

21. p. 23. „ Quam Censori sententiam de lectione aliquot locorum N. T. „ adscripsi ea *tum certe*, quum specimen imprimeretur, Censoris sententia fuit. „ --- Veruntamen *veritatis causa*, non possum intercipere, quae vir insignis „ Basileae prid. Non. Febr. A°. 1735. rescripsit: Ille vero [*Wetstenius*] „ quod sancte omnes de Collegio affirmant, neque significavit aliquid cuiquam „ nostrum, de mutato a se instituto, ac in diversam a Schedis Magistratui tra„ ditis formam deinceps reconcinnando. --- Sed vero post eas, quas dixi, Sche„ das pro exemplari novae editionis ad Bibliopolas missas, denuo se novum a„ liquod consilium cepisse, atque idcirco etiam illas Schedas, illud exemplar „ operis abjicere, & nullius pretii habere velle, neque dixit, neque dici cura„ vit nostrum cuiquam. Haec tibi significanda esse putavimus, ut pro lubitu „ tuo uti, ac nomine atque autoritate ordinis nostri ad te perscripta, affirma„ re posses". Quis fuerit ille *vir insignis*, nec scio, nec scire laboro. Cum vero personam Theologi induerit in hac epistola, aut impudentissime mentitus est insignis impostor, aut odium Theologicum memoriam ejus omnem exstinxit. Non jam dicam, me initio anni 1730. longo multarum horarum colloquio rem totam, quantum poteram clarissime, Theologo vicino meo exposuisse, &, ut cum Collegis communicaret, rogasse: cum vero is alia omnia fecisset, contigit tamen, idque non sine divina providentia, ut, indignitate rei permotus, ubi non omnino erat necesse, praesentibus Consulibus, Curatoribus Academiae & Theologis, eadem repeterem; quod a scriba Curiae ex ore meo exceptum, a Theologis non auditum solum, verum etiam in libello, frustra vetante ordine Amplissimo in lucem edito, typis expressum est; in illo Conventu d. 25. Martii 1730. Theologi quaesiverunt p. 459. „ Cur in sermonibus meis de dispositione pro„ sitae Editionis Novi Testamenti Graeci toties variaverim?" Responsio reperitur p. 343. 344. ubi inter alia haec leguntur: „ Praeterea dixit; quod atti„ net ad dispositionem Novi Testamenti a se edendi, se mense Junio (quo specimen scripseram) in alia fuisse opinione, quam mense Septembr. (quo con-

„ silium

„ filium meum Theologis expoſueram) & ſententiam priorem mutaſſe, atque
„ ideo in Hollandiam ſcripſiſſe, ut prius illud ſpecimen ſibi remitteretur.”
Cur Bengelius haec, quae prae manibus habebat, non inſpexit, poſtquam fuiſſet monitus, ne facile illis crederet, qui putant ſibi omnia licere in eos, quos Majeſtatem ſuam non ſatis comiter coluiſſe ſuſpicantur? Si ita ſcribit *veritatis cauſa*, an aliter ſcriberet *mendacii cauſa?* Hinc etiam conſequitur, falſum eſſe, quod Bengelius dicit, ſententiam, quam mihi affinxit, meam *certe* fuiſſe, *cum ſpecimen imprimeretur*; cum ex *Actis* clarum ſit, me integrum annum ante ſpecimen me invito editum ſententiam mutaſſe. Sequitur etiam, parum honeſte atque verecunde id Specimen 37. commatum priorum Matthaei vocari *Editionem Wetſtenianam*, & ea mihi objici, quae ipſe diu ante correxeram. Niſi ſi dicat, mihi non licuiſſe delere, quae non edideram. Ne quis vero exiſtimet, hac mea Variatione ſalutem Reipublicae & Eccleſiae in diſcrimen fuiſſe adductam, ſciat me in illo ſpecimine Oecolampadium, quem maximi ſemper feci, ſecutum Codici Evangeliorum Baſilienſi (qui in noſtra deſcriptione *primus* eſt,) nimium tribuiſſe, re vero propius examinata ab illa ſententia receſſiſſe: ſi tamen in illa perſtitiſſem, peccaſſem contra leges Criticas, non autem contra leges vel Reipublicae vel Eccleſiae. Quod Bengelius addit p. 23. *Quantum is deinde ſe mutavit, tantum mihi adſentitur*; verum non eſt: Cum enim ego, mutata priori ſententia, & Codicis illius Baſilienſis & Alexandrini & aliorum, tanquam ex Verſione Latina interpolatorum, autoritatem rejecerim, manifeſtum eſt, me hoc pacto longe longeque a Bengelio, qui maximam illis autoritatem tribuit, receſſiſſe. Aliud adhuc eſt in eadem *inſignis viri* epiſtola, quod ſilentio praeterire non debeo p. 24. „ Schedas illas jam eſſe in
„ manu cognatorum Bibliopolarum reſpondit, deinde retrahere ſerio juſſus,
„ poſt aliquod tempus, *non ſine efflagitatione pretii curſoribus publicis vectu-*
„ *rae nomine perſoluti, quod & renumeratum ei de publico eſt*, exhibuit”.
Deſidero hic judicium Bengelii: quid, quaeſo, iſta fabula ad rem & ad Criticam facit? iterumne *veritatis* cauſa ἀπροσδιόνυσα protulit, ut mendacium alterum propagaretur? Vel an Bengelius inſtructus eſt teſtimonio authentico Triumvirorum aerario praefectorum, quo fidem faciat, illam pecuniam tanquam mihi ſolutam in rationes expenſorum relatam fuiſſe? Ego quidem & dixi & dico, me pretium illud, quod jure optimo petere poteram, (niſi ſi quis forte putat, Senatum Baſilienſem debuiſſe imitari judices Genevenſes, qui olim decreverant, ſcripta Patrum Graecorum & Latinorum, ex quibus Servetus tunc in carcere detentus & a Calvino ad necem poſtulatus haereſeos convinceretur, ipſius Sereti ſumtibus eſſe coemenda) nec petiiſſe unquam, nec accepiſſe. Probet, me accepiſſe, ſi poteſt: aut agnoſcat, ſe iterum ducem parum fidelem fuiſſe ſecutum. Me indignabundum haec ſcribere, fateor; nec tamen hic a riſu mihi temperare potui, obſervata Bengelii calliditate, qui cum & Theologo Baſilienſi placere cuperet, & illi hominum generi, qui in Germania, quod auſteram *pietatem* & ſingularem modeſtiam vel colunt vel ſimulant, nomen habent; Defenſioni lingua Germanica ſcriptae atque editae inſeruit *Epiſtolam immodeſtiſſimam* Latinam, ſed illam Germanice non convertit; ſcilicet ut duobus Dominis ſerviret.

22. p. 41. „ De *Bentlejo* & *Wetſtenio* ſententiam dixi in *Appar.* p. 447.
„ Perpauca, opinor, loca ſunt, quorum receptiorem lectionem, a me muta-
„ tam, illi non mutent: MULTA ſunt, quorum receptiorem lectionem illi
„ mutent, me non mutante: NON PAUCIORA ſunt, quae & illis & mihi
„ unanimi conſenſu mutanda cenſeantur, atque hic conſenſus, non ex compo-
„ ſito initus, magnum poteſt praebere veritatis argumentum”. Quomodocunque ergo rem geſturi eſſent Bentlejus & Wetſtenius, honore Bengelium augebunt;

 ſi

si enim mutant, quae ipse mutaverat, consensus hic magnum praebebit veritatis argumentum: si mutabunt, quae ipse non mutavit, uti multa mutaturi sunt, Bengelio teste, haec ipsorum audacia modestiam Bengelii commendabit. At unde Bengelius scivit, quoties aut ab ipso dissensuri aut cum ipso consensuri essent? imo quomodo, nisi spiritu prophetico se afflatum probet, id omnino scire potuit? Sin autem nescivit, annon judicium temerarium protulit & contra regulam a se positam *Epilog.* p. 880. „ Unum rogo, inquit, ne quis „ certe editor quicquam vel mali commatis vel boni, quod non SCIAT meum „ esse, pro meo habeat aut venditet; neve quicquam animi duntaxat causa „ convellat, generatim querelas instituens, si placet, de libertate critica, qua „ vel abusus vel non satis usus sim; SED JUSTIS OMNIA EXEMPLIS, SI „ POTE, COMPROBET " ? Haec cum ipsi fuissent objecta, ita se expedire conatur in *Defens.* p. 42. „ Quousque Bentlejus in mutando Textu progre„ diatur ex Apoc. XXII., quod ille caput seorsim edidit, *patet*, *si* ex speci„ mine dudum emisso, inquam in Apparat. p. 443., adhuc licet judicium fa„ cere". Atqui non poterat ignorare Bengelius, ex uno capite edito de totius N. T. editione judicium facere *non licere*; in primis ex uno capite Apocalypseos, in quo libro solo plures Codicum scriptorum ab editionibus receptis discrepantes lectiones reperiuntur, quam in omnibus fere reliquis N. T. libris simul sumtis. Ipse Bengelius an permitteret de sua editione N. T. judicium fieri ex solo ultimo Apocalypseos capite? Pergit p. 43. „ *Wetstenianae* criseos fun„ damenta, non dicam in specimine, & in Censura, sed in Prolegomenis, „ ubi omnes editiones multo prolixius reprehendit, quam ego, insignem muta„ tionem intentabant. ---- Nunc id negat: *itaque quae de eo tum vere dixi*, „ *nunc dicere desino*". Quod semel verum fuit, semper verum est; acumen itaque hujus dicti me non capere fateor. At nunquam verum fuit, me perpauca loca, quae Bengelius mutat, non mutaturum; & multa, quae Bengelius non mutat, mutaturum: quod ipse Bengelius facile vidisset, si & Censuram meam, quam vocat, & praefationem editioni alteri Mastrichtianae praefixam oculo attento perlegere fuisset dignatus. Cum enim ego autoritatem Versionis Latinae, & aliarum omnium Versionum, & Codicum etiam Graecorum cum Versione Latina consentientium, Lectioni reliquorum Codicum Graecorum ut plurimum postponam, fieri aliter non poterit: quin in plerisque majoris momenti locis, ubi Bengelius lectionem receptam mutat, ego illam retineam atque defendam.

23. Bengelius quaestione proposita: qua ratione adornanda sit editio N. T. Graeci, quae paucissimos offendere, plerisque autem sine studio partium judicantibus placere possit? respondit: si ex omnibus receptis editionibus Lectiones, quas novus editor optimas judicet, in Textu reponantur; ego contra putavi: si lectio plurium Codicum MSS. Graecorum praeferatur, & in Textum recipiatur; hanc regulam esse valde simplicem, nec quicquam habere quod a voluntate editoris pendeat; ita singulos Codices considerari ut totidem testes, & judicari, plus valere testes duos uno, & multos paucis, quod manifestam aequitatis speciem habeat; & si quis unice hac regula uti velit, eum jure non posse cogi, ut lectionem cum hac regula pugnantem sibi obtrudi patiatur. Notandum autem, licet existimaverim, Lectionem plurium Codicum in Textu esse reponendam, non tamen statuere, Lectionem illam semper esse genuinam; quin largior, aliquando Lectionem paucorum Codicum pluribus, imo Lectionem, quae in nullis Codicibus Graecis hodie reperitur, esse praeferendam: sed contendo, tum illud nonnisi rarissime accidere, tum de ea re caute & accurate in notis esse disputandum. Bengelius, cum hanc regulam jugulum causae suae petere videret, in omnes formas se vertit, ut ictum declinaret. Age, quae affert,

pau-

paucis expendamus. Def. p. 43. „*Pluralitas MSS., ut a Censore promulgatur*, „ *labyrinthus est inexplicabilis*". Hoc dicit quidem, sed non probat. p. 44. „ *Regulam ille sibi in Proleg. posuerat hanc:* Lectio plurium Codicum, cae- „ teris paribus, est praeferenda: *commodeque eam explicarat. Nunc & regu-* „ *lam & explicationem tollit*". Regulam non tollo, sed partem explicationis, ubi Codicibus vetustissimis, quos ad versionem Latinam mutatos esse postea deprehendi, nimium tribueram. *Imo si pluralitati MSS. tantum tribui debet, quantum Censura ei tribuit, omnes copiae, quas Prolegomena illa recensent, dimitti possunt.* Haec non intelligo; si enim omnes copiae dimittuntur, quid supererit, quod numerari possit? quin certum est, ut sciamus, quaenam sit plurium codicum lectio, omnes, quotquot conquiri possunt, producendos & conferendos esse. *Nil vero aerumnosius, periculosius, & incertius excogitari potest, quam talis pluralitas, praesertim si Orthodoxi omnia fere exemplaria, quae ex Oriente apportantur, corruperunt, & manuscriptorum vel mediocris antiquitatis tanta est raritas.* At quis illi dixit, Orthodoxos fere omnia exemplaria Graeca corrupisse? Hoc dixi, omnes codices, quos habemus, a librariis Orthodoxis esse scriptos, adeoque omnes varietates ab illis fuisse profectas, pauca eos per incuriam omisisse, reliqua studio mutasse, ut lectionem vel ad orthographiae vel ad Syntaxeos, vel ad εὐφωνίας regulas Grammaticas accommodarent, vel ut lectionem, quam impeditam esse judicabant, interpretarentur: quodnam hinc oriatur periculum, aut quae aerumna & incertitudo, non perspicio. Magnam quidem esse MSS. vel mediocris antiquitatis raritatem ne Bengelius quidem, puto, inficias iverit: difficultas vero, quae inde oritur, ipsum non minus urget, aliosque omnes, quam me. *Ergo antiquissimus Latinus, antiqui Orientales interpretes, ac patres omni jure suffragii exuuntur?* Ita; in textu Graeco concinnando, qui omnibus placere possit: in notis eorum ratio haberi potest; ubi tamen, instituto examine, apparebit, rarissime secundum istos contra consensum codicum Graecorum esse pronuntiandum. *Nullum plane manuscriptorum deinceps discrimen valebit?* de ea re agetur observatione sequenti. *Accuratum eorum numerum quis quolibet inibit loco?* Editor producet testes quos habet, non eos quos non habet. *Duae unius loci lectiones, ubi altera prae altera unius subinde duorumve Codicum suffragio augetur, alternatim genuinae erunt?* At non nunc agitur de Lectione genuina, sed de Textu edendo, qui ab omnibus recipi possit. Ubi aequalis aut prope aequalis pro utraque lectione produci potest numerus, quaestio non ex hac regula, sed aliunde determinari debet. Id autem, nisi me memoria fallit, contingit rarissime. Sed quam aliam regulam habet autor, quae omnem ubique dubitationem tollat, & lectiones omnes reddat certissimas?

24. Pergit: *Sed bene est*: Censor in Praefatione N. T. Graeci A°. 1735. editi, *eam pluralitatem ipse improbat; atque ita, ut mirabili celeritate in alterum extremum incurrat.* „Illud jam addo, *inquit*, quod, quamvis forte pri- „ ma fronte novum videatur; iis tamen, qui receptae vulgataeque lectioni ab istis „ varietatibus metuebant, non poterit non esse gratissimum, nimirum Textus re- „ cepti auctoritatem ut plurimum nec consensu citatorum MSS. Codicum magis „ firmari, nec eorundem dissensu debilitari. Producuntur fateor testium loco *cen-* „ *tum* Codices; multis in locis a recepta Lectione dissentientes. Cave autem exi- „ stimes, singulos religiosos, graves, idoneos, omnique exceptione majores esse; „ quin potius horum Testium Catalogum mecum attentis oculis perlustra, & le- „ ves, corruptos, imo fictos falsosque, ni vehementer fallor, deprehendes pluri- „ mos". *Temporis causa, ad censuram tantisper comendam, subito eam pluralitatem arripuisse videri* Censor *poterat, praesertim cum paulo post* in illa praefatione N. T. *in alia omnia iverit.* Injuriam mihi facit Bengelius, quando

do me intra paucorum mensium spatium pugnantia scripsisse accusat. Dixi, singulos Codices Graecos tanquam totidem testes esse producendos: sed nunquam scripsi SINE DISCRIMINE, sine examine, promiscue omnes, etiam falsos & fictos, ad testimonium dicendum esse admittendos. An Bengelius aut ignoravit, aut me ignorare existimavit, quid leges civiles praescribant: *Testium fides diligenter examinanda est: & ideo testes, qui adversus fidem suam testationis vacillant, audiendi non sunt* ff. de Testibus? Ex Codicibus *plus centum*, in editione Oxoniensi parva & in editione Mastrichtiana adductis, intestabiles judicavi *quinquaginta*, quod vel nunquam in rerum natura extiterunt, vel, cum idem codex duo nomina haberet, aut alter codex alterius apographum esset, tanquam duo testes diversi sunt producti, vel ad versionem Latinam sunt interpolati. His quinquaginta possem nunc addere & alios supra descriptos, ex Versione Latina pariter immutatos, & variantes Lectiones S. Curcellaei, quae etiam alio atque alio nomine, tanquam diversorum Codicum, exhibentur.

25. Cum sentiret, hac via negotium non satis expediri, aliam ingressus est p. 50. *Pluralitati MSS. codicum favere me, absolute negat Censor. --- Quare spondeo, nullam typis adhuc excusam recensionem repertum iri, quae toto suo tenore cum majore numero codicum aeque conveniat, atque mea. Non est haec controversia tam levis, quam prima specie videatur.* Haec & temere & ambigue dicuntur. Cum enim Bengelius non ignoraret, quantam testium nubem produxissem, nec exspectavit tamen, donec fuissent auditi, neque petiit, ut testimonia cum illo communicarentur, sed, tertia testium parte neglecta, juxta paucos, qui ipsi aderant, pronunciavit, & pronunciat, suam editionem cum majori codicum numero convenire. Qui scit, quid testentur illi codices, quos nec vidit, nec videre voluit? Et quid si isti, quos non vidit, testes consentirent cum paucioribus eorum, quos vidit, annon fieri posset, ut tunc majorem suorum testium numerum numero vincerent; quo facto, quam ipse plurium Codicum vocat lectionem, revera non esset lectio plurium, sed pauciorum? Porro si per recensionem suam intelligit Contextum ex editionibus praestantissimis a se concinnatum, nihil habebit contextus iste, quod non in illis editionibns simul sumtis reperiatur: majorem vero plurium Codicum rationem eum habuisse, quam editionum praecedentium singulas, nondum probatum est; &, donec probetur, dubitare licet. Sin autem per recensionem suam intelligit judicium suum de veris lectionibus, i. e. non tam contextum solum, quam Lectiones, non in notis prolixis, ut Beza fecit, aut in prolegomenis, ut Millius, tectius exhibitas & paucioribus lectas, sed margini ab eo appositas, eo consilio, ut & omnibus aeque essent conspicuae, & ipsi Textui vel praeferrentur, vel aequipararentur, *Spondeo nullam typis adhuc excusam recensionem repertum iri, quae toto suo tenore cum majore numero Codicum MINUS conveniat, quam Bengelianam.*

26. p. 52. *Quicquid Censor adhuc disseruit, me petit; me igitur eundem petit in extremo:* „ Ex omnibus, quae hactenus dicta sunt, hanc inferamus „ conclusionem, viros probos debere tam miserari eorum, qui, re pro viribus „ examinata, infeliciter a vero alicubi aberraverunt, quam aversari eos, qui ae- „ gre ferentes, alios uti suis oculis, summa vi atque violentia exigunt, ut om- „ nes eorum stent judicio, tanquam si ipsi omnino falli non possent". Nego consequentiam. De Bengelio hic ne cogitaverat quidem censor, sed de me meisque adversariis, in quibus Bengelius tunc numerari non poterat. Et quomodo, quaeso, de uno eodemque homine dici potuisset, dignum esse, cujus viri probi simul *miserentur*, & quem *aversentur*? Et quis sanae mentis Bengelii fortunam tunc miseraretur, quem notum erat propter editum N. T. non tantum

tum a nemine vexatum fuisse, sed eo pacto sibi viam ad honores & ad rem lautam, in qua vivit, stravisse? aut quis illum describeret, tanquam hominem, qui rem vi gerat, aliis suas opiniones obtrudat, alios oculis suis uti aegre ferat &c., cum ejus rei nullum usquam indicium ostendisset? Cur ego denique de vi & violentia ejus conquererer, quem mihi aut nocere posse aut nocere velle, non erat metuendum? Adde his paria legi in fine Prolegomenorum priorum p. 201. quae certe Bengelium non petebant.

27. ib. *Censor, non tam male te ipsum de me existimare, firma sunt indicia: sed id laboras, ut alii quam pessime de me existiment.* Haec sunt ἀσύςατα, neque unquam aut extitit, aut existet vir probus, cui haec descriptio tua convenire possit. Vellem *firma illa indicia*, quibus me non male de te existimare probas, edidisses; eo enim pacto posterius tui asserti lemma evertissem. Laudavi equidem & laudo diligentiam tuam, gratulor felicitati tuae, quod multa partim primus eruisti, partim primus edidisti. Est tamen quod in te desidero, tum quod in credendo parum cautus malevolorum suggestiones, convicia, & mendacia propagavisti, cujus generis nonnulla invitum me tibi objicere coegisti; haec a persona tua & a moribus tuis sunt aliena: tum quod in alterum extremum delapsus ea scribis, quae ab homine fanatico potius quam Critico profecta videri possint. *Def.* p. 43. *Censor in rationibus decidendae lectionum varietatis insufficientem admittit enumerationem partium, & id praeterit, quod unum omnium maxime ad decisionem conducere jam jamque videbimus.* Et p. 51. *Ab omnibus tamen ejusmodi adminiculis res tandem abit ad munus divinae GRATIAE. Hoc magisterio CHARACTER ille singularis, quem quaevis genuina lectio, luce sua, suo sapore comitatum, gerere solet, INTERDUM CERNITUR, SAEPIUS GUSTATUR; hoc jubare, quicquid mortalium mos, sensus, voluntas, socordia, curiositas, olim vel nuper, in multis vel paucis libris, plerumque addidit, & interdum dempsit vel permutavit, tanquam fucus discutitur. Var. lect.* p. 770. de loco 1. *Jo.* V. 7, 8. *Et tamen etiam atque etiam sperare licet, si non autographum Johannaeum, at alios vetustissimos Codices Graecos, qui hanc periochem habeant, in occultis providentiae divinae forulis adhuc latentes, suo tempore productum iri.* & p. 688. in *Gal.* IV. 28. *Totum versum sic constituit* Bentlejus; τὸ. δὲ Ἄγαρ συςοιχεῖ τῇ νῦν Ἰερουσαλὴμ, δουλεύει γὰρ κλ., *ut* Σινᾶ ὄρος ἐςὶν ἐν τῇ Ἀραβίᾳ *sit glossa. Approbat* Millius, *sed non intrepide, propter unanimem codicum in hoc inciso consensum. Minus trepide* editor δίγλωττος, *qui communem sensum quovis Manuscripto antiquiorem causatus, pro illis verbis* τὸ γὰρ-συςοιχεῖ δὲ, *tantummodo legit* ἡ συςοιχοῦσα. ATQUI HAEC NON COMMUNI SED APOSTOLICO SENSU CONSTANT. His similia legi in C. M. *Pfaffii*, civis tui, *Dissert. de variis N. T. lectionibus* p. 225. 2. *Cor.* V. 3. *Vulgaris habet lectio:* εἴγε καὶ ἐνδυσάμενοι, οὐ γυμνοὶ εὑρεθησόμεθα. *SENSUS COMMUNIS utique docet, eum, qui veste indutus est, non esse nudum. Non itaque probabile est, talia ipsum posuisse Apostolum.* His addo, quae scripsisti in *Gnomone* p. 198. ad *Marc.* XVI. 17. Γλώσσαις λαλήσουσι καιναῖς novis) *IIS, QUAS NULLA NATIO ANTEA HABUERAT.* 1. *Cor.* XII. 10. Nam *Act.* II. 4. *linguae Parthorum, Medorum &c.* aliae *dicuntur, non* novae.

28. p. 55. „ Si primum specimen ejus, ut & Prolegomena, deinde hanc „ ejus censuram, postremo ea quae ad Gerardum a Mastricht contulit, exami- „ nes; deprehendas, eum intra *sex* annos rationes suas, typographorum dun- „ taxat opera promulgatas, *ter* retexuisse, & quidem in iis partibus, quae ad „ interiora rei pertinent. Undecunque hoc proficiscitur, firmitudo cordis deest, „ & casus externi varios affectus, sincerum judicium obnubilantes, pepererunt". Non ter, ut jam ostensum est, sed semel sententiam mutavi, recedendo a sen-

tentia tum Bentleji, tum Bengelii, existimantium, Versionis Latinae & Codicum Graecorum cum illa consentientium magnam esse contra codices Graecos autoritatem; idque feci, non levitate aut *affectu* permotus, sed post acrem aliquot annorum meditationem, & post longum & laboriosum examen. Si prius cum plerisque viris doctis erravi, nil habet, quod mihi objiciat Bengelius, qui adhuc in eodem errore versatur: si vero errorem postea & agnovi, & alios de eo monui, judicet lector, an propterea Bengelio obstinatio potius, an mihi inconstantia debeat exprobrari. Ne jam repetam quae *Obs.* 1. p. 157. dicta sunt. Quod porro scribit, *casus externos peperisse varios affectus*, *sincerum judicium obnubilantes*, non minus falsum quam inhumanum est. Me certe casus illos externos non permovisse, ut sententiam mutarem, ex iis quae dicta sunt, ut opinor, constat. Haec iterum *vir insignis* Bengelio suggessit; cui, si viveret, responderem: *Non adeo cecidi*; quid Bengelio regerere possem, malo ipse in se descendens intelligat, me tacente. Cum primum de consilio meo edendi N. T. varii rumores spargerentur, illud solebam ita interpretari: Nunc, id est anno 1729., Tigurinos edere V. T. ex codice Alexandrino, autoritate veterum, *non sine adhibita* κρίσει, *castigatum ac suppletum*: me, quod illi faciant in V. T., facturum in N., nec videre, cum illorum factum laudetur, quo jure mihi idem facienti in crimen verti possit. Haec vera pariter & aperta & sufficiens erat descriptio; quam si quis parte mutilet, partem addat, & partem in alium sensum detorqueat, procudet designationem obscuram sane & ineptam, sed nec meam, nec mei operis. *Nihil est*, *Antipho*, *quin male narrando possit depravarier.*

De V. L. Collectoribus atque Editoribus.

„ EDitiones, quae abhinc centum aut circiter annis factae sunt, aut adhuc „ fiunt, nihil melius aut accuratius primis illis habent. Sunt enim omnes „ vel ad Frobenianas vel ad Stephanicas vel ad Complutensem expressae, qua„ rum accurationem & elegantiam assequi posse summa votorum est multis hu„ jus aevi typographis". Teste αὐτοψία, observante etiam *Curcellaeo* in Praefatione N. T. & post ipsum H. *Hottingero*, cujus verba adduximus. p. 147.

1. *Patricius Junius*, (de quo supra p. 8. 65. & 78.) Caroli 1. Angliae Regis Bibliothecarius, non solum primus Codice Alexandrino est usus & ex eo epistolas Clementis ad Corinthios edidit A°. 1633., verum etiam Codicem integrum, ut & Cantabrigiensem Bezae, cum editione Elzeviriana secunda contulit, & Variantes Lectiones cum viris eruditis communicavit; quin etiam Novum Testamentum Graecum inde ab A°. 1634. plus centum quinquaginta locis, infeliciter, ut ego quidem judico, ex conjectura sua emendare tentavit. Eas emendationes, quarum partem etiam Hammondus vidisse videtur, ex Junii αὐτογράφῳ in Bibliotheca Remonstrantium Amstelodami cum schedis Vossianis servato, suis locis proferemus.

2. A°. 1641. *Hugo Grotius*, Interpretum N. T. longe praestantissimus, edidit Annotationes in IV. Evangelia, & A°. 1646. in Acta & Epistolas Apostolorum, in quibus Lectionem Codicis Alexandrini saepe receptae praefert, aliquando etiam ex conjecturis Textum emendare conatus, quae omnia a Piercio excerpta Polyglottis Londinensibus inserta sunt.

3. Non ita multo post Grotium *Henricus Hammondus* scripsit Annotationes Anglicas in N. T., in Monitis ad Lectorem ita praefatus: „ Multi viri docti, „ Lucas praecipue Brugensis & Robertus Stephanus, magna diligentia obser„ varunt V. L. multorum Graecorum Codicum MSS. Quoniam vero Anglia „ nostra quibusdam monumentis antiquis ditata est, quae a Deo in usus hone-

„ stio-

„ stiores destinata sunt, quam ut in Archivis serventur, tanquam in sepulcris „ cadavera, & inter vermes in situ & pulvere jaceant, quosdam Codices con-„ sului, & ex illis quandoque V. L. selegi publico offerendam ---- ut, qui „ judicio pollent, pro re nata illa utantur. Primum MS. ego bis contuli reper-„ tum in Bibliotheca Collegii Magdalenae Oxonii. Secundus est MS. Alexan-„ drinus, tertius Bezae Cantabrigiensis, quorum V. L. mecum communicare „ dignatus est Reverendissimus Archiepiscopus Armachanus. Quicquid ex ali-„ quo horum codicum cognitu utile visum est, in margine interiori hujus libri „ translatum & e regione Textui appositum conspicitur". In ipsis Annotationibus frequenter Vulgato Textui aliam Lectionem praefert, aut saltem aequiparat: aliquando etiam Textum ex conjectura emendare non dubitavit.

4. A°. 1657. *Brianus Waltonus* in Polyglottis Londinensibus expressit Textum N. T. juxta Editionem Stephani tertiam: in Tomo autem sexto adjecit V. L. non tantum Stephanicas, & Bezae ex Codd. Cantabrigiensi & Claromontano, sed etiam ex variis MSS. Codd. Anglicanis, quos magno exhausto labore cum editis vel ipse contulit vel conferendos curavit *Jacobus Usserius*. Varia tamen hic desiderantur, nam primo ex omnibus istis Codicibus in Anglia repertis ne unus quidem satis vetustus aut alicujus autoritatis est, dein Codex 61. *Montfortii* dictus, qui totum N. T. continet, non nisi in Evangeliis & Actis cum editis collatus est, neglectis Epistolis cum Apocalypsi; denique *Velesii* V. L. tanquam ex Graecis Codicibus excerptae proponuntur, quas ad Latinos tantum Codd. pertinere supra p. 59. probavimus.

5. A°. 1658. *Stephanus Curcellaeus* edidit N. T. cum V. L in 12, quae editio post ipsius mortem ter, annis nempe 1675, 1685, & 1699. praelo subjecta rursus fuit. Consilium suum & rationem operis in Praefatione ita proponit: „ Cum animadverterem, inquit, cognitionem V. L. esse valde utilem, „ & propemodum necessariam, & tamen magnam partem earum, quas vetera „ MSS. continent, in hodiernis Editionibus desiderari, operae me pretium fa-„ cturum arbitratus sum, si colligerem omnes, quas in diversis exemplaribus „ invenire possem, & novae editioni adjicerem".

Docet deinde in Textu se expressisse superioris temporis Elzevirianas editiones; in ima vero pagina exhibuisse V. L. non tantum quas ediderat Stephanus, aliasque ejus conjecturas, & ex Erasmica & Complutensi collectas editione, verum etiam ex quatuor Codicibus MSS., nimirum Bezae, quem Claromontanum ille vocaverat, Epistolarum Paulinarum, Thuanaeo totius N. T. si Matthaeum detraxeris, Mazariniano IV. Evangeliorum ante octingentos annos scripto & Constantinopoli allato, nec non ex alio MS. adhuc vetustiore.

Addit porro, ut vulgari objectioni occurreret: „ Fateor exemplarium nostro-„ rum scripturam plerumque meliorem esse ea, quam V. L. exhibent, sed non „ semper. Ideoque Textui sunt adjiciendae, ut unicuique intelligenti libera „ relinquatur facultas, quam volet, eligendi aut rejiciendi. Quod vero praeter-„ ea quidam afferunt, id esse noxium, utpote quod suspicionem ingerere pos-„ sit, scripturam Novi foederis ita esse corruptam, ut tutum non sit illi fidem „ adhibere, facile diluitur. Nam contra potius corruptionis suspecta esset ha-„ benda, si V. L. omissae forent, quia ignoraremus, an veram haberemus. „ Sed omnibus diligenter annotatis certi possumus esse, veram quoque inter „ illas repertum iri, & accurato solum examine opus esse, ut a falsis discerna-„ tur. Optandum quidem esset, ut nulla diversitas Lectionum in hoc libro in-„ veniretur, & ut omnes, qui eum descripserunt, tam fideliter & accurate in „ isto opere se gessissent, ut cuncti Codices ad unguem inter se consentirent; „ sed quandoquidem res aliter se habet, & jam ab antiquis seculis quaedam „ loca non eodem modo in omnibus exemplaribus lecta sunt, ut passim testan-

„ tur Interpretes, malum iſtud diſſimulatione non ſanabitur. Nullus enim, „ qui veterum aut recentiorum Commentarios vel obiter inſpexerit, id ignorare „ poteſt. Sed laus ſit Deo, quod nullum inde fidei Chriſtianae periculum im- „ minet. Quantacunque enim Scripturae varietas in his libris occurrat, nihil „ tamen inde productum eſt hactenus, quod erroribus aut vitiis vel minimum „ faveat, ſed omnia optime ad veritatis & pietatis defenſionem in illis conſpi- „ rant. Forte quidem Orthodoxis per V. L. aliquis eripietur locus, quo ad- „ verſus Haereticos pugnare conſueverunt. Sed ea, quae alicujus in fide Chri- „ ſtiana ſunt momenti, tot Scripturae locis repetuntur, ut etiamſi unus aut al- „ ter eorum nobis deeſſet, non propterea veritas periclitaretur. ---- Si anguſtia „ Marginum permiſiſſet, ubique libros nominaſſem, quos ſecutus fui, ut, qui „ vellent, conſulere eos quirent. ---- Vale & operi in communem Chriſtiano- „ rum utilitatem ſuſcepto gratus fave: &, ſicubi nos in tot minutiis forte lap- „ ſos eſſe contigerit, benigne ignoſce.

Multum debemus *Curcellaeo*, cujus conſilio & induſtria factum eſt, ut ſtudium Criticum N. T., quod toto hoc ſeculo fere neglectum jacuerat, reviviſceret, & paulo poſt *Jo. Fello* occaſionem praeberet, tum parvam editionem Oxonienſem curandi, tum de majore, a *Jo. Millio* demum perfecta, cogitandi. Plus autem eidem deberemus, ſi aut anguſtia marginum libros, quibus uſus erat, ubique citare permiſiſſet, aut vita ei ſuperfuiſſet *ad editionem aliam quam meditabatur in majori forma perficiendam.* Licet autem Curcellaeus, quod promiſerat, fideliter & diligenter praeſtiterit, malam tamen apud multos gratiam iniit. Suſpiciones quorundam Theologorum non moror: cum hic non tam quaeratur, utrum Lectio Varians, & diverſa a lectione vulgo recepta, huic vel illi Chriſtianorum ſectae faveat vel non; ſed utrum revera in Codicibus ſcriptis aut alibi reperiatur, & bona fide inde ſit excerpta; utinam vero aequiorem Curcellaeo ſe praebuiſſet *G. a Maſtricht*, qui de Variantibus ex conjectura Lectionibus agens *proleg. 9.* „ ſuſpectus, inquit, quoque eſt aliis *Curcellaeus* de „ inſertis, inter reliquas, quibusdam EX SUO INGENIO lectionibus. Ipſe „ in Praefatione fatetur, *ſe intermiſcuiſſe nonnullas Stephani aliorumque emen-* „ *dationes ex conjectura.* AD QUAE VERBA Doctiſſ. *Saubertus* in Pro- „ legom. ad varias Lectiones Matth. p. 35. notat: *Hujusmodi merae conje-* „ *cturae, ab omni antiquitatis ſuffragio deſertae, in ſacrum Textum nullo* „ *admittendae modo; niſi heterodoxis quibusque campum velimus aperire graſ-* „ *ſandi pro lubitu, & ſcripturam velut ſutor corium tractandi.* & *prol.* 52. „ *Curcellaeus* primus collegit ex editis & MSS. etiam ex conjecturis lectiones, „ easque in finem paginae conjecit, nulla facta mentione libri aut codicis, ex „ quo hauſit, num ex manuſcripto vel excuſo, num lectio ex conjectura, qua- „ les immiſcuiſſe eum ſupra obſervavimus". Si enim Maſtrichtius ipſam Curcellaei editionem accuratius inſpexiſſet, deprehendiſſet, illum, quoties conjecturam proponit, diſerte praefari, ita H. Stephanum, I. Cauſaubonum, D. Heinſium vel alios VV. DD. conjeciſſe; porro illas lectiones ex conjectura, in univerſum circiter quadraginta, non in fine paginae ſive ad marginem textus exhibuiſſe, ſed ad calcem libri in appendicem rejeciſſe; denique Saubertum ſcripſiſſe contra eos, qui conjecturas ſuas in Textum ſacrum recipiendas, & in locum extruſae lectionis veteris ſubſtituendas eſſe contendunt, aut qui emendationem ex conjectura factam calculo ſuo approbant, quorum neutrum Curcellaeus fecit. Sive autem haec, ſive alia Sauberto mens fuerit, cum tamen certum ſit, pleroſque omnes interpretes N. T. emendationes ex conjectura propoſuiſſe, idque ſuo jure ſe facere crediſiſſe, cur vitio vertatur Curcellaeo, quod illas conjecturas adnotavit? imo annon accurati collectoris officio male fuiſſet defunctus, ſi id neglexiſſet?

At

At alia, eademque duplex, difficultas me diu impeditum tenuit atque vexavit: Cum enim obſervarem, & non paucas Curcellaeum afferre Lectiones variantes, quae in nulla editione & in nullis Codicibus ſcriptis reperiuntur, & longe maximam Lectionum, quas affert, Variantium partem in uno & ſolo Codice Alexandrino reperiri, quaerebam apud me, unde Curcellaeus hauſiſſet lectiones, quae aut nuſquam reperiuntur, aut nonniſi in Codice Alexandrino, quo ſe tamen non fuiſſe uſum affirmaverat? „Inſuper, *inquit*, Variarum lectionum Col-
„ lectiones Lutetia fuerunt mihi ab animo communicatae, ſed aliquanto ſerius,
„ cum eas reliquis adjungere non eſſet integrum ---- Altera ex Bibliorum Grae-
„ corum Codice *Theclae* ---- Carolo I. Angliae regi a Cyrillo Conſtantinopo-
„ leos Patriarcha dono miſſo, quem illuſtris vir Hugo Grotius in ſuis annota-
„ tionibus in N. T. aliquoties ſub Anglici codicis nomine citat. ---- Sed quia
„ grandioris ſunt molis, quam ut in Appendice exhiberi poſſent, alii editioni
„ in majori forma a nobis reſervantur, ſi Deus dederit, ut eam aliquando ador-
„ nare vacet". Cum haec cura me coqueret atque ſollicitaret, eoque magis, quod de viri optimi fide non dubitabam, forte fortuna in ipſos faſciculos Lutetia & Londino ad Curcellaeum miſſos, qui inter ſchedas viri Rev. *Philippi à Limborch* diu delituerant, incidi. Quid repererim, paucis exponam. Faſciculus primus continet literas, ut Curcellaei manu notatum eſt, *E. Bigotii*, in quibus ex Codicibus ſupra n. 103. & 104. deſcriptis nonniſi ſeptendecim Variantes lectiones ad Matthaeum & Marcum erant excerptae, nimirum *Matth.* II. 11. III. 7. IV. 10. 18. X. 8. XXIII. 25. XXIV. 49. XXVI. 71. 74. XXVII. 35. *Mar.* II. 18. IV. 8. VI. 15. 33. IX. 20. 40. XIV. 15. Secundus continet ἀπόγραφον Collationis MS. Cantabrigienſis a P. Junio inſtitutae, nec non collationem accuratam Codicis Alexandrini, partim Patricii Junii, partim Franciſci Junii manu deſcriptam; quibus Curcellaeus in hac editione uſus non eſt. Tertius manu *Michaelis Falcarii* ſcriptus, *Davidi* vero *Blondello* inſcriptus (quorum ille A°. 1657. iſte vero jam A°. 1655. diem obierat) exhibet Collationem duorum codicum, qui aliquando ſimul, aliquando alternis citantur; alter Codex conſtanter appellatur *Puteanus*, eſtque codex Claromontanus epiſtolarum Pauli: in alterius nomine variatum eſt; ter quidem in prima pagina vocatur Codex *Theclae*, bis codex *Anglicus*, deinde per plures paginas compendio *Th.*, tandem vero, & in ipſa inſcriptione, venit nomine Codicis *Thuanaei*, quae ſunt quatuor unius ejuſdemque Codicis Alexandrini nomina. Facile jam intelligimus, quomodo Falcario homini Gallo & Eccleſiae Reformatae Miniſtro hic error obrepere, & Curcellaeo fucum facere potuerit. Acceſſit alius error haud paulo gravior; qui enim duos iſtos codices contulerunt cum editis, parum accurate rem geſſerunt; nam in Evangeliis ex codice Alexandrino nonniſi tredecim Variantes lectiones notaverunt, &, quod multo pejus eſt, cum parum exercitati eſſent in legendis MSS. literis uncialibus ſine diſtinctione vocum exaratis, frequenter in Puteano & Alexandrino codice imperite & perperam legerunt, quae in ipſis Codicibus non reperiuntur, quod minimum centies factum eſt; praeterea ubi in uno eodemque commate vox quaedam bis extabat, Collatores nonniſi commia & vocem, cujus variantem lectionem exhibebant, annotarunt: unde factum eſt, ut Curcellaeus in loco varianti lectioni aſſignando paſſim aberraret. Ex hac poſtrema obſervatione conſequitur, cum Curcellaeus (praeter ſeptendecim illas Varietates ex Codicibus Mazariniano & Vigneriano) aliis codicibus MSS. uſus non ſit niſi Alexandrino & Claromontano; variantes lectiones in ejus editione exhibitas, quae nec in iſtis duobus Codicibus nec in editionum priorum aliqua reperiuntur, in erratis numerandas, & nullo loco habendas eſſe.

6. A°. 1660. *Joannes Pricaeus* Commentarios edidit in varios N. T. libros,

bros, in quibus vulgato Graeco textui non raro Latinam Verſionem, aut Codicis Alexandrini Lectionem, aut ſuas conjecturas praefert.

7. A°. 1672. *Johannes Saubertus* Helmſtadii edidit in quarto V. L. Textus Graeci Evangelii S. Matthaei, ex plurimis impreſſis ac MSS. Codicibus collectas, & cum Verſionibus nec non cum Patrum Graecorum Latinorumque Commentariis collatas. Hunc librum Simonius praeter ſuam conſuetudinem laudibus cumulat, unde a Millio ſummo ſtudio ſed fruſtra quaeſitus fuit. Revera autem nihil continet praeter V. L. in Polyglottis & a Curcellaeo jam editas: addit quidem MS. Raviani, Editionis Brylingeri & Matthaei Hebraici, item Verſionis Lutheri atque Moscoviticae V. L., ſed iſtae omnes ad veram Lectionem aſſerendam vix ullius habendae ſunt ponderis: in extremo libro, quod praecipuum erat, adjecit V. L. ex MS. Codice Academiae Juliae nec non Editione Commeliniana Jo. Chryſoſtomi Homiliarum in Matthaeum: Codicem iſtum MS. dicit eſſe antiquiſſimum, literisque uncialibus ſine vocum diſtinctione ac ſine ſpirituum accentuumque notis in membrana deſcriptum, majori tamen parte mutilatum.

8. A°. 1675. *Joannes Fell* Decanus Ædis Chriſti Oxonii, & paulo poſt ad Epiſcopatum ejusdem urbis evectus, edidit *N. T. & V. L. ex plus* 100. *MSS. Codicibus & antiquis Verſionibus collectas:* ut titulus non appoſito Editoris nomine teſtatur. Praefatio ita incipit: „ Dici vix poteſt, quantas tragoedias excitaverint, hoc praeſertim ſeculo, ſcriptores nonnulli perperam eruditi, & partium ſtudiis in transverſum acti, de V. ſubinde S. S. L. Nimirum criminantur, illis deberi, quod nihil certi aut ſinceri in Bibliis ſuperſit, ſi quidem temporis lapſu, haereticorum fraudibus, & librariorum injuria ita comparatum, ut notha & rejectitia irrepſerint, quae Textum ipſum mole exaequant, & jam novis oraculis divinitus miſſis opus videatur, ut, quae reapſe fuerint divina oracula, cognoſcamus. ---- Cum vero attentius ea recognoſceremus, plane comparebat ---- adeo liberaliter a Deo O. M. cum humano genere actum, ut neceſſaria quaeque, & ad ſalutis ſummam facientia in S. literis ſaepius repeterentur; ita ut ſi forte quidpiam minus commode alicubi expreſſum, id damnum aliunde reparari poſſit. Quin imo providentia divina ita feliciter invigilatum, ut in tanta, quae praefertur, Lectionum varietate vix unus occurrat locus ſic luxatus, & male habitus, ut alicui Fidei articulo fraudi ſit futurus. Unde ſi forte Textuum leviſſimi momenti diſcrepantiae ſcrupulum animis injecerint, qui interim contemnunt illos, qui extra omnem controverſiae aleam ſacratiſſima Dei O. M. praecepta conſignant, manifeſto apparebit, hoc non a pendulae mentis incertitudine, ſed profani animi malignitate & obſtinatione provenire. ---- Inſuper ſi quis ſecum penſitaverit, N. T. prae omnibus fere libris ſaepiſſime deſcriptum fuiſſe, & mendas, quae in exemplar aliquod forte irrepſerant, religione quadam (quod alibi non obtinet) retentas & propagatas; adeo longe aberit, ut cauſetur, tot ſphalmata, mille & ſeptingentorum annorum decurſu cumulata; ut potius mirari par ſit, tam pauca ſaltem alicujus momenti interveniſſe. Praeſertim cum e vulgo quibusvis, calamo pariter & manu profanis, permiſſum fuerit ſacra iſta tractare. ———

„ Cum ergo Novi Foederis Editionem moliremur, atque in votis eſſet, ut legentium quorumcunque uſibus reſponderet, & ſpeciatim illorum, qui S. Textus autoritatem elevare nituntur, objectiunculis ſatisfieret, ſtatuimus MSS. Codices, quotquot haberi poterant, diligenter recognoſcere, &, amicorum ope aliunde accerſita, exemplarium alibi gentium reperiendorum fidem expoſcere: porro Verſiones veteres Gothicam & Copticam in ſubſidium petere, & tandem omnia Lectoris oculis una cum Textu ipſo ſubjicere. Exhibemus ergo, quae

„ Cur-

„ Curcellaeus ex Stephano inprimis & Wechelio desumsit, insuper quae Biblia „ Polyglotta Anglicana addidere. Porro collationem de novo instituimus, 12. „ MSS. Bodlejanae Bibliothecae, quorum plerique intacti prius, nec in Poly- „ glottis recensiti. Accedunt Collationes Codicum duorum Usserii, & trium „ Petavii, & S. Germanensis &c.

Haec editio Felliana, quod & judicium fuit Simonii, omnes superiores facile superat; ubi praecipue in D. Editore laudamus, quod nihil dissimulandum premendumque sibi, sed aperte *omnia* indicanda judicavit, ut tandem veritas in lucem protrahatur. Varia sunt tamen, quae in hac quoque Editione desiderare licet. Non enim errata tantum Stephani, & quae in Polyglottis remanserunt, hic retinentur omnia, verum etiam Curcellaeus pro altero teste subinde citatur, ubi Stephanum exscripsit. Gothica conversio tanquam a Latina distincta, & San-Germanensis Codex tanquam diversus a Claromontano producitur; in notatione numerorum cardinales pro ordinalibus & vicissim h. e. v. gr. 6., modo pro sexto, modo pro senis Codicibus sumuntur; inter Bodlejanos Codices nonnisi Evangelia comparent, Epistolis Apostolicis neglectis; in titulo centum Codicum mentio fit, qui, si accurate numeri supputentur, vix 70. deprêhenduntur, iique non totius N. T. sed hujus vel illius tantum libri; festinante praelo major pars testium vel Codicum, quorum V. L. excerptas habuit Editor, in priore parte jam tum praelo subjecta omissa est, nec nisi circa medium vel extremo demum Codice adhibita fuit; denique SS. Patrum testimoniis locus omnino nullus conceditur. Neque sane Cl. Editor existimabat, omnibus numeris opus esse absolutum; hinc est quod veniam petit: „ Boni, inquit, con- „ sulat lector, & quae humanitus nobis exciderant, communis sortis memor „ candide atque benigne, saltem sine fastu & protervia redarguat". Eodem tempore jam cogitavit „ de Editione secunda adornanda, quae Lectiones, quas „ collegerat, universas complecteretur grandiori volumine.

9. A°. 1685. *Paulus Colomesius* Epistola Gallica ad Christoph. Justellum scripta haec pollicitus est: „ Quod si Deus conservare mihi propitiam volunta- „ tem suam voluerit, Romanam Editionem LXX. Interpretum typis iterum „ subjiciam, una cum Novo Testamento Graeco multis in locis correcto".

10. *Richardus Simonius* edidit A°. 1689. Historiam Criticam Textus, A°. 1690. Versionum, atque Commentatorum N. T., observationes novas in Textum & Versiones N. T. A°. 1695., atque A°. 1702. Versionem Gallicam N. T. juxta Editionem Latinam. Ex cujus viri scriptis, qui praecipua sagacitate fuit, & Bibliothecas Parisienses Regiam atque Colbertinam longo tempore frequentavit, multa peti possunt subsidia ad veram Lectionem subinde eruendam.

11. A°. 1707. *Joannes Millius* Oxonii edidit N. T. Graecum cum V. L. typis elegantissimis. Hic vir Cl. unus labore triginta annorum plus praestitit, quam omnes qui ipsum aetate praecesserunt. Codices MSS. Anglicanos plerosque ipse inspexit, & de novo contulit, Versiones consuluit, Patres Graecos & Latinos perlegit, & per amicos quoque, undecunque potuit, subsidia comparavit. Judicium etiam suum, prout res ferebat, interposuit, atque ita tandem insigne istud ac praeclarum opus, hortante Eduardo Bernardo, & Joanne Episcopo Oxoniensi, ac jubente etiam Anna Regina, ad umbilicum perductum, in publicum exire passus est.

At ne istud quidem tale ac tantum opus suis caret naevis: Nam, ut taceam plurima in Codicibus, Patribus, Versionibusque, Millii diligentiam fugisse; Cl. item Editorem sibi non ubique constare, & saepius in Prolegomenis eam Lectionem admittere, quae ab ipso in notis Textui subjectis rejecta fuerat, quod Lectori incommodum quidem, sed in Editore humanum est; non millies tantum sed decies millies Patrum aliquem vel MS. vel Versionem falso citat, sive erratis typothetarum sive aliter utcunque deceptus; uti inter legendum collatis O-

ri-

rigenis, Chrysostomi, Theodoreti, Theophylacti & Versionis Syrae &c. verbis comperi. Illud etiam in testimoniis Patrum a Millio adductis desideramus, quod libros indicare, ex quibus singula petiit, plerumque neglexit.

Illud vero nequaquam ab hujus Viri acri judicio exspectandum erat, ut Italicae Versioni h. e. indoctis, nescio quibus Interpretibus, certe Idiotis Afris plus tribueret, quam consensui omnium Graecorum & Codicum & Patrum, Versionumque reliquarum; etiam iis in locis, ubi nova Hieronymi Versio ab antiqua recessit, & ubi tota Ecclesia Latina Veterem Interpretem deseruit. Ejusdem commatis est, quod Lectiones unius alicujus singularis Codicis, qui neque antiquitate neque ulla alia ratione sese commendabat, frequentissime pro genuinis habere non dubitavit; quod etiam Codicibus Graecis, a Latinis librariis manifeste interpolatis, nimium tribuit, & has ipsas interpolationes pro vero Textu habuit; quod denique in recensione Editionis Complutensis & Erasmianae, quae, quia ex his omnes sequentes procusae fuere, praecipue accuratam atque fidelem descriptionem merebantur, suo indulgens vivido ingenio omnia usque ad minutissimas res confinxit, adeo ut in tota ea narratione vix vocula quidem vera sit.

12. A°. 1709. *Ludovicus Kusterus* Roterodami Editionem secundam N. T. Milliani curavit, & V. L. ex *duodecim MSS.* codicibus adjecit, itemque praefationem luculentam, unde sequentia excerpimus: „ Neque enim, inquit, „ illos quicquam moror, qui omnem Criticam, tanquam non inutilem solum, „ sed etiam periculi plenam a S. Script. removendam censent; qui quidem homines, quid sibi velint, ipsi ignorare videntur, neque satis animadvertere, „ quam facile copiae illorum in angustum cogi possint. Quid enim, an negabunt dari Variantes Lectiones N. T. an vero affirmabunt primos Editores „ N. T. & inter eos praecipue Robertum Stephanum (cujus Editio prae aliis „ recepta est) divino afflatu & instinctu praeditos fuisse, ne in dissensione Codicum MSS., quos ad manum habebant, a vero Textu Apostolico unquam „ aberrarent? Equidem & verecundioris frontis & sanioris judicii fore existimo, „ quam ut vel illud negare, vel hoc affirmare ausint.

„ Si igitur dantur V. L. Novi Test. (quod concedere necesse est) num bonum factum putabunt, eas negligere aut suppressum ire? Atqui si hoc ipsis „ persuasum est, omnes cordatiores seorsim ab illis sensuros esse non dubito. „ Vel enim Variantes illae Lectiones sunt alicujus momenti vel nullius. Si alicujus sunt momenti, quae invidia, ne dicam impietas fuerit, pretiosas illas „ antiquitatis reliquias supprimere, ex quibus vera & Archetypa Textus Sacri „ lectio saepe erui poterit? si nullius sunt momenti, quid cunctantur ea in lucem proferri, unde non solum causae Religionis Christianae nullum imminet „ periculum, sed etiam quae maximum ad stabiliendam ejus veritatem adjumentum adferre possunt? Quid enim autoritatem Textus sacri magis confirmare queat, quam mirificus tot Codicum MSS., Versionum, Patrum, aliorumque scriptorum veterum consensus, qui (quod ad ipsum Textum attinet) „ leviter tantum & exiguo admodum discrimine inter se discrepent?

Hic tamen illud adnotandum videtur, quod non solum omnia Millii errata retinuit, sed negligentia Typothetarum complura alia, eaque foediora, accedere passus est.

13. A°. 1710. *Daniel Whitby* S. T. P. edidit Londini in folio *Examen Variantium Lectionum Johannis Millii in N. T.*; in quo opere sicut diligentiam & zelum Venerabilis istius senis depraedicamus, ita non possumus non fateri, illum, quantum judicio nostro assequimur, in aliis argumentis felicius versatum fuisse. Quo animo ad istud examen se accinxerit, in ipso Titulo ter prodidit, dum asserit: *Lectionem Textus hodierni in omnibus defendi posse.* Sine dubio

dubio omnia defendi possunt, si quis sibi hoc ante omnia proposuerit, & nihil non utcunque defendendum putet; at longe aliter judicasset V. Cl., si scivisset, quam parum editores hodierni Textus olim ad istud opus parati instructique accesserint, & quantum sibi temere autoritatis sumserint; quod nos, ni fallor, jam in clarissima luce collocavimus.

Accidit autem Whitbyo, quod plerisque solet, ut ardore disputationis abreptus veri limites paulo longius excederet: dum integro libro primo probare conatur, neque ex scriptis Patrum, neque ex Codicibus Graecis a Latinis librariis exaratis, neque ex Versionibus certo colligi posse, quid vel olim in Codicibus vere Graecis lectum fuerit, vel nunc legendum sit? Nam 1. argumenta ab ipso allata aut nihil omnino aut nimium certe probant, nimirum hodie nos de vera Lectione omnino certos esse non posse. Nihil enim facilius est, quam eodem argumentandi modo, quo ipse autoritatem Patrum, Versionum & Codicum Occidentalium convellit, etiam ipsam Codicum a Graecis scriptorum fidem convellere, & varia graviora contra ipsorum testimonium dissentiendi studio fingere dubia. Sed quid hoc tandem aliud est ac merum Pyrrhonismum introducere, id quod minime omnium V. Cl. intenderat? Quibus propter nodos quosdam atque difficultates, naturae harum rerum adhaerentes, protinus omnia in dubium vocare placet, laborant

Cum ventum ad verum est: sensus moresque repugnant.

2. Assertionem libri primi non ita rigido sensu sumendam, sed benigna interpretatione molliendam esse ipse Autor docet, cum in praefatione, ubi, in regulis genuinam Lectionem cognoscendi, testimonium Patrum, Versionum & Scholiorum praecipue valere pronunciat: tum in toto libro secundo, ubi autoritate Patrum Graecorum Latinorumque, & Versionum, hodiernum Textum contra Millium tuetur; nunquam sane tam molestum laborem suscepturus, si serio credidisset, nihil *certi* ex istis fontibus hauriri posse. Nisi quis dicat, testimonium Patrum Versionumque valere quidem pro Textu Typographorum, contra eundem vero esse infirmum atque invalidum; quod nemini nisi praeconceptis opinionibus occoecato in mentem venire potest.

14. A°. 1711. exiit Amstelaedami ex Officina Wetsteniana N. T., ex Oxoniensi supra n. 7. descripto expressum. Accesserunt in hac Editione, praeter locorum parallelorum uberiorem copiam, V. L. ex Codice Caesareo a D. *Georgio a Mastricht* Syndico Bremensi excerptae, & Canones Critici, quibus singulae Variantes earumque valor aut origo examinatur. Qui Canones, quantum ex usu eorum ab autore indicato constat, in eum finem facti videntur, ut Lectio Textus hodierni ubique locorum defenderetur: quod si vero recte quis eosdem adhibere novit, revera typis vulgatam Editionem frequentissime redarguere atque damnare intelliget.

Longe vero aliud prius intenderat doctissimus Editor *Henricus Wetstenius*, quod in praefatione ad Lectorem ita exponit: „ Quum praestantissimi in N. T. „ operis Milliani primum mihi facta esset copia, qui tunc de recudendo in for- „ ma minori eodem Novi Foederis libro, eoque locis parallelis & V. L. in- „ structo, cogitabam, incessit animum ardor, ex tam operosa collectione *praeci-* „ *puas* seligendi, ut moli consulerem. Verum quum huic delectui instituendo si „ vel par essem, tempus mihi defuturum viderem, inter doctos quaesivi frustra, qui „ manum operi admovere vellet, licet haud obscure indicarem, labori pretium me „ constituisse minime modicum.--- Illud mirari satis nequeo, inter tot myriades „ Variantium tot numerari nugas, striblígines, exscriptorum sphalmata non so- „ lum manifestissima, sed & portentosa, imo &, quod stupeo, crassissima „ menda typographica: ita ut, explosis omnibus istis titivilitiis atque paleis, nec „ centesima quaeque supersit lectio *alicujus momenti*". Nos igitur consilium τȣ̃ μακαρίτȣ amplexi, & quod ipsi superstiti dudum promiseramus, jam ante

hos viginti annos exſolvere conantes, praecipuas V. L. ſelegimus, & quaſcunque recepto Textui vel praeferendas, vel aequiparandas, vel accuratius doctis expendendas judicavimus, Lectoris oculis fideliter atque diligenter ſubeciſſemus, niſi, unde minime exſpectari poterat, impedimentum fuiſſet illatum.

Cum ergo, editionis Maſtrichtianae exemplaribus diſtractis, Bibliopolae A°. 1732. eandem recudere decreviſſent, & operae ultra dimidiam partem jam proceſſiſſent, ego A°. 1733. ſuperveniens, & ut reliqua curarem rogatus, quod unum licebat in opere alieno, quaedam correxi, & A°. 1735. praefationem, qua, quid eſſet praeſtitum, doceretur, praefixi; eam hic iterum exhibeo:

Praefatio de hac Secunda Editione.

Quantopere Novum Teſtamentum Graecum, cum Variantibus MSS. Codicum Lectionibus ante hos ſexaginta annos in Theatro Sheldoniano editum, eruditis piisque ſeſe commendaverit, partim quod Editor fuerit Joannes Oxonienſis Epiſcopus, Vir ad Eccleſiae reique litterariae bonum natus, partim quod minori forma, quae neminem ab emendo aut legendo deterrere poteſt, prodierit, omnibus notum atque manifeſtum eſſe opinor.

Illud unum deſiderari videbatur, ut nimirum Codices, qui teſtium loco citati erant, accuratius deſcriberentur, Lectionisque ſingulae Varietates ad certas regulas, quarum ope, quinam teſtes fide digni, quaeve Lectiones genuinae eſſent, tuto pronunciari poſſet, expenderentur. Hunc defectum ſupplere aggreſſus eſt Vir Illuſtris *Gerardus a Maſtricht*, Syndicus Reipublicae Bremenſis, edito primum ſpecimine, cujus partem quidem Vir plur. Reverendus *Chriſtoph. Matth. Pfaffius* Capite ſeptimo Diſſertationis Criticae de Genuinis Librorum Novi Teſtamenti Lectionibus Anno MDCCIX. exhibuit, integrum vero opus Anno MDCCXI, una cum Novo Teſtamento Graeco atque acceſſionibus ex Codice Vindobonenſi, multo perfectius atque emendatius ex officina Wetſteniana exiit.

Haec Editio exſpectationi publicae ita ſatisfecit, ut a Theologis Belgis exterisque certatim laudata fuerit, utque, incredibili exemplarium multitudine intra breve tempus diſtracta, editio altera poſceretur atque flagitaretur.

Ea nunc demum apparet, ſed priori haud paullo melior atque correctior. Primo enim in *Prolegomenis* multa ex ipſo Cl. Auctoris αὐτογράφῳ hinc inde tum immutata, tum addita, ſuisque locis inſerta: quaedam etiam, quae, licet oculos ipſius fugerint, tamen, ne incautus Lector in errorem abriperetur, reprehendenda videbantur, in ima pagina merito, ni fallor, ac modeſte notata exhibentur.

In corpore porro Libri non ſolum menda aliquot, quae in *Textum* & *Loca parallela* Typothetarum vitio irrepſerant, ſublata: verum etiam ſexcentae *Lectiones variae*, quae, neſcio qua incuria, interdum perperam productae, plerumque autem autem non ſuis codicibus attributae erant, ex Br. Waltoni Bibliis Polyglottis, Novoque Jo. Millii Teſtamento correctae atque reſtitutae ſunt. Prius enim tum ſigna Codicum, quae erant ſimilia, ut Go. & G, M & *m*, *Cp.* & *Co.*, (hoc eſt Verſio Gothica & Codex MS. Collegii Gonvilli, Codex Montfortii & Codices Collegii Magdalenae, Editio Complutenſis & Verſio Coptica,) ſolenni quodam errore confundebantur, tum etiam Alexandrinus ſaepe cum Cantabrigienſi, & Lincolnienſis aliquando cum Veleſianis permutabatur; quae res & ipſis Theologis ingentem moleſtiam creavit, cum legerent ad locum celebrem 1. Tim. III. 16., eſſe Codicem Graecum veterem, qui contra conſenſum reliquorum omnium pro verbis Θεὸς ἐφανερώθη ἐν σαρκὶ haberet ὃ ἐφανερώθη ἐν σαρκί; nunc vero ille nodus expeditus eſt, poſtquam deprehenſa erroris origine conſtitit, literam L pro V, quae non Lectionem Codicis alicujus Graeci ſed Vulgatae Latinae converſionis deſignabat, poſitam fuiſſe.

In

In *Notis* denique ad calcem Libri rejectis praeter levia quaedam menda manifestus etiam atque magnus error in hac nova Editione, uti par erat, sublatus est. Cum enim Titulus Editionis Oxoniensis *Variantes Lectiones, ex plus centum MSS. Codicibus collectas*, promitteret, id Cl. Notarum Auctor non solum ita intellexit, ac si Editor totidem totius Novi Testamenti integra exemplaria in manibus habuisset, verum etiam pro certo posuit, Codicum Varietates omnes & singulas studiosissime atque diligentissime adnotatas fuisse; quo assumto consequens erat, ut quoties *decem* v. gr. contra receptam Lectionem Codices citari videret, statim, subducto calculo, receptam Lectionem in *nonaginta* Codicibus reperiri, adeoque testium numero facile vincere, confidenter affirmaret. Atqui hoc consequens verum esse non potest, cum assumtum utrumque falsum sit; constat enim ex Laterculo & Descriptione Codicum MSS., ne unicum quidem omnes Novi Testamenti libros continere integros, plerosque vix partem tertiam, hoc est aut Evangelia, aut Acta cum Epistolis Catholicis, aut Epistolas Paulinas, rarissimos autem exhibere Apocalypsin: alterum vero, quod de eorum, qui Codices MSS. cum editis contulerunt, diligentia plusquam humana ab iis qui nec homines illos norunt, nec Codices ipsi inspexerunt, vulgo jactatur, eo minus meretur fidem, quod, qui in his cognoscendis atque tractandis diligenter versati sunt, uno ore id negent. Si quis vero suis oculis rem intueri quam ab aliorum testimonio pendere malit, hujus Editionis Variantes Lectiones, ex Stephani tertia descriptas, vel cum annotationibus Th. Bezae vel cum Editione Complutensi conferat, praeter eas quae a Stephano editae sunt, ex Complutensi ultra septingentas alias, ex reliquis Stephanianis in Evangeliis ultra centum, & ex solo Octavo Stephani ultra quadraginta varietates statim comperiet; ut Millius, numerum Varietatum omissarum neglectarumque annotatis editisque longe majorem esse, suo jure pronunciasse videatur.

Dixi modo, ex eo, quod nulla Codicis alicujus Varietas annotata reperiatur, non recte inferri, omnes Codices legere, uti in Textu Editionis expressum est; cum ea res potius incuriam eorum qui MSS. cum editis contulerunt, quam consensum Librorum editorum atque scriptorum arguat: illud jam addo, quod, quamvis forte prima fronte novum videatur, iis tamen, qui receptae vulgataeque Lectioni ab istis varietatibus metuebant, non poterit non esse gratissimum, nimirum Textus recepti auctoritatem ut plurimum nec consensu citatorum MSS. Codicum magis firmari, nec eorundem dissensu debilitari. Producuntur fateor testium loco *centum* Codices, multis in locis a recepta Lectione dissentientes. Cave autem existimes, singulos religiosos, graves, idoneos, omnique exceptione majores esse; quin potius horum Testium Catalogum mecum attentis oculis perlustra, & leves, corruptos, imo fictos falsosque, ni vehementer fallor, deprehendes plurimos.

1. Codicis v. gr. *Alexandrini*, tantis eruditorum praeconiis celebrati, scriptor Hebraismos frequentes ad Graeci sermonis proprietatem formavit, quae abesse posse putabat omisit, quae ipsi obscura atque impedita erant immutavit, priore scriptura vel deleta vel erasa novam substituit, omnia denique pro lubitu ita interpolavit, ut Metaphrastae potius quam librarii officio fungi voluisse videri possit.

2. 3. 4. 5. Inter *Bodlejanos* Codices ille qui Acta Apostolorum continet, item *Cantabrigiensis*, & *Claromontanus*, cujus Apographum est Codex S. *Germani*, a librario Latino scripti, & ad Versionem Italicam corruptam tam inepte atque imperite deformati atque depravati sunt, ut risum moveant, qui illis locum dignitatemque genuinorum Codicum Graecorum conciliare voluerunt.

6. Editio *Complutensis*, cum & mendis typothetarum scateat, & non ad fidem Graecorum MSS. sed modo ad Latinam Versionem, modo ad incertas D. Hiero-

 rony-

ronymi & D. Thomae conjecturas expressa sit, immerito locum codicis MSS. Graeci occupavit.

7. 8. Codex *Montfortii*, & Codex Evangeliorum *Collegii Novi Oxon.*, habent distinctionem capitum, quae apud juniores Latinos recepta, Graecis vero ignora est; aliisque indiciis sese produnt, in Occidente a Latino Librario scriptos, & ad Versionem Vulgatam Latinam deflexos detortosque fuisse.

9--30. XXII. Codices *Romani* nusquam terrarum reperiuntur. Licebit igitur, donec proferantur, conjectura probabili & ex re ipsa petita suspicari, illas varietates non ex Codicibus MSS. Romanis, sed ex Editionibus atque adnotationibus Card. Ximenii, Des. Erasmi, R. Stephani, Theod. Bezae, Lucae Brugensis, &c. fuisse excerptas, adeoque, nisi quis velit eundem testem mutato nomine saepius producere, hic iterum comparere non debuisse.

31. 32. *Stephani* Codex *primus* non differt a Complutensi editione nisi nomine, uti nec Stephani *secundus* a Codice Cantabrigiensi; qui, licet bis numerentur, ne semel quidem, ut supra vidimus, erant numerandi.

33--48. *Velesii XVI. MSS.* non erant Graeci, sed Latini Codices, uti invictis argumentis non ita pridem demonstratum est. Huc ergo non pertinent.

49. 50. *Lectiones Wechelii* non sunt diversae ab illis Lectionibus, quarum partem R. *Stephanus*, ex Codicibus jam supra recensitis, ad marginem Novi Testamenti a se editi publicavit, partem cum Th. Beza communicavit.

Vides, B. L., ne sim prolixior, quam cito ingens ille testium exercitus, dimidia sui parte amissa, profligari possit. Plura dicerem, nisi, hoc praecipue Seculo, apud eos, quos omnium minime decebat, magno molestoque in colligendis atque examinandis N. T. variis Lectionibus insumto labore, non tantum nulla iniretur gratia, verum etiam maxima compararetur invidia. Non desunt enim qui nunc tectius nunc apertius totum istud studium vituperant, Codices Graecos MSS. N. T. tanquam characteres magicos horrent, eos vero qui illis utuntur, perinde quasi hoc facto haereticorum profanorumque hominum caussam contra Orthodoxos, sive stolide, sive callide, agerent, contumeliose proscindunt; quo severo judicio & caussae sanctissimae religionis plurimum nocent, & existimationi suae pessime consulunt. Dum enim ea, quae oculorum certissimo testimonio constant, abdita atque sepulta jacere volunt, dumque temerariis de animo aliorum suspicionibus & conviciis indulgent; quid aliud efficiunt, nisi ut credantur, non causam veritatis, quae nec piis fraudibus eget, nec aliter quam solidis rationibus nixa stare potest, sed errorem potius defendere; & innoxios criminando suae potius ignorantiae, desidiae, ambitioni, atque tyrannidi, quae sola omnes peperit haereses, patrocinari?

Faxit Deus O. M. ut, pulsa errorem nube, fraudumque nocte, veritas pacifica totum orbem terrarum, eorumque inprimis qui aliis viam monstrare debent animos, alma sua luce tandem collustret!

15. *Jo. Christophorus Wolfius*, Pastor & Scholarcha Hamburgensis, edidit tum Varias Lectiones duorum Codicum MSS., qui nobis sunt G. & H. supra p. 40. descripti: tum curas Philologicas & Criticas in N. T.; in quibus vir laboriosissimus cavere non potuit, quin incuria aliquot errores funderet: ut cum *Hieronymum Emserum* malae fidei accusat, quasi ex versione Lutheri loca allegasset, quae in ea non extant; nam illa quidem nunc non extant, sed in editionibus N. T. Lutheri ante Emseri mortem i. e. ante annum 1527. curatis reperiuntur, quod ex mea editione, quae anno 1522. prodiit, clare intellexi; porro Wolfius, sed dubitanter alicubi, significavit, me in Prolegomenis H. Hammondo, H. Stephano, J. Piscatori, H. Grotio, L. Bos emendationes ex conjectura tribuere, quae eorum non sint: & sane nec eorum sunt, sed R. Bentlejii, nec dixi eorum esse, sed autorem nominare tunc nolui; Wolfius vero eas, con-

contra mentem meam, illi cujus nomen antecedit, tribuit. Pejus eſt, quod ad 1. *Tim.* III. 16. ſcribit „ Lectionem Ὃς approbat autor Prolegomeno- „ rum ad novam Novi Teſtamenti editionem". Cum tamen nec illo loco nec alibi illam Lectionem approbaverim. Et ad *Judae* 7. „ Vox, inquit, Θεὸς „ a nonnullis codicibus abeſt. Alii itaque eam pia fraude additam exiſtimant.--- „ Illos ſequitur Autor prolegomenorum ad accuratam Novi Teſtamenti editio- „ nem p. 190. ---- Mediam ſententiam *orthodoxi* tuentur". Cum tamen illo loco non contra vocem Θεὸς, aut contra editionem receptam, ſed contra *editionis Complutenſis* lectionem invitis omnibus codicibus admiſſam diſputaverim. Haec viro optimo excidiſſe nollem! & correxiſſet ſine dubio, poſtquam a me fuit monitus, niſi morte fuiſſet praeventus.

De Claris Interpretibus magnaeque autoritatis inter Protestantes viris, et quid illi de V. L. senserint.

PRimum produco *Martinum Lutherum*, celeberrimum Bibliorum Interpretem; cujus Editionem N. T. hic recenſeo, non quaſi vera Lectio inde vel erui vel confirmari poſſit, ſed ad molliendos quorundam animos, qui dum ſe hodie pro γνησίοις ipſius diſcipulis venditant, ab ipſius animo tamen longiſſime recedunt; quippe qui vel cum ipſo ſentientes vel levius ipſo certe errantes ne tolerare quidem velint, & Editionem hujus vel illius typographi, qua vulgo utuntur, tanquam de coelo delapſam ea ſuperſtitione venerantur, ut ſi quis in ea judicio critico adhibito vel verbulum vel literam vel apicem immutare audeat, ſtatim tanquam impium conviciis proſcindant, & haereſeos magna acerbitate inſimulent. Tales qui ſunt rogamus, ut ſerio perpendant, quid Lutherus, minime omnium ab eruditione aut Codicibus MSS. aut aliis ſubſidiis inſtructus, ſibi in iſto negotio permiſerit; quod ſi in illo viro ferendum eſſe judicant, ſumma iniquitas eſt, niſi etiam de aliis in ſimili re mitius ſentiant.

Lutherus igitur, 1. Inter libros ſacros alios aliis longe praepoſuit, quosdam vero non dubitavit omnino rejicere; „ Ex his, inquit, poteris dijudicare, qui- „ nam ex iſtis libris ſint praeſtantiores, nimirum Joannis Evangelium & Pauli „ Epiſtolae; hi ſunt omnium quaſi nucleus & medulla --- Joannis Evangelium „ eſt unicum illud genuinum ac primarium Evangelium, tribus reliquis longe „ multumque praeferendum atque plurimi faciendum: ſicut etiam Pauli & Petri „ Epiſtolae tria Evangelia Matthaei, Marci & Lucae longo intervallo poſt ſe „ relinquunt. S. Jacobi Epiſtola reſpectu horum eſt vere ſtraminea Epiſtola, „ neque enim indolem Evangelicam arguit". Epiſtolis ad Hebraeos, Jacobi, Judae & Apocalypſi, quos libros ad calcem rejecerat, ſequentia praefatur: „ Huc- „ usque habuimus genuinos praecipuos Libros N. T., de quatuor ſequentibus „ autem Veteres longe aliter judicarunt. Et primo quidem quod Epiſtola ad „ Hebraeos neque Pauli neque alius Apoſtoli ſit, ex eo probatur &c. ---- Meam „ ſententiam nemini obtrudam, tantum dicam, me Epiſtolam Jacobi non exiſti- „ mare eſſe ſcriptum Apoſtolicum, ob hanc rationem, primo quia directe con- „ tra Paulum & omnem Scripturam operibus juſtificationem tribuit; denique „ Jacobus iſte ita confundit omnia ac permiſcet, ut mihi vir bonus aliquis ac „ ſimplex fuiſſe videatur, qui arreptis quibusdam dictis diſcipulorum Apoſtoli- „ corum ea in chartam conjecerit &c. Epiſtolam Judae nemo negare poteſt eſſe „ compendium atque exemplar ſecundae Petri, cum fere omnia verba congruant, „ ideoque non neceſſe eſt, ut libris praecipuis N. T. connumeretur. ---- In li- „ bro Apocalypſeos patior quemque uti judicio ſuo, neque meae ſententiae „ quenquam adſtrictum volo, tantum dicam quod ſentio, non una eſt ratio, „ quae me coëgit, ut neque Apoſtolicum neque propheticum librum eſſe crede-

 „ rem".

„ rem". Qui haec concoquere atque ferre poſſunt, videant, ne interim culices liquent, dum camelos deglutiunt. 2. Saepe autoritatem Verſionis Latinae, aut Eraſmi, aut ſuam conjecturam Graeco Textui praepoſuit. Rom. XII. 11. cum Eraſmo legit καιρῷ. 1. Tim. III. 16. cum Latina Verſione, *quod*. 2. Pet. II. 13. cum eadem ἀγάπαις. Jo. IX. 8. cum Vulgata & Eraſmo legit πτωχός. Ex conjectura ſua legit: *Maharam Motha*, *Bnehargem*, *Belial*, *Beelzebub*. Act. XIII. 6. *Bariehu*: notatque in margine: „ Quomodo autem *Bariehu* reddatur *Elimas*, adhuc latet: neque certum eſt, annon Textus hic corruptus „ ſit? " Vers 20. *CCC*. legit in editione Anni 1545., addita in margine nota: „ Quidam Textus habent *CCCC*. Sed hiſtoriae & ſupputatio annorum non patiuntur. Error eſt librarii, *quatuor* pro *tribus* ſcribentis, quod in Graeco „ facile fit". Marc. XV. 25. in margine haec habet: „ Quidam vero putant „ Textum hic per librarios corruptum eſſe, ita ut loco literae ϛ., quae Graecis *ſex* ſignificat, poſita fuerit litera γ., quae *tria* ſignificat, quoniam ſibi „ invicem non valde ſint diſſimiles". 1. Tim. II. 15. legit: *ſi maneat*, cum Latino, hac nota addita: „ Sive legatur *maneat* ſive *maneant* perinde eſt, „ ſermo enim eſt de uxoribus non de liberis, ut quidam hic ſe fruſtra tor- „ queant". Jo. XVIII. 14. haec habet in margine: „ Hic debebat legi ver- „ ſus qui infra ſequitur 24. Hoc a ſcriba folium vertente tranſpoſitum eſt; ut „ ſaepe fit". Etiam Luc. XI. 53. & Jo. XIX. 34. Latinam Verſionem contra Graecum Textum ſecutus eſt. 3. Porro inter duas Lectiones Graecas, lectione hodie Vulgata rejecta, alteram praetulit. Hinc eſt quod locum celebrem 1. Jo. V. 7. cum Eraſmo omiſit; & licet illum in Latina Verſione videret, licet clamores contra Eraſmum audiret, quibus ille territus hunc locum in tertia editione Textui inſeruit, licet etiam Tigurini (qui Verſionem Lutheri tum ad ſuum tum ad Graecum idioma deflexerunt) idem facerent: Lutherus tamen adduci non potuit, ut ſe vivo atque ſuperſtite ille locus in Textum reciperetur: Et ne quis exiſtimet, ipſum forte haec omnia latuiſſe, notandum quod verba: *in terra*, in Editione A°. 1545. in Textum ubi primo non comparebant admiſerit; omiſſis conſtanter verbis de triplici teſtimonio cœleſti. In eadem Editione in Jo. IX. 8. ad marginem notat: „ Quidam Textus etiam hic habet, „ *quod coecus erat*". 4. Si quis varias ejus Editiones conſulat, videbit quod non in eadem ſententia perſtiterit, ſed varie legendum eſſe judicaverit; cujus rei exemplum eſt additio, cujus modo mentionem fecimus, verborum *in terra*. Item 1. Tim. III. 16. in Textum recipit vocem *Deus* A°. 1545. in margine tamen notavit: „ Quidam non habent *Deus*". Tit. III. 3. in prioribus Editionibus vocem ϛυγητοὶ converterat, in poſterioribus vero neſcio qua de cauſa omiſit: ita Matth. VIII. 12. & XXV. 30. prius habuerat: *tenebras exteriores*, poſtea ἐπίθετον *exteriores* omiſit. 5. Variantes Lectiones Margini Editionis Germanicae 1545. adjecit, uti vidimus. 6. Hinc inde voces aliquas, imo, teſte Polano, verſus integros neglexit, aut aliter vertit, quam ſenſus poſtulabat; unde tamen concludendum non eſt, ipſum aliis uſum fuiſſe exemplaribus; v. gr. cum Matth. XXV. 21. & 23. vocem Ey quae admirationem ſignificat, habeat, non exiſtimandum eſt, ipſum in Graeco legiſſe βαβαὶ, vel ſimile quid; ſed cum videret Graecum εὖ a Latinis retineri, etiam ipſe retinuit, licet ſenſum longe alium fundat. 7. Poſt Lutheri mortem Verſio ejus in Vulgatis Editionibus ſeu ſtudio ſeu incuria multas Variationes paſſa eſt; locus 1. Jo. V. 7. jam ubique extat, atque legitur, contra mentem Lutheri. Alias quinquaginta variationes enotarunt Hallenſes, quibus plures addi poſſent.

II. *Joannes Oecolampadius*, in prima Editione N. T. Eraſmi Correctorem egit; poſtea ipſe A°. 1524. menſe Auguſto N. T. ad Eraſmianam tertiam Editionem (quae ab hodiernis exemplaribus in plurimis recedit) conformato

to praefationem saepius recusam praefixit. Commentario in Joannem Cap. VIII. notat: „ Ea quae habentur de muliere adultera apud quosdam non „ haberi ".

III. *Wolfgangus Fabricius Capito* Erasmi operam in N. T. edendo collocatam utroque pollice probavit. De quo Erasmus A°. 1516. nonis Juniis Joanni Episcopo Roffensi ita scribit: „ Novum Testamentum cum tibi destinassem, „ cur mutato consilio summo Pontifici inscripserim, literis meis jam pridem ex- „ posui. Timebatur hoc opus antequam prodiret; caeterum editum mirum est, „ quam probetur omnibus etiam Theologis vel eruditis vel integris & candidis. „ Prior Friburgensis vir summae autoritatis apud suos ---- cum degustasset opus „ ait, se malle carere ducentis florenis aureis quam eo libro. Ludovicus Berus „ Theologus Parisiensis ---- exosculatur, adorat, ac deplorat tot annos in „ scholasticis illis conflictatiunculis consumtos Idem sentit Vuolphgangus „ Capito concionator publicus Basiliensis, vir Hebraice longe doctissimus: ad „ haec in theologica palaestra exercitatissimus, uterque Graecis literis sedulo „ dat operam ". Eadem repetit Epistola ad Henricum Bovillum Cal. Sept. ejusdem Anni scripta.

IV. *Martinus Bucerus* Commentario in IV. Evangelia Variarum Lectionum mentionem facit, sed ita ut in dubio relinquat, quae potissimum praeferendae sint. In Matth. I. 8. „ Ecquis sciat, inquit, si forte negligenter adeo hujus „ generis pleraque non maximi momenti Sacri scriptores attigerint, ut ad ma- „ gis seria nos invitarent? ---- Ordo certe & numerus majorum Christi res ex- „ terna est, ad salutem per se nihil faciens, quare circa ea si Evangelista pa- „ rum curiosus fuit, id ab instituto Apostolico alienum non est". Vers 11. „ Duos *Jechonias* fateamur oportet, aut quod scriptorum vitio pro *Jojacim* „ patre Jechoniae irrepserit *Jechonias*. Nam Faber Stapulensis, eruditione & „ pietate venerandus senex, meminit hoc loco ex veteri quodam Archetypo „ Graeco priore loco, ubi nos *Jechonias* habemus, legi *Jojacim* ". Matth. VI. 13. „ Haec coronis, sive addita a Domino, sive postea adjecta a quo- „ piam fuerit, pia & secundum Scripturam est ". ibid. „ Latina Lucae exem- „ plaria quaedam praetermittunt, quae in Matthaeo habentur, nempe, *noster* „ *qui es in cœlis*, *fiat voluntas tua in terra sicut in cœlo*, *& libera nos a ma-* „ *lo*, *quia tuum est regnum &c.* Graeca exemplaria, sive ex Matthaeo haec „ postea adjecta sint, sive Lucas ita scripserit, & mutili sint codices Latini, „ omnia ut Matthaeus habent. Si tamen a Luca praetermissa illa essent, nihil „ tamen esset detractum sententiae ". In Joann. VIII. „ Haec historia non „ est attacta a Nonno, qui perpetuam tamen Paraphrasin in Evangelion hoc „ Joannis conscripsit, sed nec a Chrysostomo aut Vulgario, qui iidem perpe- „ tua enarratione ipsum explicarunt; id argumento est, quod eorum tempo- „ rum Ecclesiae non agnoverint parem aliis historiis, quas in hoc Evangelio „ legimus".

V. *Conradus Pellicanus* Vulgatam Versionem Latinam pro Textu sumsit, in reliquis crisi Erasmi subscripsit, de δοξολογία, &c. Jo. VIII. „ Hucusque, „ inquit, Historia de adultera muliere, quae a plerisque creditur inserta."

VI. *Henricus Bullingerus* Erasmum praecipue secutus est, ejusque severam Crisin in eos, qui δοξολογίαν in Textu Matthaei addiderunt, in suos Commentarios transcripsit.

VII. *Wolfgangus Musculus* in 1. Cor. VII. 34. duplicem lectionem explicat. In XII. 2. „ Quaedam, inquit, exemplaria Graeca non habent ὅτε. Sic „ Lectionis varietas varium sensum gignit. *Scitis*, inquit. Quid eos scire di- „ cit? Aut quod fuerint Ethnici Idololatrae, aut quod cum antea essent Ethni- „ ci ad simulacra muta fuerint abducti. Posterior & Lectio & sensus magis pro- „ batur. Haud enim tam magni momenti erat, in memoriam illis revocare, „ quod

„ quod fuerant Ethnici, priusquam Chriſtiani fierent, quam quod, cum Ethnici eſſent, ad ſimulacra muta fuerint abducti". XVI. 31. „ Chryſoſtomus legit ὑμέτερον; exiſtimo tamen eam Lectionem non eſſe germanam".

VIII. *Joannes Calvinus* in Matth. I. 8. „ Quod XIII. ſolum leguntur, inquit, librariorum vitio & incuria eſſe factum veriſimile eſt". Rom. XII. 11. legit καιρῷ. 1. Jo. V. 7. „ Hoc totum a quibusdam omiſſum fuit; Hieronymus exiſtimat malitia potius quam errore id fuiſſe factum, & quidem a Latinis duntaxat: ſed quum ne Graeci quidem Codices inter ſe conſentiant, vix quicquam aſſerere audeo". 2. Pet. I. 3. „ Receptior quidem Lectio eſt *per gloriam*: ſed quia quidam Codices habent ἰδία δόξῃ, hoc eſt, *propria gloria:* atque ita reddidit vetus Interpres, hanc Lectionem amplecti malui". 1. Cor. X. 29. „ Alii Codices iterum habent ſententiam illam: *Domini eſt terra*, ſed veriſimile eſt, quum appoſita eſſet ad marginem a lectore, obrepſiſſe in contextum, quanquam in eo non multum eſt momenti". Heb. IX. 1. „ Quaedam exemplaria habent πρώτη σκηνὴ, *primum Tabernaculum*, ſed mendum eſſe exiſtimo in Tabernaculi nomine; nec dubito, quin aliquis indoctus lector, quum adjectivum ſine ſubſtantivo legeret, pro ſua inſcitia ad Tabernaculum referens, quod de fœdere dictum erat, σκηνὴν perperam addiderit. Invaluiſſe vero errorem illum, ut magno conſenſu ita legatur apud Graecos, valde quidem miror; ſed neceſſitas cogit vetuſtam Lectionem ſequi". Heb. XI. 37. „ Quod dicitur *fuiſſe tentatos*, videtur eſſe ſuperfluum: nec dubito, quin ſimilitudo duarum vocum ἐπρίσθησαν & ἐπειράσθησαν in cauſa fuerit, ut ſecunda male ab imperito quopiam lectore addita, paulatim obrepſerit in Textum: ſicuti etiam Eraſmus divinat". Jacob. IV. 2. „ Ubi quidam Codices habent φονεύετε, non dubito, quin legendum ſit φθονεῖτε quemadmodum tranſtuli. *Occidendi* enim verbum nullo modo aptari poteſt ad contextum". V. 12. „ Varia eſt Lectio propter vocum affinitatem ὑπὸ κρίσιν, εἰς ὑπόκρισιν, ſi legas *in judicium* vel *in condemnationem*, ſenſus erit clarus, --- ſed non male quadrabit *in ſimulationem*". Matth. XXVI. 9. „ Quomodo *Hieremiae* nomen obrepſerit, me neſcire fateor, nec anxie laboro; certe *Hieremiae* nomen poſitum eſſe pro *Zacharia* res ipſa oſtendit, quia nihil tale apud Hieremiam legitur, vel etiam quod accedat".

IX. *Simon Grynaeus*, cujus manu propria illuſtratum N. T. Graecum, Editionis Argentorat. 1524. in 8°., extat in Bibliotheca Faeſchiana; ibi locus 1. Jo. V. 7. non tantum omittitur, ſed manu Grynaei ad verſus octavi vocem πνεῦμα notatur: *Deus, quia Deus Spiritus eſt*, Auguſtin. 206. 522. ad vocem ὕδωρ: *Spiritus, aquae fluent de ventre, cujus ſignum aqua e latere*; ad vocem denique αἷμα: *Filius, & verbum caro factum eſt, cujus ſignum ſanguis e latere*; Manifeſto indicio, verſum 7. a Grynaeo pro genuino non fuiſſe habitum.

X. *Sebaſtianus Caſtalio*, lectiones Colinaei editioni Eraſmianae frequenter praepoſuit.

XI. *Amandus Polanus* in titulo N. T. Germanice A°. 1603. editi teſtatur, ſe N. T. cum optimis impreſſis, & in membrana deſcriptis vetuſtis Graecis exemplaribus contuliſſe, atque ſumma fide recognoviſſe. In praefatione, praeter editiones Stephanorum, A. Montani & Bezae, citat etiam Evangeliſtarium MS., quod Joannes Laſcaris Franciſco I. Regi obtulerit, in obſidione vero Pariſienſi in manus Leonis Curionis Baſilienſis pervenerit, (hodie ni fallor in Bibliotheca Brunſuicenſi extat) citat porro tres Codices MSS. Baſilienſes, quorum primum ſupra p. 42. deſcripſimus: ſecundus vero & tertius Acta & Epiſtolas continent, & in prioribus Prolegomenis deſcripti p. 59. n. IV. & V., & iterum, cum ad illas N. T. partes ventum fuerit, deſcribendi. Unde factum, ut plurimis in locis non tantum a Lectione Germanica Lutheri, verum etiam a Graeco vulgato

to Textu recedat; licet, qua autoritate adductus quidque mutaverit, suis locis annotare neglexerit.

XII. *Joannes Piscator* eodem tempore integrum Bibliorum Codicem in Germanicam linguam convertit, atque in subjectis explicationibus mutatae lectionis caussam reddidit; vide Matth. I. 10. Luc. II. 14. Rom. XII. 11. 2. Pet. III. 15. Prolixius vero haec eadem in Commentariis Latinis pertractavit.

XIII. *Richardus Baxterus*, acri judicio Theologus, in Casibus Conscientiae Anglice scriptis, P. III. p. 174. haec habet: „ Non est, inquit, ad salutem necessarium, ut quis credat singulos libros aut versus Scripturae esse „ canonicos, aut scriptos per Spiritum Dei. ---- Si liber aliquis periret, aut in „ dubium vocaretur v. gr. Epistola Judae &c. non inde sequeretur, una cum „ ipso omnem veram fidem spemque salutis perituram. Controvertitur, utrum „ locus 1. Jo. V. 7. aliique quidam versus sint canonici nec ne, quoniam in „ quibusdam exemplaribus Graecis reperiuntur, in quibusdam omittuntur. Verum quicunque in hoc tantum errat, salvari poterit". Et p. 187. „ Qui „ dicunt Deum ita conservasse Scripturam, ut nullae in ea sint V. L. aut dubii „ Textus, utque nullum scriptum aut typis editum exemplar corruptum sit „ (cum tamen, narrante D. Heylino, Typographus Regius edidisset Praeceptum septimum: *Committes adulterium*,) isti modum excedunt in veneratione „ erga Codices Sacros".

XIV. *Joannes Clericus* N. T. Gallice versum edidit Amstelodami A°. 1703. in praefatione profitetur: Si MS. Alexandrinum fuisset editum, se id ad literam fuisse redditurum, cum sit omnium Codicum iste antiquissimus. Hinc inde autem, inprimis in Notis Commentario H. Hammondi in N. T. additis, & V. L. mentionem facit, & receptae Lectioni aliam in Textu substituit; ut jam non dicam, quod etiam ex ingenio subinde emendationes in medium protulerit.

XV. *Joannes Lockius*, edita in quinque priores Epistolas Paulinas Paraphrasi Anglica cum Scholiis, aliquoties a Lectione recepta, autoritate Codicis Alex. aut Clarom. aut alterius, interdum etiam conjectura fretus, recedit.

XVI. Vir Illustris *Isaacus Newtonus* scripsit Anglice duas Epistolas de Vera Lectione locorum 1. *Jo.* V. 7, 8. & 1. *Tim.* III. 16., eo judicio Critico, eaque diligentia, omnibus monumentis undique conquisitis, quibus res tum ex Codicibus, tum ex versionibus, tum ex Patribus Graecis Latinisque, denique ex tota Historia ecclesiastica illustrari poterat, ut eam (quod fieri vix posse videbatur, & minime omnium a viro in alio studiorum genere occupato) quam proxime ad evidentiam mathematicam deduceret. Has epistolas *Jo. Lockius*, sua manu descriptas, communicavit cum *Jo. Clerico*, qui earum mentionem fecit A°. 1708 in praefatione N. T. Millii a Kustero denuo editi, his verbis: „ Est penes me elegans Dissertatio Anglica, quae a quo scripta sit nescio, sed „ est a Joanne Lockio, viro clarissimo, olim ad me transmissa, in qua defenditur lectio Vulgatae *quod*. Digna esset, quae lucem adspiceret, & forte „ jam adspexisset, nisi fuisset Latine vertenda". Cum vero post mortem Cl. Possessoris cum fasciculo literarum ad ipsum scriptarum etiam duae istae epistolae, sed altera initio altera in fine mutila, mihi essent traditae, ut bibliothecae Remonstrantium inferrentur, multis sed frustra egi, ut ab haeredibus Newtoni, apud quos illas integras tum Anglice tum ab *Hoptono Hayne* Latine conversas delitescere resciveram, quod nostro exemplari deerat, impetrarem. Harum epistolarum mentionem etiam fecerunt *G. Whistonus* & *J. Berriman*.

XVII. A°. 1720. Viri Rev. *Fridericus Battierius* & *Theodorus Gernlerus*, Pastores Basilienses, cum privilegio Civitatum Evangelicarum Helvetiae, & cum approbatione Facultatis Theologicae Basil. ediderunt Biblia Lutheri cum

Scholiis, in quibus non raro ad V. L. addita interdum Criſi provocant. v. gr.
„ Jo. VIII. Dubitant aliqui, inquiunt, utrum 11. priores verſus hujus capitis,
„ & vers. 53. praecedentis, adeoque tota Hiſtoria mulieris adulterae ad Evan-
„ gelium Joannis pertineat, quia in multis Graecis exemplaribus & in Verſione
„ Syra non reperitur, ejusque nulla mentio ſit apud Origenem, Clementem
„ Alex. & Nonnum, neque explicatur a Chryſoſtomo & Theophylacto, qui
„ tamen in totum Evangelium Joannis ſcripſerunt. Beza hanc Hiſtoriam pro
„ valde ſuſpecta habet, Annot. in Jo. VII. 53. Calvini de ea judicium hoc
„ eſt; Satis conſtat, hiſtoriam hanc olim Graecis fuiſſe ignotam: itaque non-
„ nulli conjiciunt, aliunde aſſutam eſſe; ſed quia ſemper a Latinis Eccleſiis re-
„ cepta fuit, & in plurimis vetuſtis Graecorum Codicibus reperitur, & nihil
„ Apoſtolico ſpiritu indignum continet, non eſt, cur eam in uſum noſtrum ac-
„ commodare recuſemus. vers. 9. in Graeco Textu additur: καὶ ὑπὸ τῆς συνει-
„ δήσεως ἐλεγχόμενοι. ib. hic iterum in Graeco Textu additur: ἕως τῶν ἐσχάτων.
„ Act. IV. 36. *Joſes.* in marg. quaedam exemplaria habent *Joſeph.* VII. 16.
„ *Abraham*; quidam conjiciunt per errorem nomen *Abrahae* pro *Jacobo* po-
„ ſitum eſſe. XIII. 20. *annis* 350. in plerisque Graecis exemplaribus extant
„ *anni* 450. quoniam vero hoc cum Chronologia non congruit, exiſtimant ali-
„ qui, a librario in numeris aberratum fuiſſe --- Bonum autem factum, quod
„ ab hoc ſimilibusque calculis nullus articulus fidei pendet. XX. 28. *Dei.* in
„ variis veteribus Graecis exemplaribus extat: *Domini*: i. e. Jeſu Chriſti, ut
„ Rom. XVI. 16. Matth. XVI. 18. XXII. 20. *Martyris*, in quibusdam
„ MSS. extat: *Protomartyris.* XXIII. 23. δεξιολάβους; in quibusdam MSS.
„ extat δεξιοβόλους. Rom. XII. 11. *Servientes tempori.* Alii *Servite Domino.*
„ 1. Cor. XI. 10. διὰ τοὺς ἀγγέλους. Alii vertunt: *propter Eccleſiam*, vel
„ quamdiu prophetant, acſi ſcriptum eſſet διὰ τῆς ἀγγελίας. Gal. I. 6. *Chriſti.*
„ Syra Verſio habet *Chriſto* in ablativo, i. e. a Chriſto, qui vos vocavit. Heb.
„ IX. 14. *per Spiritum Sanctum.* Graeci *per Spiritum aeternum* &c. vers.
„ 1. *primum teſtamentum* vel *foedus.* Quaedam Graeca exemplaria addunt
„ *tabernaculum.* 2. Pet. I. 4. *per quae.* Alii legunt: *per quem*, nimirum Chri-
„ ſtum. Jac. V. 12. εἰς ὑπόκρισιν. Alii vero hic in Textu non legunt ὑπόκρισιν
„ ſed ὑπὸ κρίσιν, ut ſignificet; ne *in judicium* incidatis. Verſio Syriaca, Vul-
„ gata, Pagnini, Beza, Polanus, Piſcator, Diodati, Geneven ſes &c. Ita
„ vertit Caſſiodorus Reinius in Hiſpanica translatione: *Porque no caygays en
„ condemnacion.* Judae 25. quaedam MSS. & verſio Latina addunt: *per Je-
„ ſum Chriſtum Dominum noſtrum.* 1. Jo. I. 8. in quibusdam exemplaribus
„ pro σκοτία extat σκιά. V. 7. Quamvis iſte locus neque in omnibus vetuſtis
„ exemplaribus Graecis, v. gr. ne in unico quidem exemplari Stephani, quo-
„ rum ſeptem Epiſtolam Joannis continebant, neque in Syra, Arabica, &
„ Æthiopica verſione extet, in multis etiam Latinis Codicibus omittatur, & a
„ Cypriano tres teſtes terreſtres de tribus divinis perſonis intelligantur, Facund.
„ l. 1. Def. Tr. Cap., ideoque a multis non eorum tantum, qui S. Trinita-
„ tem negant, verum eorum etiam, qui illam credunt, in dubium vocetur, a
„ plerisque tamen doctis pro authentico habetur, quia in multis probatis exem-
„ plaribus extat, & cum praecedentibus & ſequentibus verbis congruit, ut vi-
„ dere eſt apud Calvinum in h. l. Hoc certum eſt, rem ipſam in hoc loco con-
„ tentam Scripturae S. conſentaneam, & in ea tam firmiter fundatam eſſe, ut
„ etiamſi hoc loco careremus, juſtas nihilominus & ſufficientes haberemus S.
„ Trinitatem credendi cauſas".

XVIII. Agmen claudat Vir Cl. *Jo. Ludovicus Frey* Theologiae in Academia Baſilienſi Profeſſor. Hic vir, cum me in hoc ſtadio currentem & acerrime primo incitaverit, & poſtea inhibuerit, paulo accuratius eſt deſcribendus. Incipiam a teſtimonio, quod ipſi iter literarium paranti dedit Decanus Facultatis Theo-

Theologicae 3. Septemb. 1703. ——— „ Disputationem eruditam a se con-
„ scriptam *de Muhammedis sententia de Christo Jesu*, ex ipsis Alcorani &
„ Scripturae S. penetralibus petitam, d. 25. Maji hujus anni strenue defendit:
„ Unde cum expleto quadriennio ad examen pro S. Ministerio admitti peteret,
„ facile id a nobis obtinuit; & auditis solidis & accuratis ejus responsis d. 26.
„ Junii *a Venerando D. SCHOLARCHARUM, Professorum & Pastorum*
„ *consessu* potestatem impetravit Verbum Dei annunciandi, sacramenta admini-
„ strandi, omnesque actus obeundi, qui a V. D. Ministris legitime obiri so-
„ lent". Cum deinde Parisiis in Bibliotheca P. P. Oratorii vidisset Commentarium *Aaronis Ben Joseph Caraitae in Pentateuchum*, quaedam ex eo excerpsit, atque cum Versione & notis edidit Amstelodami 1705. Horum excerptorum mentionem non fecissem, nisi autor Anglus *de fundamentis & rationibus Religionis Christianae* in illis aliquod praesidium malae causae se invenire posse existimasset: quem Episcopus Coventriensis productis ex Wolfio integris Aaronis testimoniis, quae in excerptis mutila exhibita erant, refutavit. *Vindic.* p. 349. In patriam reduci *Titulus Professoris extraordinarii*, quem petebat, denegatus est. Decreti verba haec sunt: „ Cum D. Mag. Joh. Ludo-
„ vicus Frey paratus esset in Academia Theologicam Catecheticam profiteri
„ gratis, atque Titulum Professoris extraordinarii desiderasset, *quod hoc sibi in*
„ *posterum utile fore credidit:* Domini Scholarchae & Professores haud diffi-
„ ciles fuissent, si modo unus vel alter ex Dominis Politarchis difficultates non
„ objecisset. Acquievit D. Frey, seque favori totius Senatus Academici humil-
„ lime commendavit". A°. 1711. & sequentibus edidit Dissertationes quatuor *de officio Doctoris Christiani*, avide & magno studiosorum plausu exceptas; in his postquam & Regulam Cocceji statuentis: verba scripturae tantum significare, quantum significare possint, & ejus applicationem ad Typos & Prophetias rejecisset, subjungit: „ Illa quae ex Scriptura & ratione simul probantur, & in
„ quibus Christiani plerique consentiunt, norma sunt reliquorum. Quod ip-
„ sum, ni fallor, illam tantopere a Theologis laudatam fidei analogiam consti-
„ tuit. Non enim ea voce intelligitur hujus illiusve Sectae opinio, hujus illius-
„ ve Theologi Systema (regula haec esset Lesbia.) ----- Illud addo; dictum il-
„ lud Tertulliani in *lib. de Carne Christi*: *Non pudet*, *quia pudendum est*;
„ *prorsum credibile est*, *quia ineptum est*; *certum est*, *quia impossibile est*,
„ durissimo & audacissimis ludente figuris Patre dignum esse". Notatu etiam digna sunt adjecta *Corollaria* duo: „ *Illi qui a se dissentientes*, *tanquam hae-*
„ *reticos*, *conviciis*, *persecutione aut morte afficiunt*, *non Christi sed Anti-*
„ *christi partes in se suscipiunt* ". & : „ *Exercenda est disciplina ecclesiastica*
„ *non modo in graves peccatores*, *sed & in errantes: maxime etiam in illos*,
„ *qui nullos a se dissentientes ferre possunt.* Item in Thesibus Theologicis de
„ Perfectione & Integritate Scripturae Sacrae d. 20. Julii 1713. editis. XIV.
„ Quo plures numerantur Lectiones in illa Variantes, eo minus laborat Scrip-
„ tura S". Quod ex *Phileleuthero Lipsiensi* fuisse petitum existimo.

Cum A°. 1711. ad munus Professoris Historiarum Ordinarii, Theologiae vero *extraordinarii* i. e. ut nec Senator Academicus nec Senator Ecclesiasticus esset, fuisset electus, vel, ut ipse dicere solebat, cum ad docendum, non vero ad regendum vocatus esset; oratione inaugurali exhibuit compendium Historiae ecclesiasticae per omnia secula: ubi ad *Scholasticos* ventum erat, quaesivit, an illi in numero Doctorum Christianorum sint habendi? responditque, se valde dubitare, utrum in numero Christianorum haberi debeant. In praelectionibus publicis docuit Theologiam Naturalem, ita quidem ut *S. Clarkium*, *de existentia & attributis Dei*, per omnia sequeretur, atque ea fundamenta jaceret de idea entis necessarii, quibus Clarkius Systema suum de Trinitate superstruxit, &

quae cum alio Syſtemate vix conſiſtere poſſe videntur. In lectionibus privatis tractavit *Ryſſenium*, quem tamen ſaepiſſime refellit. De praedeſtinatione una lectione egit, & expoſitis Supralapſariorum, Infralapſariorum, Univerſaliſtarum & Remonſtrantium ſententiis, earumque tum commodis tum incommodis, liberam auditoribus eligendi dedit optionem: in loco autem alieno de Creatione Libertatem hominis veram, decretis abſolutis manifeſto repugnantem, multis aſſeruit. A°. 1722. *Formulam Conſenſus* ab avo ſuo ſcriptam ſeponendam atque abolendam eſſe ſuaſit, conſilio, cui omnes Paſtores & Profeſſores Theologiae (excepto ejus avunculo, qui ad Conventum non venerat) ſubſcripſerunt, Senatui Ducentum virorum petenti dato. Homines qui paulo poſt *Pietiſmi*, *Anabaptiſmi* & *Separatiſmi* inſimulabantur, non vexandos aut urbe vel Eccleſia expellendos, ſed tolerandos eſſe ſcripto itidem Magiſtratui exhibito cum majore Profeſſorum & Paſtorum parte ſtatuit. Nec minus aperte & libere, quid ſentiret, in *Articulis novis Lexico univerſali Hiſtorico & Geographico* Germanice edito ab ipſo inſertis (Vid. *Praef.* p. 2.) manifeſtavit; v. gr.

„ ATHEI. Non raro etiam fit, ut ſcriptor iratus adverſario ſuo, aut illi, „ cujus opiniones non placent, ſtudio illum inviſum reddendi, hoc nomen con„ tumelioſum imponat, quod a multis H. Grotio, Jo. Lockio, &c. impoſi„ tum eſt. — Athei Syſtema ſuum variis modis concipiunt, id autem plerum„ que fundamentum ponunt — *tollunt omnem VERAM LIBERTATEM* „ *actionum humanarum* & omnia fatali atque immutabili neceſſitate fieri con„ tendunt.

„ BURNET (Gilbertus.) Brevi poſt trajecit in Belgium, atque Amſtelo„ dami a Rabbino linguam Hebraicam didicit; cumque ibi plurimi honeſti at„ que candidi viri diverſarum religionum in notitiam ejus veniſſent, hanc ſibi „ legem indixit, moderationem in cauſa religionis erga omnes homines eſſe „ ſervandam.

„ CASSANDER (Georgius.) Celebris Theologus Eccleſiae Catholicae — „ ubique tum ſolidam eruditionem tum ſingularem moderationem in controver„ ſiis religionis oſtendit; cumque in concordiam in religione eſſet propenſiſſi„ mus, edidit, tacito ſuo nomine, judicium de officio pii ac publicae tran„ quillitatis vere amantis viri in hoc religionis diſſidio, quod Jo. Calvinus, „ opinatus a Franciſco Balduino celebri jureconſulto contra Reformatos ſcrip„ tum eſſe, acerbiſſime refutavit. Ei Balduinus in commentario ad leges de „ famoſis libellis & calumniatoribus, Pariſiis 1562. edito, non minori acer„ bitate reſpondit.

„ CHILLINGWORTH (Guilielmus.) Scripſit librum, quo ſingulari acu„ mine, evidentia atque moderatione evicit; Religionem Proteſtantium eſſe „ viam tutam ſalutis. — Ideoque Tillotſonus capere non poterat, cur vir li„ berque tam Chriſtianus in ſuſpicionem Socinianiſmi vel Libertiniſmi venerit. „ J. Lockius optimam eſſe logicam dicere ſolebat, ſuadebatque Lectionem hujus „ libri omnibus, qui artem bene ratiocinandi addiſcere cuperent. — Cheynel „ miniſter popelli illius fanatici, cum morientem ſolari deberet, ſtultiſſimas illi „ quaeſtiones propoſuit, & abſurdiſſimas preces fudit — non poterat ferre, „ quod Chillingworthus ratione bene uteretur, & Chriſtianam caritatem pau„ lo latius quam ad ſuae ſectae homines extenderet.

„ CLARK (Samuel.) Cum his tribus non eſt confundendus, qui adhuc „ vivit, vir ad miraculum doctus & accerrimi ingenii D. Samuel Clark Rector „ ad D. Jacob. & Majeſtati Regiae a ſacris, ſcriptis praeclaris philoſophicis at„ que theologicis, nec non controverſia de Trinitate celeberrimus: aut qui ve„ ſtigia ejus premit Jo. Clark itidem Doctor Theologiae, & Regi a ſacris.

„ CUDWORTH (Radulph.) a Burneto Epiſcopo etiam numeratur in prae„ ſtantibus viris, qui in Anglia Latitudinarii appellantur.

„ CUR-

„ CURCELLAEUS Stephanus. — Marefius cupiebat ei maculam Socinianis-
„ mi inurere, praecipue poftquam Curcellaeus quaternionem differtationum
„ theologicarum, quarum prima agit de vocibus trinitatis, perfonae, hypoftafeos
„ &c. fecunda de peccato originis, tertia de neceffitate cognitionis Chrifti ad
„ falutem, quarta de hominis per fidem & opera Juftificatione, contra Marefium
„ edidiffet, & in prima contendiffet, litem cum Antitrinitariis non effe nifi de
„ vocibus trinitatis, perfonae &c. idque de vocibus, quae in Scriptura non re-
„ periuntur.

„ HALES (Joannes) Theologus Anglus, qui apud cives fuos ob magnas do-
„ tes, mirabilem eruditionem, & fingularem humanitatem femper in fummo
„ pretio fuit — A. 1618. Dudlejo Carltono Legato regis Angliae ad Belgas fuit
„ a Sacris, illumque de ftatu & decretis Synodi Dordracenae, cui intererat, quoti-
„ die fere per literas certiorem fecit; nec de fide & candore ejus hic dubitari
„ poteft, quia tunc & Carltonus & Halefius partes Contraremonftrantium ftu-
„ diofe fectabantur. ---- Fuerunt, qui ipfum Socinianifmi & Libertinifmi fu-
„ fpectum habuerunt [vid. fupra p. 20.] fed injuria, cum illa fufpicio ratione
„ non folum non probari, verum etiam refelli poffit. Occafio falfi hujus rumoris
„ fuit ftudium pacis, quo flagrabat; & quia fummo judicio dogmata principa-
„ lia & neceffaria Chriftianifmi ab accefforiis diftinguebat, quod quidam vacui
„ capitis homines appellant Socinianifmum. ---- Illud certum eft, eum adole-
„ fcentem cum Calvino fenfiffe in dogmate de praedeftinatione & annexis capi-
„ tibus, & in eadem adhuc fuiffe fententia, cum Synodo Dordracenae interes-
„ fet: cum vero Epifcopius locum Jo. III. 16. acerrime adverfus Contraremon-
„ ftantes urfiffet, Calvino (ut ipfe de fe fatetur Halefius) valedixiffe, & Re-
„ monftrantium fententiae acceffiffe, ita tamen ut moderatiffime fe gereret, &
„ omnia ad pacem & caritatem dirigeret. Celebris Epifcopus Pearfonius ita
„ eum, quem multos annos familiariffime noverat, χαρακτηρίζει: J. Hales, in-
„ quit, erat vir naturali acumine & vivido ingenio: diligentia in ftudiis non
„ minori, quam capacitate animi fingulari, qua in omni doctrina tam perfectus
„ evafit, ut pauci eruditi cum illo comparari poffint: judicium acre non minus
„ ipfum commendabat quam aliae dotes, ita ut effet exemplar admirabile acuti
„ ingenii, immenfae fcientiae, & accerrimi judicii: quin etiam, etiamfi ne ele-
„ menta quidem doctrinae noviffet, tot aliis virtutibus ornatus fuit, ut his fo-
„ lis ab omnibus amari & magni fieri meruiffet; tam erat benignus, mitis &
„ modeftus, nemo Naturam doctrinae evangelicae melius ipfo intelligebat; ute-
„ batur quidem libertate de omnibus judicandi, fed fibi, non ut alios judicio
„ fuo fubjectos effe contenderet: & fane, fi ulli licet de rebus ad religionem per-
„ tinentibus judicare, huic viro id concedi debet, qui tamdiu omnia pruden-
„ tiffime confideraverat, quemque nullus affectus pravus de tramite rectae ra-
„ tionis flectere poterat: in vita non folum erat exemplar juftitiae, veritatis &
„ modeftiae, verum etiam tam beneficus, ut omnia fua in alios erogaret, ni-
„ hilque fibi praeter libros fuos refervaret; in nulla re durior erat quam in libris
„ edendis, licet enim undiquaque ad id incitaretur, animus ejus, tam lenis
„ & facilis, adverfus hoc erat obftinatus". Quo fchemate Profeffor Bafilien-
fis fe ipfum exprimere atque defendere voluiffe multis tunc vifus eft.

„ LOCKE (Joannes) ---- Tantus Philofophus cum effet, non tamen erat
„ contemtor aut derifor Religionis; licet variis hypothefibus fuis myfteria fidei
„ profanaffe fuerit accufatus; quod inde ortum eft, quod plerumque cum Ar-
„ minianis fentiebat. Aliquoties ideo fcriptis impetitus, ftudiofe fe defendit.
„ Caeterum omnia figna dedit hominis, qui Deo fervire ferio cuperet.

„ MEDUS (Jofephus) in controverfiis de Praedeftinatione erat moderatiffi-
„ mus: ita tamen ut abfolutam reprobationem non poffet ferre. Caeterum erat
„ vir pius & bonus.

„ MILTON (Johannes) in juventute addictus erat Puritanis, postea vero „ magis favebat Independentibus & Anabaptistis, donec tandem in senectute „ omnes Christianorum coetus desereret, Conventus publicos vitaret, nec do- „ mi suae ullius sectae caeremonias observaret, caeterum tamen omnibus suis fa- „ ctis pietatem coleret.

„ SANDERSON (Robertus) in juventute sequebatur sententiam receptam „ de absoluta praedestinatione & annexis Capitibus, quod prima sermonum e- „ jus editio testatur: postea vero partim propria meditatione partim colloquio „ cum amico suo Hammondo permotus mutavit sententiam, & deflexit aliquate- „ nus ad oppositam, quod multis aliis Theologis Anglis, J. Hale, J. Usserio, D. „ Whitby &c. contigit; unde in sequentibus Editionibus sermonum ejus, quic- „ quid durius in Arminianos dictum erat, emendatum reperitur. Tota historia „ mutatae a Sandersono sententiae narratur in libro Hammondi, cui titulus „ est: Dissertatio pacifica de gratia Dei. Ex qua patet, Sandersonum non „ Twissi solum opinionem simpliciter rejecisse, sed etiam ab opinione recep- „ tiore Sublapsariorum discessisse, unde solebat dicere: Acta Synodalia Dor- „ dracena nullius in posterum usus ipsi esse in Bibliotheca, nisi ut locum vacuum „ oppleant.

„ TILLOTSON (Johannes) ab omnibus magni fiebat, exceptis Jacobitis, „ nec non illis, qui tum moderationem ejus erga dissentientes aegre ferebant, „ tum Arminianismum ejus culpabant.

„ WHICHCOT (Benjamin) magnus Theologus Anglus ---- erat acri judi- „ cio, & profunda meditatione, simul etiam admodum miti, amabili & a- „ moeno ingenio. Pugnabat pro libertate conscientiae, unde a Burneto in „ Latitudinariis numeratur; cum ipsi sorderet Systematica illorum temporum „ Theologiam docendi methodus, hortabatur suos, ut altius & nobilius sa- „ perent, & religionem ut semen divinioris naturae considerarent.

„ WILKINS (Johannes) magni nominis Philosophus, Mathematicus & E- „ piscopus Anglus ---- erat mitis, fortis, pacificus & candidus; si res ipsius ar- „ bitrii fuisset, Ecclesia Episcopalis & Puritanorum dudum coaluissent. In „ Religionis negocio illis accessit, qui Cantabrigiae conveniebant & Latitudi- „ narii vocabantur, i. e. qui rectius sentiebant, quam vulgo fit, & homines „ a studio partium, ab opinionibus sectarum arctis limitibus circumscriptarum, „ a superstitionibus & pertinacia revocabant". Quae omnia, nisi fallor, haud obscure docent, Historicum nostrum Theologos minus orthodoxos, sed moderatos, magis orthodoxis sed litigiosis multum praetulisse, & in illis quam in his numerari maluisse.

Hoc Viro praeceptore atque amico usus sum per annos septendecim; sub ejus praesidio A°. 1713. d. 17. Martii publice defendi Dissertationem Theologicam a me conscriptam *de Variis Lectionibus Novi Testamenti*, qua multis probavi, omnem istam lectionis varietatem non obstare, quo minus Textum integrum, certum, atque authenticum habeamus. Tum Praeses conatibus meis palam applaudere, currenti calcar privatim addere, denique ut in itinere literario, quod anno sequenti facere coepi, quot possem Codices MSS. N. T. Graeci, qui, ut ajebat, nondum satis excussi essent, accurate inspicerem & cum editis conferrem, inculcare non destitit. Quid de me meisque studiis tum senserit, ex sequente Epistola patet:

Reverende Literatissime atque Amicissime D. Cognate.

Non sine magna animi mei laetitia percepi, quam praeclare Iter tuum literarium conficias, quomodoque per singularem Eruditionem tuam & literarum elegantiorum studium in notitiam amoremque virorum clarorum, inprimis Cel. Bentley, cujus exquisita Eruditio jam dudum mihi ex scriptis partim Latinis partim Anglicis perspecta est, perveneris. Macte hoc animo, Praest. Vir, per-

perge in literarum decus succrescere, Patriam ornare, Tibique mansuram comparare gloriam. Jam diu est, quod per pl. Rev. D. Parentem tuum a Te petii &c. &c. *Vale amicissime Wetsteni, & Excellentiss. Iselium reliquosque nostrates meo quaeso nomine saluta.* 14. Jul. 1716. *T. T. Joh. Ludov. Frey.*

Postquam aestate A. 1717. in patriam vocatus rediissem, & A°. 1720. parenti meo p. m. JO. RODOLFO WETSTENIO Pastori Coetus, qui in templo D. Leonhardi colligitur, Collega atque Administer, quem Diaconum vocant, sorte datus fuissem, Auditorem publicum & satis assiduum habui Cl. *Frey* annis undecim: simul etiam domum ejus, ut cognati & vicini, frequenter atque familiariter invisi. Tunc me hortatus est, ut pro more juniorum Ministrorum studiosis Theologiae aliquem Auctorem praelegerem, ipsumque in aliis occupatum hoc onere sublevarem. Reponenti, me nunquam systema Theologiae perlegere potuisse, suasit ut N. T. tractarem, & ita quidem, ut praeteritis iis, quae studiosi ex Sermonibus & Systematibus satis nossent, indicarem, quid scriptores minus vulgares Grotius, Hammondus, Lightfootus, & alii Angli sentirent, & liberam ex variis variorum interpretationibus optionem eligendi & ingenium exercendi discipulis relinquerem. Quin etiam tum mihi studiosum Palatinum, nepotis ejus paedagogum, postea vero Conrectorem gymnasii Manheimensis, tum me illi commendavit. Aliquando cum me non satis expedirem ex multis locis, quae ingenti numero pro Trinitate probanda vulgo afferuntur, & consilium ejus expeterem, fassus est plurima in medium proferri, quae parum ad rem facerent, hanc autem regulam indicavit; ut in examine singulorum locorum omnia tentarem, & primo alias aliorum interpretationes adhiberem, vel etiam ipse excogitarem; si postea deprehenderem, illas non procedere, nec iis quae praecedunt, nec iis quae sequuntur, cohaerere, tunc me in recepta interpretatione tuto acquiescere posse. Commendavit ea occasione S. Clarkii librum continentem doctrinam Scripturae de Trinitate, & laudata ejus evidentia optavit omnes locos Theologicos eadem methodo tractatos habere.

In his omnibus consilium V. Cl. secutus sum, non item in alio casu, cujus obiter hic mentionem faciam. Ediderat avunculus ejus sermonem a se habitum in Jo. VI. 29. ut probaret, fidem salvificam non esse actum hominis, sed Dei exequentis decretem absolutum de salute electorum, mediisque efficacibus ad illam salutem perducentibus. Haec res cum nepotem male haberet, incitavit me, ut istum sermonem, quod esset facillimum, tum scripto edito tum pro suggestu ad populum verba faciens, refellerem; addebat id ad officium meum pertinere, necesse enim esse, ut, ubi error objicitur, etiam veritas demonstretur; alias silentio meo deteriorem fore conditionem veritatis quam erroris. Ego vero me vel parentis mei amico veteri molestiam creare, vel litibus aeternis implicari velle negavi; praesertim cum omnia quae ab utraque parte dici possent, jam olim prolixe & a magnis ingeniis scripta sint: Avunculum ejus ita se gessisse, ut periculum non sit, ne magnum veritas detrimentum inde patiatur; quid concionatores in aliis coetibus praedicent, ad meam curam non pertinere: in nostro coetu talia nunquam audiri, cum nec Pater meus, idemque Coetus Pastor, nec avunculus meus unquam ex professo de iis quaestionibus agant: tertius vero administer, itidem Cl. Frey avunculus, qui olim, cum lectiones ejus Theologicas in Compendium Wollebii studiosus audirem, fervide Contraremonstrantium partes fuisset tuitus, nunc ex colloquiis cum Collega conjunctissimo & cum nepote immutatus & in sermonibus & in notis in S. S. (de quibus supra p. 185. n. XVII.) non obscure Remonstrantium sententiam sequatur. Caeterum cum omnes homines & liberi & libertatis suae conscii nascantur, vix unum ex millibus unquam sua sponte de praedestinatione cogitaturum;

rum; & inde, meo judicio, consequi, non opus esse, ut quis illam opinionem refellat, cum solo silentio deleri possit. Alio vero tempore de eadem quaestione loquens dicebat, se non videre, quid impediat quo minus quis, & privatim & publice, a sententia Synodi Dordracenae discedat; cautius tamen & prudentius facturum, si tacito Arminianorum, Episcopii, Curcellaei, & Limborchii nomine, se cum H. Grotio aut cum praestantissimis Ecclesiae Anglicanae Theologis in hac re sentire profiteatur. Cum A°. 1727. senatus Hymnos festales conquiri atque edi jussisset, & Theologo extraordinario Hymni Pentecostales, ut ajebat, deligendi obtigissent, conquestus est mihi, se molesto negotio implicitum haerere, quod Poetas multa de Spiritu Sancto scribere comperiat, quae in libris sacris non reperiantur.

Plurimus vero nobis sermo fuit *de Variis Novi Testamenti Graeci Lectionibus*, idque non una oblata occasione. Cum enim Agnatus meus, cujus supra mentionem feci p. 177. literis d. 24. Martii 1719. ad me exaratis, rogasset, ut variantes quas haberem Lectiones &c. ipsi sine mora transmitterem, Novo Testamento a se edito, ceu Volumen alterum, jungendas; tandem inter nos convenit, ut distractis intra paucos annos editionis Mastrichtianae exemplaribus operam meam ad novam editionem conferrem. Haec vero consilia non clam a me agitata sunt, sed omnium conscio atque adjutore *J. L. Frey*; ille, quid ipsomet hortante in Gallia, Anglia atque Belgio egissem, noverat; ille litteras, quas super hoc negotio accipiebam, viderat; ille repetitis Colloquiis familiaribus hanc rem mecum in varias partes versaverat; ille inchoatas atque rudes, quas animo conceperam, formas subinde correxerat atque poliverat; est enim, ut verum fatear, Vir eruditione atque ingenio non vulgari. Ille idem, ut hoc unum referam, cum ad examen singularium locorum pervenissemus, rogavit aliquando, utrum locum 1. Jo. V. 7. in ullo unquam Codice Graeco vidissem? respondenti, in nullo, licet anxie ubique quaesivissem, regessit, neque exstare apud Patres, ne quidem apud Cyprianum, si recte inspiciatur, neque in Manuscripto Sancto Gallensi aliisque veteribus codicibus Latinis, neque in Versione, quam haberet, Armena; cumque ego adderem, neque in Versione Coptica, quam nuper ex Anglia accepissem, neque apud Patres Graecos, exclamavit: *Quid est demonstratio in isto genere, si haec non est? Bene nobiscum ageretur, si iisdem argumentis, quibus iste locus interpolatus atque subdititius esse probatur, probari posset, singulas Novi Testamenti editi atque vulgo recepti Lectiones, hac una excepta, genuinas & incorruptas esse: tunc sane multo essemus certiores quam nunc sumus.* Haec κρίσις, a me simpliciter relata, post plures annos elapsos horribilem in modum distorta atque depravata, mihique imperite, si non impie, imputata legitur *Act* p. 305. idque a duobus, quibus officium humanitatis praestiteram, Theologiae studiosis, mihi tunc ignotis; alter tamen eorum D. Gerdesius fuisse dicitur.

Circa annum MDCCXXIV. petiit a me *J. L. Frey*, ut ex densa variantium Lectionum sylva eas excerperem, quae meo judicio vulgatae Editioni paullo speciosius opponi possent, ab ipso accuratius expendendas: feci ut postulaverat, & in illa festinatione, quas tum praecipuas existimabam Varietates, margini N. Testamenti, quo adhuc utor, adscripsi; quibus diligenter perspectis saepius me hortatus est, ut eas, utpote quae haud pauca scitu non indigna, sed viris doctis praecipue Theologis fere ignorata, continerent, in publicum prodire paterer. Cumque excusationem afferrem, quod vererer, ne quis consilium meum male interpretaretur; respondit, moderationem Theologorum Basiliensium mihi notam esse, nihil proin vetare, quo minus libertate, post abrogatam nuper omnium suffragiis Formulam Consensus reddita, uti possim.

Haerebam dubitans, & modo mihi ipse modo aliis diffidens usque ad Annum MDCCXXVIII. quo cum frater meus *Petrus Wetstenius*, ex Gallia Am-

Amstelaedamum venisset, & propositae olim N. T. editionis mentionem fecisset, serio rogarunt adgnati Bibliopolae, ut tum aliquot foliorum specimen tum totius operis Prolegomena componerem, ipsisque quam primum cum eruditis Belgis communicanda mitterem. Annui honestae petitioni, consiliique mei *J. L. Frey*, ut solebam, diligentissime certiorem feci, qui non ex sua solum Bibliotheca Clementem Alexandrinum, cui notulae quaedam avunculi mei magni *J. Rodolfi Wetstenii*, Theologiae Professoris adspersae erant, ut & Basilium Seleuciensem, verum etiam ex Bibliotheca publica Manuscriptos Codices Athanasii, Theodoreti, Theophylacti, Gregorii Nazianzeni & Nysseni eundem in finem libenter suppeditavit. Quibus inspectis, ne quidquam, quod alicui usui esse posset, negligerem, primo editionem Complutensem consului, post Editiones omnes Erasmi, Rob. Stephani & Th. Bezae mihi comparavi, tandem totum Variantium Lectionum exercitum lustravi atque ordinavi; eoque pacto multa, quae antea meos aliorumque oculos fugerant, non sine voluptate haud paullo clarius rectiusque vidi.

Hactenus conspeximus Cl. *Frey* magna moderatione & libertate utentem, contra tyrannidem decertantem, & nomen atque dignitatem Theologi Latitudinarii egregie tuentem. Audi vero miram & miseram hominis catastrophen:

Hei mihi, qualis erit! quantum mutatus ab illo
Hectore!

Nam simul atque intellexit me & sponte mea ac promissis meis hoc negotio ita implicatum irretitumque esse, ut sine jactura aliqua famae atque existimationis pedem inde referre non possem, subito aliam personam induit; ac primo quidem, cum mihi in Bibliotheca publica occurreret, velut in prolusione, praesente Cl. *J. Grynaeo*, objectare coepit, Novam Editionem istam magni constituram, Professorum autem stipendia esse modica. Respondi hanc curam nec me tangere, qui nihil venderem, neque ipsum, qui dives esset: caeterorum vero neminem ad emendum coactum iri. Quaesivit dein, utrum putarem, hanc Editionem ad promovendam gloriam Dei hominumque honestatem & pietatem multum collaturam? Sancte ipsi professus sum, me optimo animo omnia fecisse atque facere, eventum in Dei potestate esse, qui solus hominum mentes flectere possit: quomodo autem accuratior atque emendatior N. T. Graeci editio virtutibus obstet, me non videre. Eo denique prolapsus est, ut sustineret, totam Artem Criticam vanam atque fallacem esse; ea hominibus scrupulos atque dubitationes injici, nulla dari certa criteria, quibus aetas Codicum, unde eorum autoritas pendeat, dignosci possit; Millius verbi caussa, sic pergebat, nostrum Codicem Evangeliorum statuit Alexandrino aetate parem esse, tu vero quatuor aut quinque seculis juniorem, utri ego credam, Doctorine Theologo an tibi? & quis litem istam dirimet? Reposui, esse regulas, quibus adhibitis ad veram Codicum aetatem quam proxime accedere queamus, credendum esse in hac arte illis, qui eam diu exercuerint, caeterum meis me oculis magis fidere, quam omnibus Doctoribus Theologiae contrarium affirmantibus; addidi nostrum codicem a Millio nunquam fuisse inspectum, me vero Alexandrinum atque Basiliensem vidisse, istum habere accentus a prima manu, qui ab illo absint, & figuram litterarum longe esse aliam; quin ad ipsum Codicem provocavi, & discrimen inter utrumque ex specimine Codicis Alexandrini, quod in manibus habebam a Grabio accurate aere descriptum atque editum, ostendi. Cum regereret, litteras utrobique esse similes; respondi sine dubio aliquam similitudinem intercedere, neque aliter fieri posse, nihilominus autem dissimilitudinem manifesto apparere, dummodo quis oculis intentis atque curiosis omnia contempletur, quod si negligat, facile errorem obrepere. Hoc ut probarem, monstravi in Basiliensi Codice accentum circumflexum constanter figura semicirculi, hoc est non duabus lineis sed unica, depictum esse, licet in *Dissertatione de Accenti-*

bus Graecorum (v. ſupra p. 39.) ex eodem codice figura angulari *ſive V inverſi formam ubique referente* deſcriptus ſit. Recte deſcriptus eſt, ajebat *J. L. Frey*, video enim angulum. Cumque ego peterem, ut Cl. Grynaeus, qui utroque noſtrum acutius cerneret, iſtam Controverſiam tanquam arbiter dirimeret, ad Doctorem converſus ſententiam his verbis dixit: Poſſum Excellentiae tuae confirmare, ſi circumflexi iſti Accentus angulum habent, angulum eſſe valde convexum.

Diſceſſi ab iſto colloquio admodum ſollicitus atque perturbatus; conſtitueram enim prius in edendo N. T. conſiliis J. L. Frey uti, nihilque niſi ipſo adjuvante atque approbante agere: quomodo autem nunc mea probarem homini, qui ea quae oculorum certiſſimo teſtimonio conſtabant, nullamque dubitationem habebant, in controverſiam vocaſſet? quid is faceret omnibus iis locis quae apud incautos invidioſe exponi poſſent? Nondum tamen plane deſperabam, quin potius Virum Cl. animi tantum atque exercitii gratia, ut mos ejus eſt, in utramque partem de omnibus diſputare, haec protuliſſe putabam; & ſane, aut omnia me fallunt, aut haec eo tempore ejus mens erat, & manſiſſet, credo, niſi ab adulatoribus, forſan exaggerantibus, quod *Theologi Extraordinarii* Majeſtatem non ſatis comiter coluiſſem, eique auſu temerario aliquando contradixiſſem, in me concitatus irritatusque fuiſſet. Et haec, quantumcunque prima fronte levia atque ludicra videri poſſint, acerbo iſti atque diuturno bello occaſionem cauſſamque praebuerunt. Hae nugae ſeria ducunt

In mala, deriſum ſemel, exceptumque ſiniſtre.

Diſſimulavi ſilentio curam, quae me tunc coquebat & verſabat ſub pectore fixa, verum non diu obſcura ſpe ſuſpenſus haeſi: cum enim octiduo poſt ad eundem locum, ut conſueveram, rediiſſem, & Hexapla Montefalconii in manus ſumſiſſem, ecce iterum Cl. *Frey* ad me accedentem, & quid agerem? nunquid novi haberem? interrogantem. Eodem autem temporis puncto foedum illum atque ridiculum errorem, a Cl. *Iſelio* in Codice Baſilienſi de quo ſupra p. 132. commiſſum, deprehenderam. Quo audito viſoque *J. L. Frey* ſeveritate frontis remiſſa cachinnum ſuſtulit; ex quo de animo ipſius mihi placato conjecturam ſed vanam fallacemque feci. Vix enim dies aliquot praeterierant, cum conſobrinus Iſelii idemque meus, cum faſciculo litterarum Iſelii atque Breitingeri ad aedes meas adveniens, nomine Iſelii graviter conquereretur, quod errorem illum multis ſtudioſis praeſentibus acerbe exagitaſſem, Doctoremque mihi antea amicum in contemtum diſcipulorum adduxiſſem, addita comminatione fore ut me ejus rei poeniteret. Excuſavi factum meum proteſtatus, me nemini niſi Cl. *Frey* eidemque quaerenti quicquam ea de re dixiſſe, neque tamen, ſi quis meos errores publice commiſſos mihi indicaverit, me aegre laturum, quin potius gratias acturum eſſe. Hinc intellexi, non ſolum *J. L. Frey* totum a me abalienatum eſſe, verum etiam, quotquot poſſet, ſuis artibus a me abalienare decreviſſe.

Principio anni MDCCXXIX. inimicitiae *J. L. Frey*, quae prius occultae tectaeque fuerant, in apertum erupere. Tum quoties ego ſacras conciones habebam abeſſe, tum ſiniſtros de me rumores ſpargere, amicis meis, ut ex ipſis cognovi, me ſuſpectum reddere, Bibliopola *Thurniſio* praeſente contra propoſitam N. T. Graeci editionem, de qua ut ajebat in proximis Comitiis Helveticis agendum eſſet, multa dicere coepit: denique, quamvis ipſe novum Ludovicum aureum, quem nunquam reddidit, ea conditione a me accepiſſet, ut mihi MSS. Bibliothecae porro uti liceret, contra fidem datam effecit, ut non ſolum Bibliothecarius, cujus ſingularem humanitatem integrum decennium expertus eram, verum etiam ipſe Senatus Academicus uſum Thucydidis manuſcripti, quem in gratiam Cl. *Dukeri* cum edito me collaturum adgnatis petentibus urgentibusque promiſeram, concedere cunctaretur. Tandem poſt longas ambages variis artibus effecit, ut res per conſobrinum ejus ad Senatum deferretur,

d. 17.

d. 17. Septembris, cui denique d. 14. Decemb. ſcriptum obtulit, quod nunc paucis examinabimus.

Act. p. XVI. *Summa judicii noſtri haec eſt: Laborem illum in N. T. edendo tum levem & non neceſſarium, tum periculoſum eſſe. Quapropter ut ſupprimatur hoc opus, enixe efflagitamus urgemusque. Ex brevi illa Diaconi IV. narratione colligimus, 1. Opus iſtud non ſolis Criticis, aut illis praecipue; ſed omnibus & ſingulis, qui Teſtamento Graeco uti volunt, in uſum communem vulgaremque ſcriptum eſſe.* Unde Cenſor haec ſciat, aut quid iſtis verbis ſibi velit, fateor me ignorare. Schedas meas primum mihi in uſus privatos ſcripſi, poſtea roganti Bibliopolae, ut publice ederet, tradere volui: Lectores mihi optavi doctos & veri amantes, in mea vero poteſtate non fuit impedire, quo minus etiam ab indoctis, malevolis & praejudicio occupatis viderentur. Quodnam in hoc eſt peccatum meum? *Si in gratiam eruditorum laborem illum ſuſcepiſſet, debuiſſet edere Codicem Alex. totum, ſicut eſt ſcriptus, cum omnibus ſuis vitiis, cum omnibus lacunis, ſine ſpiritibus & accentibus, ſine diſtinctione verborum, eadem ſervata litterarum figura; tum demum Criticus artem ſuam in illo exercere, & obſervationes ſuas addere potuiſſet.* Cur V. Cl. hoc conſilium non dedit V. T. editori Tigurino? non poterat autem mihi vitio vertere, quod nova iſta methodus, quae nulli unquam cujuscunque libri veteris editori in mentem venerat aut probata fuerat, nec mihi vel in mentem veniſſet vel probata fuiſſet, niſi ſi prius demonſtraverit, me omnia non meo ſed ſuo arbitratu facere debuiſſe.

2. *Hinc porro intelligimus laborem eſſe minimum leviſſimumque & nullius pretii, qui nullam eruditionem aut ſcientiam requirat, neque magna illa praeconia mereatur. Cognitio Elementorum Linguae Graecae, qua vel rudis diſcipulus, qui vix Novum Teſtamentum legit, imbutus eſt, oculi acuti, & leviſſima applicatio animi ad hoc praeſtandum quemlibet idoneum reddunt. Non niſi acutis oculis & intelligentia Alphabeti Graeci opus eſt, ut quis obſervet variationes MSS. Codicum; utque iſtas Variationes teſtimoniis confirmet, eorum quae ab aliis jam concervata atque collecta ſunt arbitraria deſcriptione minimo labore effici poteſt.* Hoc eſt novum illud atque inauditum crimen, cujus me apud Ampliſſimum ordinem reum fecit V. Cl. Meis *oculis* uſus fui, &, quae videram, aliis narrare volui, ſi per *Theologum Extraordinarium* licuiſſet. Quid vero metuebat? an periculum erat, ne ſincera corrumperem, certaque incerta redderem, aut potius ne myſteria aperirem, & quaedam in clariore, quam vellet, luce collocarem? atqui veritas non odit lucem, & ego omni ſtudio Lectionem certam emendatamque quaerebam. Caeterum non aſſequor cauſſam cur, cum de orthodoxia mea unice ageretur, ignorantiam mihi objiciat, niſi ſi ſolos eruditos & ingenioſos orthodoxos eſſe ſtatuit. Miror denique V. Cl. non praevidiſſe, me ad objecta vetera quorundam Monachorum malevolorum atque ineptorum, quorum verba ſua facere non eſt veritus, eodem imo meliore jure verbis doctiſſimorum hominum, quae ipſe ſuppreſſit, reſponſurum, cauſamque communem facillime tuiturum; *Hieronymi* v. gr. ex Epiſt. *ad Suniam & Fretelam.* „ Quaeritis a me rem *magni operis ac majoris invidiae*, in qua ſcribentis non ingenium ſed *eruditio* comprobetur, ut, dum ipſe cupio de caeteris „ judicare, judicandum me omnibus praebeam, &c". *Eraſmi*, Vid. ſupra p. 97. & in Luc. I. 48. „ Rideat qui volet has *Grammatiſtarum* annotationes, „ modo fateatur, terque quaterque Theologos in his labi. Tolerabile ſi tantum laberentur, niſi lapſui jungerent impudentiam calumniandi. ---- Quanto „ melius ageretur cum Theologia, ſi, qui Theologiam abſolutam profitentur, „ a linguacibus & Grammatiſtis comiter acciperent, quod illi pro ſua qualicunque portione conferunt in medium: & illis viciſſim illa ſublimiora myſteria fra-

„ terne communicarent, hoc majore modestia, quo penitius ingressi sunt in „ ejus philosophiae penetralia, quae dedocet fastum omnem ac supercilium, „ docetque summam tolerantiam erga imbecilles. Denique *Francisci Lucae* „ *Brugensis:* Vid. supra p. 105".

3. *Judicamus porro*, sic pergit Censor meus, *laborem illum non tantum levem, verum etiam non necessarium esse. Ut saepe sermones hominum de illo audiuntur, putaret aliquis, integrum eumque incomparabilem, qui ad hunc usque diem omnes latuerat, thesaurum erui, imo N. T. graecum nunc primum edi: cum tamen nemo ignoret, Testamentum Graecum jam dudum ex Veteribus optimisque Codicibus typis expressum, postea cum vetustissimis MSS. cumque ipso Alex. Codice collatum, tantumque variantium lectionum acervum congestum fuisse, ut ei vix quicquam consideratione dignum addi possit. Codex Alex. jam sexies editus est; extat iste Codex, aut quod idem est, extant Variationes illius ab editis, in Polyglottis Anglicanis, in Oxoniensi, in Millii Wetsteniique aliisque Testamentis. Quodnam igitur mysterium singulare nobis in nova Editione aperitur? Dices: Alex. Lectiones, quae prius marginem occupabant, hic in ipso textu conspicientur. Quam vero utilitatem hoc lectori afferet, annon poterat aeque facile Lectiones Alex. Codicis in margine legere atque in Textu? Sin autem putat, se aliquid novi hic observasse, aut Codicem Alex. hic & ibi accuratius descripsisse, nullo modo opus est, ut lectorem emtione novae editionis N. T. torqueat, poterant enim novae istae observationes sine magnis sumtibus intra paucas pagellas contentae edi. Concludimus, suppressionem istius operis ne minimum quidem damnum studiosis afferre posse.* Ponamus, quod viro Cl. coram Senatu affirmanti facile credo, quosdam de meo proposito bene, forte etiam melius, quam oportebat, sperasse, ideone ipse debebat, ut hoc vitium vitaret, in contrarium currere, me immerentem invidia odioque prosequi, imo publice apud Senatum ecclesiasque vicinas, edito etiam libello, accusare? hoc sane & stultum erat, & Christianum plane dedecebat. Quid ego in MSS. quos evolveram Codicibus reperissem, vel quid editurus, quibusve rationibus edenda essem firmaturus, & eos qui bene de me sentiunt & eos qui male de me sentiunt omnino latebat: temerarium ergo judicium erat vel omnia probare, vel omnia reprobare atque contemnere. *Codicem Alexandrinum*, quem ad nauseam usque ingerit, ego, uti jam dixi, non curo: argumenta vero quae affert commutabilia esse & majori specie ex contraria parte dici posse contendo. *Annon poterant*, inquit, *lectiones Codicis Alex. aeque facile in margine legi ac in Textu?* Repono: *annon poterant aeque facile legi in Textu ac in margine?* Nam si *Variationes Codicis idem sunt quod Codex ipse*, tunc etiam Codex ipse idem est, quod Variationes ejus; quid ergo tantopere in me debacchatur V. Cl.; cum ipsemet fateatur, quod variatio in margine exposita perinde sit acsi in Textu edita fuisset? Alterum argumentum longe est mirabilius: *Codex Alexandrinus jam sexies editus est.* Recte. Poterat ergo sine periculo iterum edi. *Novae in istum Codicem observationes poterant seorsim edi.* Optime. quid inde conficere vult? *Ergo nihil impedit, quo minus Codicis Alexandrini cum novis observationibus editio prohibeatur atque supprimatur.* Cur non potius infert „nihil proin impedire quo- „ minus permittatur". Si enim & Codicem Alex. & novas illas observationes seorsim edere licet, licebit etiam edere Codicem cum additis observationibus: nisi si probaverit, ex re licita, alii itidem licitae juncta, fieri totum illicitum. In transitu observo, quod V. C. eleganter atque emphatice scribit, me *Lectorem emtione novae editionis N. T. torquere atque vexare*, desumtum esse ex Matth. VIII. 29. ἦλθες ὧδε πρὸ καιροῦ βασανίσαι ἡμᾶς.

4. *Porro non sine causa hoc opus suspectum, forte etiam periculosum esse, affirmamus. Vult Codicem Alex. ex aliis probatis Codicibus pro suo arbitratu corri-*

corrigere atque supplere: in ipsius igitur potestate situm est, qualem nobis Lectionem formare velit; hic magnum habet campum, omnes suas conjecturas criticas, omnia sua somnia pro vera Apostolorum lectione supponendi. Si quis sibi hanc licentiam permittit, ut ex multis variisque Codicibus pro lubitu vel alternatim verba quaedam seligat, faciet de Textu N. T. quicquid ipsi libitum erit. Nec obstat, quod omnes istae Lectiones in aliquo Codice reperiantur, cum enim Diaconus W. nullum certum Codicem sequatur, facile intelligitur, totam dispositionem ex ipsius unice levitate animique impetu pendere. Quod V. Cl, nova criminatione, FORTE *periculosum* vocat, id *forte* periculosum non est: quod vero addit, me *conjecturas & somnia* venditare velle, manifesta calumnia est; cum disertissime semper sim protestatus, me ex meo ingenio, vel ex mea alteriusve conjectura ne litteram quidem in Textu immutaturum, sed omnia ad fidem Codicum exigenda esse judicare; imo tantum abest ut somniis conjecturisve faveam, ut potius, si verum scire vult, editionem receptam a conjecturis atque somniis juniorum, qui typographiis praefuerunt, Criticorum purgare omni ope annitar. Quod tandem de nimia licentia & periculo inde orituro addit, a *Leo* centies objectum, & ab *Erasmo* centies confutatum est. Res ita se habet. Si ipsa Apostolorum superessent αὐτόγραφα, aut si extaret alicubi unum aliquod accurate expressum ἀπόγραφον, aut editio primum exemplum sine aberratione minima referens, nullus scrupulo aut conjecturae aut licentiae locus relinqueretur: haec editio, vel istud ἀπόγραφον vel illa αὐτόγραφα, religiose sine omni dubitatione praelo essent subjicienda. At vero nobis non contigit esse tam beatis, αὐτόγραφα injuria temporum dudum perierunt: ἀπόγραφα non sunt inter se similia; ipsae editiones typis expressae admodum variant, praeter editionem Cardinalis *Ximenii*, *Ariae Montani*, *Aldi* & *Colinaei*, habemus *Erasmi* editiones quinque, *Bezae* quatuor, & *Stephani* tres, hoc est minimum sedecim diversas atque discrepantes editiones. Non quaeritur, utra utri praeferenda sit, fateor enim editionem posteriorem priori, ut plurimum, meliorem esse. Sed quaeritur, quam editionem vel quem codicem omnibus aliis rejectis simpliciter sequi teneamur? Si certum habet v. Cl. edat nomen Codicis vel editionis, sententiam suam idoneis rationibus adstruat, & magnam non a me solum verum ab universa Ecclesia inibit gratiam. Sin autem non habet certum, dicat ipse quid facto opus sit? an forte ducta unam aliquam editionem vel unum Codicem seligemus? an tunc valebit non temeritas & casus sed consilium & ratio? vel an judicem alium novit falli nescium, qui hanc litem aut olim diremit aut propediem expediet, & ita quidem ut ejus judicio nos submittere debeamus? vel denique an de hac re, uti de omnibus aliis religionis capitibus, quilibet, ut potest, judicare debet? Ita videtur sentire ipse Censor, quando liberaliter concedit: *Textum Erasmi, Stephanorum &c. maximam sui partem hactenus vulgo receptum esse, non quod omnes ipsorum Lectiones necessariae, atque nulla excepta optimae sint; neque enim diffitemur, posse adhuc ad emendandum atque illustrandum Graecum N. T. textum aliquid adjici: quo facto tamen doctrinae nostrae, quod ad summam rei attinet, nihil decederet.* Haec si serio scribit, cur tantopere indignatur, me illam *emendationem* proponere? an Lectio mendosa mordicus semper erit retinenda? vel an alium novit, qui plus temporis in isto studio posuerit, atque ego posui, aut qui plures Codices ipse inspexerit, adeoque plures & fide digniores verae Lectionis testes collegerit?

Caeterum ut omne istud *periculum* sive verum sive imaginarium effugiamus, Editionem receptam non solum retinere & κατὰ πόδα sequi, verum etiam, cum hactenus nonnisi in octavo & minori forma typis expressa haberetur, multo jam magnificentius, quam unquam antea factum erat, Lectoris oculis subjicere decrevi.

5. *Prae-*

5. *Praecipua autem de N. hoc T. querela est, illud redolere Socinianismum.* Haec accusatio, si judicio Theologi & Historici Latitudinarii stamus, non certe olet lucernam, sed forum potius piscarium, aut si quid deterius olet; quis unquam audivit aut Novum Testamentum, aut Codices Graecos, diu ante scriptos, quam Socinus natus esset, aut Patres Graecos, aut Ecclesiam Latinam, Coptam, Syriacam, a quibus Versiones N. T. habemus, Socinianismum redolere? aut qua fronte Censor Socinianismi suspicionem in me jacere potuit, quem sciebat nullum unquam Socini aut Socinianorum scriptum legisse, Theologiam ex patribus Graecis didicisse, &, quo longius absum ab haeresi Sabelliana & Synesiana, quam multi alii, qui praecipue in orthodoxis haberi volunt, eo etiam longius a Socini opinionibus recedere? Quid quod ipse Censor hanc suspicionem tollit: CERTISSIME *persuasi sumus*, ait *Act.* p. XX., *Lectiones singulares Codicis Alexandrini, imo omnes omnium Codicum varietates, ne quidem orthodoxam doctrinam, quam contra hostes verae Deitatis atque Sacrificii Christi defendimus, evertere, nedum ut universam religionem Christianam destruant.* Quae si vera sunt, ut sunt verissima, verum etiam erit, nihil reperiri quod *Socinianismum redoleat:* nisi si dicatur, Orthodoxam doctrinam & Socinianismum ἀσύςατα non esse, sed bene convenire & in una sede morari posse.

Quod autem addit: *loca quaedam Divinitatem Christi confirmantia a me tolli*, ambigue dicitur. Qui verba quaedam ex quocunque Autoris veteris scripto tollit, tollendaque censet, eo ipso declarat, se ea non pro genuinis ipsius autoris verbis habere, sed pro suppositítiis, quibus proin ceu nullam autoritatem habentibus nihil confirmari possit. Verba, quae secundum meam opinionem aliquid confirmant, mihi genuina sunt, & non tollenda: quae autem secundum meam sententiam ut non genuina tollenda sunt, nihil confirmant. Ergo qui hoc sensu loca confirmantia tolleret, sibi ipsi aperte repugnaret, eademque verba simul pro genuinis & pro suppositítiis haberet, vide Proleg. prior. p. 190. Porro qui tollenda tollit, non magis culpandus est, quam qui relinquenda relinquit: qui vero vel relinquenda tollit, vel tollenda relinquit, peccat: quique sciens & prudens malo animo peccat, excusationem non habet. Posset v. gr. fieri, ut quis verba, quae ipsemet suppositítia esse judicaret, relinqueret, iisque pia fraude admissa ad confirmandam Christi divinitatem uteretur: posset etiam e contrario fieri, ut quis verba, quae ipse genuina esse existimaret, impia fraude tolleret, atque orthoxis, quantum in ipso esset, argumentum divinitatis Christi eriperet. Verum, qui talia audent, idoneis testibus convincendi, non suspicionibus onerandi sunt. Imo si suspicionibus locus conceditur, potius suspicio cadet in illum priorem, cui fraus est utilis atque honorifica, quam in posteriorem, cui non potest non esse noxia. Videat ergo V. Cl. quomodo suspicionem illam a se dimoveat, quam habuit Erasmus, cum scriberet: *plura nunc velut oracula publice docentur in Scholis; cum privatim fateantur, se diversum sentire.* Ad me enim quod attinet, non existimo quenquam eo impudentiae progressurum, ut serio affirmet, me loca, quae ipsemet pro genuinis haberem, tollere decrevisse.

Affert deinde *quinque voces, imo nonnisi quinque aut sex literas*, ex quinque *Actorum atque Epistolarum* locis, & conqueritur, me illas aliter legendo orthodoxis quinque argumenta, quibus Divinitatem Christi probare solent, eripere voluisse. Observa quorsum evadant immensi illi clamores. Ex *quatuor Evangeliis*, quae principales sunt N. T. partes, nihil afferre potuit: ex Epistolis non nisi quinque locis allatis confidenter sed falso affirmat me deserta lectione recepta Codicem Alexandrinum sequi, quem tamen, excepto loco unico, ubi Alexandrinus cum Codicibus tantum non omnibus contra lectionem receptam stat, nec nunc nec eo tempore, quo ista scribebat, sequi volui. Si serio credidit, me Codicem Alexandrinum exprimere velle, cur non etiam di-

dixit, me novum a nemine adhuc prolatum pro Divinitate Chriſti argumentum producturum ex eodem codice, & Jo. XIX. 40. lecturum; ἔλαβον οὖν τὸ σῶμα ΤΟΥ ΘΕΟΥ, καὶ ἔδησαν αὐτὸ ἐν ὀθονίοις μετὰ τῶν ἀρωμάτων, καθὼς ἔθος ἐστὶ τοῖς Ἰουδαίοις ἐνταφιάζειν; A loci celebris 1. *Tim.* III. 16. lectione recepta diſcedit tota Eccleſia Latina, quae tantum abeſt ut Socinianiſmum redoleat, ut potius & Socinianos libros & autores librorum comburat: porro in plerisqus iſtis locis a Lectione recepta etiam abit H. Grotius, nec tamen Vir Cl. ejus opera Socinianismum redolere clamavit, nec ut illa ſupprimerentur enixe petiit, quin potius ut Baſileae nova illorum editio a Facultate Theologica permitteretur, ut a Tygopraphis Thurneiſiis curaretur, & ut operis typographicis praeeſſet Vir Cl. Jo. Grynaeus, ſua praecipue autoritate effecit, idque eodem ipſo tempore, quo mihi fictum iſtud crimen imputavit. Poſt haec ſequitur argumentum ſupra p. 20. expoſitum, quo ſe inprimis jactavit, & tum ignorantiam meam tum propenſionem ad Socinianiſmum invicte demonſtraſſe putavit Vir Cl. Antequam ex hoc loco diſcedam, afferam judicium *Remigii* & Eccleſiae Lugdunenſis, judicio V. Cl. oppoſitum: *Legamus ergo pacifice, & quantum Dominus donat legamus Dogmata Eccleſiaſticorum virorum, nec pro aliis Doctoribus adverſus alios litigemus, quia & ipſi inter ſe pacifici unusquisque in ſuo ſenſu abundaverunt; alius quidem ſic, alius vero ſic; exſpectantes fideliter & humiliter, quod Apoſtolus promiſit dicens: Et ſi quid aliter ſapitis, hoc quoque Deus vobis revelabit. Nam qui non tranquille & pacifice moderatur, quod ſentit, ſed ſtatim paratus eſt ad contentiones, diſſenſiones & ſcandala, etiamſi non habeat haereticum ſenſum, certiſſime habet haereticum animum.*

Cum paulo poſt Prolegomenorum meorum exemplaria edita fuiſſent Baſileam allata, Theologus tamen extraordinarius cum figmento ſuo pugnare, ex XII. prioribus Matthaei capitibus de toto opere conjecturam facere, & ſuſpicionibus pravis indulgere, quam manum cominus conſerere & aperte agere maluit. Ut ergo animum relaxaret, & in re ſeria facete luderet, novam accuſationem apud Senatum inſtituit A°. 1730. menſe Martio. „Multas, inquit *Act.* p. 49., affert Lectiones
„ novas, neque tamen exiſtimandum eſt, totum N. T. per illas mutari. Duplicis
„ ſunt generis varietates, aliae nullius, aliae paulo majoris momenti. Varietates
„ prioris generis conſtituunt partem longe maximam, ita ut nihil fere aliud occur-
„ rat, & ex quinquaginta varietatibus minimum quadraginta novem ſint hujus
„ generis. Cum dicimus, nullius eſſe momenti, intelligimus iis non tantum
„ nihil in religione, ſed etiam nihil in ſenſu verborum mutari, imo nec in Lin-
„ gua Graeca quicquam emendari, plerumque ſunt merae minutiae grammatica-
„ les, tam exigui momenti, ut Studioſum ſenſu communi praeditum puderet,
„ illas obſervare, imo contumeliam ſibi fieri judicaret, ſi talis labor illi expro-
„ braretur, v. gr. legendum eſſe *Solomona*, non *Solomonta*; *Maria*, non *Ma-*
„ *riam*; *David*, non *Dabid*; ἐστὶν, non ἐστὶ; *Nazareth*, non *Nazaret*;
„ *Rex Herodes*, non *Herodes Rex*; *Moyſes*, non *Moſes*, & ſexcentae ejus-
„ modi nugae, quae magna pompa in theatrum producuntur, modo 50. modo
„ 60. Codicibus Manuſcriptis, Verſione Syriaca, Coptica, Arabica, autoritate
„ Origenis, Hieronymi, Cyrilli, Auguſtini confirmatae, *quae tamen citatio-*
„ *nes plerumque ex Millio, Whitbyo & ſimilibus Collectoribus ſunt petitae,*
„ *ubi autores iſti operae pretium judicarunt, ut talium minutiarum mentio-*
„ *nem facerent*; tanquam ſi non de inepta & inſulſa orthographia, verum de
„ totius religionis fundamentis ageretur. Miſer iſte luſus in literulis Graecis
„ Germanice non bene poteſt exprimi, ſi quis tamen e. gr. in primum comma
„ Bibliorum Germanicorum haec annotaret: &c. &c. Si quis, inquam, ſcrip-
„ torem ſacrum Germanice cum talibus Gloſſis ederet, annon nobile Chriſtia-
„ nae religioni eſſet praeſtiturus officium, pro labore ſingulari omnes valde ſibi
„ de-

„ devincturus? Talis est ubique fere labor W. in editione N. sui T., hoc est
„ illud opus, in quod multa nummorum millia erogavit, & oculos hebetavit:
„ Hoc est illud opus, ab ipso in Apologia laudatum, utile & necessarium, ad
„ veritatem eruendam, & calumnias atque controversias tollendas. Non in-
„ videmus ipsi gaudium illud solidum, & voluptatem, quam ex hujusmodi cu-
„ pediis grammaticis capit; mallemus tamen, ut oblectationem suam, siquidem
„ in munere sacro tantum ipsi otii supererat, non in Sancto Dei verbo, sed in
„ fabulis Æsopi, aut similis scriptoris quaesivisset. Sed reperiuntur etiam in
„ proposita editione N. T. licet si cum prioribus comparentur paucissimae ali-
„ quanto majoris momenti varietates; hujus generis paucissimae in quatuor
„ foliis nobis exhibitis occurrunt; *facile tamen conjicimus, immodicam illum*
„ *licentiam sibi permissurum* & majorem, quam qua editores praecedentes
„ etiam audacissimi sunt usi. Doxologiam Orationis Dominicae omittit, &c.
„ Nulla ergo ratio est, cur a priori nostro consilio recedamus: contra si tunc
„ rationibus idoneis moti petiimus, ut editio supprimeretur, viso isto speci-
„ mine novis rationibus in ea sententia confirmamur, cum fere totus illius la-
„ bor in variis, inutilibus & puerilibus *minutiis Grammaticis, & si quid vili-*
„ *us istis*, consistat". Eadem repetuntur *Act.* p. 230.

Hoc scilicet appellat *in timore Domini* Novum meum Testamentum examinare, & *non suam sed Dei causam agere.* Sed ponamus tantisper, rem ita se habere, uti dicit, quaero cujus criminis me apud Senatum accuset? cui nocuit hic labor meus? & contra quam legem civitatis peccavi? Videat autem Cl. Censor, annon ipse manifesto in publica commoda peccaverit, dum longo aliquot mille foliorum sermone (nam reliquae omnes lites ex ista de N. T. controversia proseminatae sunt) tempora Senatus, ad quem istius rei cognitio omnino non spectabat, fuit moratus? Bene tamen est, quod fateri cogitur & Millium & Whitbyum eadem fecisse quae ego facio. Et revera velit, nolit, aliter haec sacra non constant. Idem fecerunt ante me Erasmus & Stephanus, postea etiam Bengelius & Breitingerus. Idem fecerunt & Grammatici, atque Scholiastae veteres, & quotquot autores Classicos Graecos Latinosque ediderunt: quodnam ergo hic est singulare peccatum meum? Sit meus labor non valde utilis, an utilior honestior & laudabilior est opera quam Vir Cl. posuit in me accusando atque deridendo? id credam, si probaverit aut ληστεύειν esse melius quam κιθαρῳδεῖν, aut litem, quam mihi intentavit publice, fuisse, ut verbis Hieronymi utar, *aedificatorium Ecclesiae jurgium.* Si quis de accentibus punctisque masorethicis operose ageret, nosque doceret, Hebraeos legere *Mosche* pro *Mose*, *Iiob*, pro *Jobo*, & *Irmejahu* pro *Jeremia*, hae *cupediae Judaicae* nostro Theologo Hebraizanti placerent, hanc occupationem in Lingua Sancta sanctam pronunciaret, his tanquam altioris originis apicibus oculum divinum invigilasse & haec animadvertenda esse diceret: quae vero in N. T. ejus generis reperiuntur, tanquam minutias, & negligi posse & negligi debere. Nec tamen plane nullam has minutias utilitatem habere existimo, nam per nimiam istam diligentiam (si nimia esse potest) Lector redditur certior, codices accurate collatos & nihil alicujus momenti omissum fuisse; porro ex variante verborum ordine & scriptione indagari potest origo alicujus codicis, quo argumento supra aliquoties usus sum, ut probarem Codices quosdam ad Versionem Latinam fuisse immutatos; observatio autem de literis C & N, vocibus & verbis quibusdam in fine addi solitis, etiam ubi vox sequens a consonante incipit, licet editori N. T. non conducat, potest tamen Critico occasionem forte praebere, locum aliquem alterius autoris emendandi, & has literas, vel earum similes O, Є, H, Π, cum initio vocis sequentis jungendi, eo fere modo, quo locus *Manethonis* l. IV. 397.

Ναυσιβάτας φαίνει καὶ ἐν ὕδασιν ἥκτορας ἄνδρας.

a Ce-

a Celeberrimo Viro *T. Hemſterhuſio* nuper feliciſſime emendatus eſt,

Ναυσιβάτας φαίνει καὶ ἐν ὕδασι νήκτορας ἄνδρας.

Denique ſciendum eſt, me ad codices conferendos non cum trutina in manu acceſſiſſe, ſed omnia cum pulviſculo corraſiſſe, nec tam in opere exſtruendo, quam in materia colligenda occupatum fuiſſe: quid jam ex iſta ſilva in publico proponerem? an delectum facerem, & abjectis reliquis ea tantum, quae alicujus momenti eſſe judicarem, ederem? At ſi vera ſunt, quae Vir Cl. ſcripſit, ſi omnis iſte labor ſterilis & futilis eſt, & omne, quod illi impenditur, tempus perditur, quo jure me in idem ergaſtulum denuo vult mittere ad opus, quod non unius hominis eſt? ne jam dicam, tunc illi ſemper paratam fore aliam, quam toties jam repetiit, accuſationem: hoc modo totam rem mei fore arbitrii, multa nullius momenti me exponere, ſuſpicionem proin eſſe, me non pauca majoris momenti in quiſquiliis reliquiſſe & publico invidiſſe? Simpliciſſimum ergo eſt, omnia edere, & totam meſſem, frumenta cum zizaniis, oculis eruditi lectoris ſubjicere. Licet autem impedire non poſſim, quo minus otioſus & malignus ſpectator haec omnia rideat & in ludum jocumque vertat, cordatis tamen viris illum ſe non probaturum confido, praeſertim cum nullo unquam documento oſtenderit, ſe codices Graecos MSS. vel legiſſe vel legere poſſe. Πολλὰ μωμεῖσθαι ῥᾷόν ἐστιν ἢ μιμεῖσθαι. (Vide etiam ſupra p. 65.).

Cum autem videret, iſta criſi ſua, de qua toto hoc labente anno, per clientes & ancillas etiam, in omnibus foris & circulis rumores ſparſerat, neminem valde percelli, quin contra à ſimplicioribus judicari, eſſe vitiligationem grammaticam, prudentioribus etiam indignantibus, quod ſimul & eodem tempore perſonas diverſiſſimas, tum ſeveri inquiſitoris, periculum Eccleſiae ab editione Novi Teſtamenti Graeci imminens lamentabili & terrifica voce exponentis, tum, qua ſibi magis placebat, ludionis atque deriſoris, omnia in jocum vertentis, induiſſet, alia via rem aggreſſus eſt. Cum ſciret, me ante complures annos repetitis vicibus N. T. ſtudioſis circiter ſexaginta praelegiſſe, & intelligeret, quoſdam pauciſſima hinc inde, quae non dictaveram, ſed ex tempore effuderam, partim domi meae partim in ſua reverſos, tum calamo & atramento tum ſtylo plumbeo, aut in chartis notaſſe, aut margini N. T. ſui adſcripſiſſe, novus iſte Diocletianus invitos, ademtionem ſtipendii & ignominiam illis comminatus, & tergiverſantibus convicia ingerens, *Novum Teſtamentum tradere* coegit, quin etiam de mea in tradendo cunctatione acerbe conqueſtus eſt *Act.* p. 244. „ Non ſine dolore fateri, inquit, „ cogimur; cum inprimis plena *Traditione Novi ſui Teſtamenti* & ſe & ſuos „ ſimul tranquillare potuiſſet, ipſum, ſi non niſi cauſas inferiores reſpiciamus, „ unice idque ſtudio cauſam ſuam perdidiſſe: licet revera aliquid altius hic con- „ ſpiciatur & digitus Dei appareat p. 245. per *Traditionem* illam laboris ſui in „ N. T. cum contemtione & irriſione noſtra negatam totius negotii concluſio- „ nem conſulto moratus eſt.

Hic ſe inveniſſe non quod pueri in faba clamavit. Sed ne jam dicam, ſapientiſſima atque aequiſſima lege (qua etiam inſignes Theologi Helvetii *J. A. Turrettinus* & *J. Frid. Oſtervaldius* uſi ſunt) in Belgio ſtatutum eſſe, dictata ſtudioſorum Praeceptoribus imputari non debere; obſervo in prima accuſatione non niſi *unicum* teſtem *Act.* p. 451., aut ſummum duos, ſed non de eadem re teſtantes, productos fuiſſe, quod praecepto Apoſtoli 1. Tim. v. 19. manifeſto repugnat; eoque magis, quia ille *unus* ipſe faſſus eſt, cum aliquando ſchedam ſuam in auditorio reliquiſſet, a me poſtridie reddita ſcheda multis praeſentibus admonitum fuiſſe, ut attente audiret potius quam ſcriberet, ex ſcripto enim apparere, illum mentem meam omnino non percepiſſe *Act.* p. 28. Illius notae ex univerſo Novo Teſtamento productae ſunt circiter viginti quinque, pleraeque unius aut duorum, longiſſima undecim verſuum: *alter*, cujus quinque vel ſex notae exhibentur, ita impedito ſtylo ſcriptae, ut vix intelligi poſſit, erat puer

trium idearum, quem, cum per plures postea annos Theologiae dedisset operam, ipsi Theologi & Pastores ad literas & Ministerium S. non esse aptum pronunciarunt. Hi tamen idonei visi sunt Theologo extraordinario, in quibus meo periculo luderet. In secunda accusatione produxit notata quaedam aliorum quatuor studiosorum, in quibus, quod anxie quaesiverat, reperit, & in lectione & in interpretatione paucorum locorum me a recepta opinione discessisse. Sed ne sic quidem efficere potuit, ut accusatio prima culpa careat: qui enim primo accusat, & post menses demum argumenta, quibus accusationem probet atque fulciat, conquirit, saltem cum accusare inciperet, calumniator fuit, & suspicionem praebet sophistae, cujus argumenta non temere credi, sed accurate examinari debent.

Dicam apertius. Multae sunt opiniones, lectiones atque interpretationes, vulgo Theologorum & majori quidem Ministrorum parti probatae, sed nulla tamen lege in tota Ecclesia Reformata sancitae, neque ab omnibus semper receptae: quin ab his saepe recedunt magni nominis Theologi, & clarissimi interpretes, nunquam ideo damnati, & semper non solum tolerati sed in pretio habiti & laudati. Cum his passim contra illos me fecisse & facere ingenue fateor. Nec mirum, cum non ex systematibus aut Theologia scholastica, sed ex assidua lectione tum Scripturae sacrae, tum Patrum Graecorum, tum praestantissimorum Criticorum sapere didicissem

Nullius addictus jurare in verba magistri.

Licet autem nulla lege vetitum sit vel novam alicujus loci interpretationem in medium proferre, vel veterem, in qua Theologi quidam argumentum ad aliquod dogma probandum sibi invenisse visi sunt, rejicere; consideratis tamen accuratius locis, quae ex notatis discipulorum meorum excerpta erant, deprehendi, si unicum excipias, omnia reliqua ex autoribus probatissimis petita esse; ex *Erasmo*, *Beza*, *Grotio*, *Sandersono*, *Hammondo*, *Blakhal*, *Lockio*, *Hoadleyo*, *Stresone*, *Bos*, *Infantio*, *Battierio* & *Gernlero*, *&c.*, quod me demonstraturum esse cuicunque vellet promisi, & partim praestiti in colloquiis multarum horarum coram Delegatis e Senatu cum accusatore meo d. 24. & 28. Aprilis 1733. habitis, partim praestiturus eram, nisi vir Cl. causae suae metuens collationem, saepissime iteratis Amplissimi Ordinis Decretis frustra jussam, subterfugisset. Scilicet ejus, quem sibi debellandum sumsit, congressum sollicite vitare, & triumphum canere, refutationes ineptas & impias interpretationum a nemine unquam prolatarum mihi adscribere, quam autores, quibus me usum esse noverat, & quibus & ipse usus fuerat, consulere, atque ex illis abrupta discipulorum meorum notata explicare maluit. Et quod omnium pessimum est, ut se genuinum Calvini discipulum esse simularet, & a se ipso & ab omni moderatione quam longissime recederet, eos qui nullum dissensum ferre poterant, & dissentientes *B. Bekkerum*, *G. Whistonum*, *J. Peirce* & *Th. Emlynum* indignis modis, si vera sunt, quae narrat p. 252., vexaverant, laudavit; ex Epistola G. Wakii Archiepiscopi, ut Senatum incenderet, protulit haec verba *Act.* p. 278.: „contra Arianos & Soci-
„ nianos eadem provisio: *etiam legibus nostris municipalibus contra omnem hujus-*
„ *modi blasphemiam severissimis poenis cavetur*"; & alio Libello Magistratui exhibito non veritus est scribere p. 447.: „ Quod vero ad poenam, quam meruit,
„ attinet, &c., relinquimus Pietati Amplissimi ordinis, ea spe freti eum, ut Magi-
„ stratum Christianum decet, studio & amore Christi ejusque doctrinae arsu-
„ rum". Longe rectius sentiente J. A. Turrettino in Histor. Eccles. „ Quae
„ quidem Haereticidii specimina haud alia melius ratione excusari videntur,
„ quam si dicatur cum viris gravissimis, & Orthodoxiae addictissimis, *reliquias*
„ *Papatus* fuisse".

Augiae stabulum citius & minori molestia purgarem, quam vitilitigatoris infinitas & centies repetitas objectiones, vel suspiciones potius & declamationes, affectibus unice concitandis & tenebris offundendis aptas, diluerem. Non pos-

sum

ſum tamen quin hic interponam judicium Viri Celeberrimi, qui tunc Logicam docebat, & ſaepe mihi fatebatur, „ſe in actionibus Theologorum, in me editis, „ non ſolum omnium in *Arte cogitandi* recenſitorum Sophiſmatum multa e- „ xempla reperiſſe, verum etiam alia non pauciora, quae hactenus a Logicis re- „ cenſita & obſervata non fuiſſent". Et haec Sophiſmata profecta ſunt ab eo, qui paulo ante Logicam i. e. bene ratiocinandi artem ex *Chillingwortho* addiſcendam eſſe ſuaſerat, vid. ſupra p. 188. Unum tamen accuſationis caput hic ſilentio praeterire non debeo, quo vir Cl. ſe magnificentiſſime jactavit. Ex variis indiciis atque notatis ſtudioſorum deprehendit, me loca quaedam quibus Theologi pro Divinitate Servatoris probanda utuntur, cum cura examinaſſe, & interdum aliam Lectionem aut interpretationem vel attuliſſe vel praetuliſſe, quaedam etiam ad illa obſervaſſe, quae vulgo ea occaſione dici non ſolent. Id verum eſſe fateor: feci autem conſilio ipſius V. Cl. mihi dato, de quo p. 191. Habui praetera aliam rationem peculiarem, quam nunc, cogente importunitate hominis, aperte dicam. Obſervaveram, multos & perſonas SS. Trinitatis & naturas Servatoris confundere atque permutare. Avunculus Cl. Frey, in Sermonibus Catecheticis, quaeſtione propoſita: cur filius Dei a patre, non vero pater a filio in mundum miſſus ſit? haec habet p. 432. „Multo minus Pater debebat homo fieri; eſt enim perſona „ prima, cujus eſt mittere, non mitti: alioqui fuiſſet & *Creator* Domini noſtri „ Jeſu Chriſti, ſcilicet ratione *naturae divinae* ejus, & tamen miſſus a Filio: „ quod cum perſonali ὑπεροχῇ Patris non conſiſtit". Addit nepos *Act.* p. 402. „ Omnibus notum eſt, D. Paſtorem ab opinionibus & formulis Arianorum „ ſemper longe fuiſſe remotum"; & in Lexico Hiſtorico ipſum appellat *Theologum eximium.* Hunc Sermonem ſero mihi indicavit agnatus meus SAMUEL WETSTENIUS verbi divini dum viveret, Miniſter.

Alterum Cl. Frey avunculum audivi pro ſuggeſtu verba facientem de loco 1. Cor. VIII. 6. *nobis unus eſt Deus pater*, in explicatione tum primi Articuli in Symbolo Apoſtolico, tum praecepti primi in Decalogo (A°. 1722. d. 30. Aug. & 6. Dec., ſi bene memini): „Proprie loquendo tres ſunt Deus pater. Prima „ perſona eſt Deus pater omnipotens: hoc probatione non eget, & diſerte in „ Textu dicitur. Secunda perſona, Dominus noſter Jeſus-Chriſtus, eſt etiam „ Deus pater omnipotens: nam & Deus eſt *Jo.* I. 1. & omnia per ipſum facta „ ſunt *Jo.* I. 3. Tertia perſona, Spiritus Sanctus, eſt etiam Deus pater omnipo- „ tens: nam & incubavit aquis in prima Creatione, *Gen.* I. 2. & regeneratio, „ quae eſt ſecunda Creatio, ipſi paſſim adſcribitur". Cumque multi his offenderentur, rogavi Cl. Frey, curaret ne talia in coetu amplius audirentur. Reſpondit, hoc in ſua poteſtate non eſſe: caeterum in Cathedra Theologica accuratius de his loquendum eſſe; ſed ſi quis concionatoribus eandem legem ſcribere vellet, multo maximam eorum partem ad perpetuum ſilentium redactum iri.

Alius Paſtor cum articulum Symboli Apoſtolici octavum tractaret, Textum praelegit Jo. IV. 24. ut probaret: Spiritum Sanctum eſſe Deum.

Cum A°. 1722. Dec. 5. facinoroſus ad locum ſupplicii extra Urbem duobus Miniſtris de more comitantibus eſſet ducendus, alter eorum tum Paſtor Huninganus, qui verba precantia praeibat, modo Patrem, modo Filium, modo Spiritum S. invocabat, ſed ita ut in fine perpetuo aberraret, & a *Patre* incipiens deſineret in formula: *exaudi per paſſionem, per vulnera & mortem tuam*; a *filio* vero & *ſpiritu ſancto* exorſus clauſulam adderet: *exaudi per filium tuum unigenitum Jeſum Chriſtum*; Poſtea a me admonitus, errorem agnovit, mihique egit gratias. Eundem tamen errorem erraviſſe alios non in precibus extemporaneis, ſed in meditatis & ſtudio ſcriptis, & in templo, audiente maxima multitudine, recitatis, die Nativitatis domini, tota hebdomade, quae Paſchatis feſtum praecedit, & feſto Paſchatis atque Pentecoſtis, quo tempore preces non ut alias ex Liturgia praelegi, ſed a ſingulis miniſtris concipi ſolent, quotannis & frequentiſſime deprehendi.

Hoc etiam tempore Ministri juniores, praesertim qui ex schola *Iselii* (cujus preces ab ipso editas supra p. 138. descripsi) prodierant, formulas Liturgiae nostrae immutare coeperunt, ita ut initio precum praefarentur: „ Gratia Domini nostri „ Jesu Christi, Dilectio Dei *patris*, & communio *Dei* Spiritus sancti sit *maneat-* „ *que* vobiscum omnibus, Amen"; (Ubi tamen saepe miratus sum, cur non etiam ex formula Ecclesiae Graecae adderent: Gratia *Domini Deique nostri* Jesu Christi) ut Articulum octavum Symboli Apostolici efferrent auctius: Credo in *Deum* Spiritum Sanctum; & ut Baptismum administrantes dicerent: Baptizo te in nomine *Dei* Patris, *Dei* filii, & *Dei* spiritus Sancti, utque & Symbolum & Baptismi institutionem ita immutatam catechumenos docerent; de qua re conquestus sum etiam in priore Prolegomenorum editione p. 192.

Haec omnia mirifice placebant fanaticorum hominum nuper apud nos exortorum generi; quibus *credibile erat, quidquid ineptum est*, ut Tertulliani verbis iterum utar. Hi novum & antea inauditum amorem erga Dominum Jesum in ore perpetuo habebant, Jesumque ex animo non amari nisi ab illis, qui id suis verbis paradoxis & amatoriis exprimerent, contendebant; his formula quaelibet loquendi, quo erat insolentior & absurdior, eo etiam erat gratior. Hi denique ut novum amorem erga Dominum Jesum non novis tantum verbis sed etiam novis factis testarentur, si penes ipsos fuisset, omnes, quotquot de Christo non nisi cum Scriptura & ex formulis receptis loquebantur, aut, ut haereticos, occidissent, aut ecclesia & urbe ejecissent.

Fanaticos homines, qui sunt insanabiles, non curo: at vehementer dolui, etiam Ministros verbi divini hoc furore corripi, & *cum velint esse legis doctores, nescire quid dicant, neque de quibus affirment*: aut potius, ut populo placerent, & Ministros alios suspectos redderent, sibi vero viam ad munera Ecclesiastica sternerent, ita simulare. De hac re saepe & serio cum Cl. Frey egi, eumque enixis precibus per Deum immortalem obtestatus sum, ut ad Conventum nostrum veniret, & sua autoritate atque prudentia, ne quid porro innovaretur, suaderet. Respondit: Consilia Conventus esse lenta, & recta monentem plerumque nihil aliud efficere, nisi ut sibi invidiam & suspicionem conflet.

Paulo post valde celebrabatur Hymnus Poetae Germani, unctionem spiritualem, ut ajebant, redolens; in quo canitur, easdem, quae hominem crearunt, & in quibus Zion descripta est *Esai.* XLIX. 16., manus clavis ferreis confixas, & cruci affixas fuisse.

O Jesu Christe / Gottes Sohn / du Schöpfer aller dinge /
Wahr ist es / du hast selber mich mit deiner hand bereitet /
Auss mutter leib auch wunderlich ans tagelicht geleitet.
Ach schaue deine hände an / durch welch ich bin formieret;
Dis sind die hände / die für mich mit näglen haben lassen sich
Ans holtz des Creützes schlagen / darinnen steht mit deinem blut
Mein name angeschrieben.

Idem, (nisi memoria me fallat, nam Libellus nunc ad manus non est) A°. 1727. Basileae typis excusus est, ut cum aliis hymnis in templis caneretur.

His ego loquendi formulis, si praevaleant, & sensum communem & doctrinam scripturae amitti judicavi; his naturalem atque insitam in animis omnium gentium moratiorum de supremo numine notionem deleri, ejusque loco cassum quid & inani vocis sono decoratum relinqui, adeoque & religionem naturalem, &, quae ei tanquam fundamento superstruitur, revelatam tolli. His me opponere totis viribus officii mei esse credidi, & sollicite cavi, ut personas divinas distinguerem. Cumque ex Catechumenis praecipue discerem (multa me enim ab illis didicisse fateor, verumque esse deprehendi, quod Poeta observat: Nunquam aliud Natura, aliud Sapientia dixit) agnita ὑπεροχῇ Dei patris, & subordinatione filii at-

atque ſpiritus ſancti, perſonas divinas accurate ſemper ab omnibus diſtingui: illa vero non agnita ſemper confundi, illam ὑπεροχὴν diſerte & aperte ubique inculcavi, non quod neſcirem, multis Theologis eam non probari, ſed quod ſcirem & Patribus Graecis Antenicaenis, Nicaenis & Poſtnicaenis, & Theologis praeſtantiſſimis, praecipue Anglis, & Remonſtrantibus omnibus probatam, nec unquam in Eccleſia Reformata damnatam fuiſſe: cum & ipſi Profeſſores Leidenſes, quorum *Cenſura in Confeſſionem Remonſtrantium* acris extat; vi veritatis coacti, faſſi fuerint p. 52. *Remonſtrantes nobiſcum credunt Jeſum Chriſtum eſſe natura verum & aeternum Deum.*

Cum non deſinerem V. Cl. iterum ac ſaepius interpellare, A°. 1728. meam libertatem aegre ferens mihi dixit: omnia, de quibus conquerebar, recte & pie & convenienter dogmati orthodoxo dici, & neminem iis offendi poſſe, niſi Arianum. Cumque reſponſo inexſpectato perculſus objicerem, ipſum aliter antea de his fuiſſe locutum, reſpondit, ſe nunc aliter ſentire, prius autem venenum *ſubordinationis* non olfeciſſe. Denique uti dictum d. 14. Dec. Anno 1729. horrido & inculto ſcripto atrociſſimam accuſationem inſtituit, & unice ex notatis illius diſcipuli, qui, ſe mentem meam non fuiſſe aſſecutum, ingenue & ſponte confeſſus erat, ea mihi imputavit, quae nemini unquam ſano in mentem venerunt, quin & epiſtolam Paſtoris cujuſdam Lutherani oſtentavit, in qua ſcriptum erat, me (quem non niſi ex narratione J. L. Frey noverat, nihil enim tunc edideram) hominem non leviter luxatae mentis videri. Cumque menſe Januario 1730. illum conveniſſem, & rogaſſem, ut in ſecunda, quam moliebatur, accuſatione Haereſin, quam mihi impingere vellet, clare deſcriberet, mihique aut opinionem, quam ſciret meam eſſe, aut Syſtema qualecunque, cohaerens ſaltem & unum, non vero deliria frontibus adverſis pugnantia tribueret; his precibus id effeci, ut poſtea rem majoribus tenebris involveret, mihique minimum decem perſonas diverſiſſimas imponeret, ut illi eſſem & Socinianus, & Arianus, & Semiarianus, & homo ita callidus, ut ejus haereſin per integrum decennium nec ullus dicipulorum, Theologiae ſtudioſorum, nec Coetus, nec Paſtor Coetus, nec Adminiſtri & Collegae mei, nec quiſquam alius praeter unum Theologum extraordinarium, idque nuperrime, olfacere potuerit; quin etiam fateretur, me nemini nocuiſſe, cum caſtiores eſſent aures plebis quam os Sacerdotis, & auditores mei verba, quae ego ſenſu haeretico dixiſſem, ſenſu orthodoxo intellexiſſent. Ita portentoſa vel dogmata vel dicta de Dei omnipotentis manibus cruci affixis & ſanguinolentis, de vulneribus & ſanguine Spiritus Sancti, de Filio Trinitatis, aut Jeſu Chriſti, aut Spiritus Sancti, in Eccleſiam, in cultum Dei, in preces & hymnos nuperrime invecta approbavit ſanxitque: doctrinam vero, quae ab omni tempore in eccleſia recepta erat, & quae etiam a ſimpliciſſimis, dummodo ideas patris & filii diſtinguere norint, intelligitur, in monſtroſam haereſin transformavit.

Quid mihi tum putas animi fuiſſe? Nempe dum adverſarius meus precabatur:

——— ——— *Pulchra Laverna,*
Da mihi fallere, da juſtum ſanctumque videri,
Noctem peccatis & fraudibus objice nubem.

Ego contra: Ὦ πάτερ, ἀλλὰ σὺ ῥῦσαι ὑπ' ἠέρος υἷας ἀχαιῶν·
Ποίησον δ' αἴθρην, δὸς δ' ὀφθαλμοῖσιν ἰδέσθαι·
Ἐν δὲ φάει καὶ ὄλεσσον, ἐπεί νύ τοι εὔαδεν οὕτως.

Utrius vero preces tandem fuerint exauditae, tuum B. L. eſto judicium. Hinc tamen etiam illud didici, quam facile fieri potuerit, ut ſeculo undecimo Dogma Transſubſtantiationis, quod dogmate, cui contradixi, non eſt monſtroſius, in Eccleſia Latina praevaleret, & autoritate plurium Synodorum ſanciretur.

Interim cum die 15. Dec. 1729. in Curiam vocatus praeſentibus Tredecimviris, Scholarchis, Profeſſoribus Theologiae & Paſtoribus interrogarer, Scriba

Senatus inter alia in acta retulit, & Senatui d. 17. praelegit „ cum Venerandus Ordo ex illo quaereret, cur loca ſacrae Scripturae, pro Deitate Trinitatis & Chriſti teſtantia, ſexaginta aut prope ſeptuaginta numero, *in notatis ſtudioſorum* non allegaverit? Reſpondit, ſe in illis duo integra Capita, Evangelii Joannis primum, & primum Epiſtolae ad Coloſſenſes (Hebraeos debebat ſcribere vid. *Act.* p. 283.) allegata reperiſſe". Ubi fateor, me nondum capere, quo ſenſu commodo *Deitas Trinitatis* aut *Deitas Trinitatis & Chriſti* dici poſſit: ſed quicquid contra me dicebatur aut ſcribebatur, ut rectum & orthodoxum & non emendandum approbabatur. Paulo poſt produxit epiſtolam Scaphuſianorum d. 29. Dec. 1729. ſcriptam, ubi de me haec habent: „ Deum oramus, ut ipſe hunc virum, qui εἰς ἀδόκιμον νοῦν eſt traditus, gubernet, ut illi detur pervidere, quam injurioſo pede proculcaverit adorandam Trinitatem, & Chriſtum Dominum gloriae, eundemque αὐτόθεον (quod Germanice παραφράζει, *qui Deitatem a ſe ipſo & per ſe ipſum habet atque poſſidet*, Act. p. 342) quo ſic tandem in gremium Eccleſiae, a qua adeo turpiter diſceſſit, colligatur poſtliminio, & abnegatis ſententiis in Deum triunum injuriis, in ſpiritu & veritate *Syneſii* illud uſurpare queat: ὑμνῶ σὲ μονάς, ὑμνῶ σε τριάς· Μονὰς εἶ, τριὰς ὤν· τριὰς εἶ, μονὰς ὤν. Veſtram vero Eccleſiam florentiſſimam ardentiſſimis precibus noſtris *provido Triunius Dei oculo* commendamus". Sequente Aprili 1730. cum in Curia praeſentibus Tredecimviris & quatuor Scholarchis interrogatus reſpondiſſem: Jeſum Chriſtum, filium Dei unicum, eſſe natura verum & aeternum Deum; Delegatus primarius, ut cauſam Theologi contra me defenderet, dixit: „ Chriſtum non eſſe filium Dei niſi ſecundum naturam humanam; nam ſi ſecundum naturam divinam filius Dei diceretur, conſecuturum neceſſario, filium patre eſſe juniorem, adeoque aeternum eſſe non poſſe". Denique a. 1732. d. 14. Dec. cum Articulum ſecundum Symboli Apoſtolici pro ſuggeſtu tractaſſem, & poſt probatam Divinitatem Jeſu Chriſti addidiſſem, perſonas tamen divinas non eſſe confundendas, quas tum ſcriptura S. ſollicite diſtinxiſſet nominibus Patris, Filii, & Spiritus Sancti, item mittentis & miſſorum, tum Patres orthodoxi imprimis Graeci, qui de Patre & filio loquantur modo ut de Epiſcopo & Diacono, modo ut de hero & herili filio, & diſerte doceant, Deum patrem ſolum eſſe originem & fontem Deitatis; octiduo poſtquam haec dixiſſem, *A. Zwingerus* ex eodem ſuggeſtu omnia ſibi refellenda ſumſit, „ patrem ſolum originem & fontem Deitatis eſſe non niſi ab haereticis dici poſſe pronunciavit, addiditque proprie loquendo tres eſſe fontes & origines Deitatis, Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum".

Eo ergo tandem res deducta eſt opera & ſtudio Theologi extraordinarii, ut verba, *Trinitas eſt unitas, unus ſunt tres, & tres eſt unus*, licet in Arithmetica & Grammatica ſint falſa & abſurda, in Theologia tamen ſint vera, pia & orthodoxa; & ut nemo, niſi cum *Syneſio* pugnantia & ridicula loquatur, & cum *Sabellio* dicat filium eſſe a ſe ipſo, cum *Socino* filium Dei non fuiſſe antequam naſceretur ex Maria Virgine, cum *Tritheitis* tres eſſe Deitatis origines atque fontes, & cum *Theopaſchitis*, Deum Patrem omnipotentem, coeli Terraeque creatorem, cruci fuiſſe affixum, &c. in gremio Eccleſiae manere poſſit.

Non poſſum, quin hic obſervem magnam Theologi extraordinarii cum Syneſio ſimilitudinem. Syneſius opiniones a plebe Chriſtiana tunc receptas publice quidem profitebatur, privatim vero ridebat; &, quod pejus erat, his ipſis opinionibus abutebatur ad animos plebis contra eos, quos oderat & vexare cupiebat, incitandos. (vide *la Croze Hiſtoriam Chriſtianiſmi in Æthiopia & Armenia* p. 10. &c.) Epiſt. 105. p. 247. ἐπιεικὴς εἰμι πρὸς ἅπασαν παιδιάν --- p. 140. B. καὶ πολλοῦ δέω ταῖς τοῦ πλήθους ὑπολήψεσιν ὁμολογῆσαι --- καὶ τὸ ψεῦδος ὄφελος εἶναι τίθεμαι δήμῳ, καὶ βλαβερὸν τὴν ἀλήθειαν τοῖς οὐκ ἰσχύουσιν ἐνατενίσαι πρὸς τὴν τῶν ὄντων ἐνάργειαν. Εἰ ταῦτα καὶ οἱ τῆς καθ' ἡμᾶς ἱερωσύνης συγχωροῦσιν ἐμοὶ νόμοι, δυναίμην ἂν ἱε-

ρᾶσθαι

ῥᾶσθαι, τὰ μὲν οἴκοι φιλοσοφῶν, τὰ δ' ἔξω φιλομυθῶν, εἰ μὴ διδάσκων, ἀλλ' οὐδὲ μέντοι μεταδιδάσκων, μένειν δὲ ἐῶν ἐπὶ τῆς προλήψεως. --- ἓν τοῦτο μόνον οὐχ ὑποκρίνομαι, ἐπεὶ καὶ φιλοπαίγμων ὢν κλ. & p. 73. ὁ δῆμος --- τὸ ῥᾷστον καταγελάσεται· δεῖται γὰρ τερατείας· πῶς δὲ οὐ μέλλει, δῆμος γε ὤν; Epist. 5. contra τοὺς ἐκ τῆς ἀθεωτάτης αἱρέσεως εὐνομίου --- μετέλθετε τοὺς φῶρας ῥινηλατοῦντες· ζηλωταί γίνεσθε τῆς εὐλογίας τῆς Μωσαϊκῆς, ἣν εὐλόγησε τοὺς ἄνδρας, οἱ κατὰ τῶν ἠσεβηκότων ἐν τῇ παρεμβολῇ καὶ γνώμην καὶ χεῖρας ἐκίνησαν --- καλὸν παραβαίνουσιν ἐπάρασθαι --- καθ' οὕτως ἄτιμοι τῶν Πτολεμαΐδος ὅρων ἀπεληλάσθωσαν. & Ep. 128. τὸ γὰρ ἔθνος θεόμαχον ἀρχαῖον, καὶ πατράσιν ἁγίοις πολέμιον. Ovum ovo non eſt ſimilius quam *J. L. Frey* Syneſio. Injuriam faceret judicio V. C., ſi quis crederet, illum ex animo portentoſas illas, de quibus conquerebar, loquendi formulas, quas, ut mihi noceret, ſe probare ſimulabat, probaſſe, aut Conſilium meum de edendo Novo Teſtamento, ut periculoſum, ſerio improbaſſe; id enim cum toto viri charactere, qualem initio deſcripſimus, e diametro pugnat. Quis porro ſibi perſuaſerit illum qui *Remonſtrantes* atque *Latitudinarios*, ſaepe quaeſita occaſione, laudavit, ſerio literas Tigurinorum atque Scaphuſianorum, ut ὁμοδόξων, protuliſſe? „ *Act.* p. 326. Cum ex MSS. veſtris clare pateſcat W. a longo tempore ex „ *Arminianiſmo*, Socinianiſmo, prout procliviſſimus eſt & proximus ex uno in „ alterum lapſus, aliiſque ſectis, velut venenatis fontibus venenum ſuum hau- „ ſiſſe", & p. 337. Non negamus, nos haec talia legentes & audientes, vix „ oculis, vix auribus noſtris habuiſſe fidem, an fieri potuit, ut haec inculcaren- „ tur ab homine Chriſtiano, ab homine Theologo --- ut religioni ſibi non duce- „ ret tranſire in infelicia caſtra --- *Latitudinariorum*"? Quis in animum inducat credere, illum, qui dicere ſolitus erat, unicam in Theologia eſſe controverſiam, quae ſi recte dijudicetur, omnes alias tollat: utrum nimirum Chriſtiani inter ſe diſſidentes ſe mutuo tolerare debeant, annon? eundem, inquam, me non ſimulate ſed candide apud Ampliſſimum ordinem accuſaſſe, quod voces obſcuras ᾅδου & δαιμονιζομένων aliter, quam vulgo fit, fuiſſem interpretatus? Quis denique, ut alia taceam, facile credet, illum ex animi ſui ſententia doctrinam de *ſubordinatione* pronunciaſſe haereticam, qui, cum librum Epiſcopi Hiberni *The Religion of Man*, in quo diſerte dicitur „ Filium Dei a patre pendere, „ & licet & pater & filius appelletur Deus, non tamen hanc appellationem, de „ utroque uſurpatam, eandem per omnia habere ſignificationem, ſed majori em- „ phaſi Patri quam Filio & Spiritui Sancto tribui", Germanice paulo ante Baſileae excudi, & ab amicis ſuis commendari, atque in omnium manibus verſari noſſet, vel ipſe id curaverat vel ſuo ſaltem ſilentio approbaverat?

Unum ſupereſt, quo praecipue ſe jactat vir Cl., ſcilicet „ me non ſolum Ju- „ dicio Conventus Eccleſiaſtici Baſilienſis damnatum, verum etiam illud judi- „ cium ab omnibus Eccleſiis Reformatis Helvetiae approbatum fuiſſe". Non jam agitabo quaeſtionem *Juris*, nec dicam, quod Proteſtantes ſemper in ore habent, etiam Concilia errare poſſe, & nunquam tam bene agi cum genere humano, ut id ſemper verum & juſtum ſit, quod multis placet; nec verba Eraſmi duriora in eos, qui aliis nomen haereſeos temere impingunt, ſupra p. 98. allata, mea faciam: ſed agitabo tantum quaeſtionem *facti*; & primo quidem de approbatione reliquarum Helvetiae Eccleſiarum, ad quas, ut verum reſciret, Pater meus p. m. Epiſtolam d. 7. April. 1733. exaratam, & eodem anno Amſtelodami typis editam dederat. Reſcripſerunt primo *Mulhuſini*, ex qua urbe duos diſcipulos, nunc ibidem Verbi divini Miniſtros, habueram, in *Actis* ſaepe citatos. Deinde *Neocomenſes* atque *Genevenſes*.

Vir Vener. atque Digniſſime, Domine, fautor atque frater in Chriſto honoratiſſ. Dilectiſſ.

SUaviſſimas tuas, nonniſi fraternum erga nos affectum ſpirantes teſtanteſque lae-

laetus accepi, atque confestim cum Symmystis meis conjunctiss. communicavi. Exponunt eaedem, longa atque concinna serie, tum quae tu, Ven. Fr. cum familia spectatissima a multo jam tempore, perpessus es, incommoda, tum famam, quae per Urbem, de Mylhusinae Ecclesiae Ministris, spargitur, fuisse nempe illos, Ven. D. D. Theol: non tantum Suasores & adprobatores, sed etiam Auctores, omnium illorum actorum, quae inter illos & Rev. D. Wettst. filium desideratissimum, intercessere. Quam mira, falsa, hocque ipso, insulsa, fama! Ecquis, cui non laeva mens est, fidem adhibebit? Multa quidem de bello hoc intestino Sacro, audivimus, merita vero causae, nec dignovimus unquam, nec dijudicavimus, integrum negotium, suis Auctoribus, suisque actoribus relinquere, satius ducentes; cum enim ipsa rei penetralia introspicere, nobis non contigerit, a nullo hominum, unquam ea edocti, vel eo adducti, qui sustineremus, judicium, Consilium, vel praesidium aliquod, adferre? Nullus nostrum unquam, ad ullum Ven. D. D. Theol: vel unicam, hac de re, literulam scripsit; Nullus horum Virorum Ven. propterea nos compellavit unquam, nostramque vel sententiam, vel Consilium, vel Auxilium, vel approbationem, postulavit. Ecquî ejusmodi quid, vel expectare, vel praesumere de nobis, auderemus? An sidera parva Lumen foenerabunt Soli, vel rivuli aquam suppeditabunt mari? Noluimus ἐμβατεύειν ἃ μὴ ἑωράκαμεν, atque hoc ipsum, animo sedet etiamnum, sedebitque ad semper, imitaturo hac in re Schunnamitidem, quae Gechazi, puero Elischae, omnia officia, nomine Domini sui, eidem offerenti, reposuit: In medio populi mei, ego habito. Confictam ergo hanc famam, divinare atque judicare, facile est, & quidem ab aliquo, qui nobis non usque quaque bene cupit, sed per cuniculos, nos nostraque petit. Atque hoc est, quod mascule & aperte, coram Deo, qui est Καρδιογνώστης & אל דעות ceu παντεπόπτης καὶ παντεπιστήμων, asserere, & audemus, & debemus. Interim credere volumus quemque cordatum & vere pium, Nos, nec curiosos Auditores, nec otiosos Spectatores, Tragoediae hujus feralis, fuisse: fecimus, quod Christianos, quod fratres, decet. Doluimus, ingemuimus, atque etiamnum ad communem Dominum nostrum Jesum Christum, ex intimis cordis recessibus, suspiramus, ut omnium corda ad talia flectat consilia, per quae Ejus gloria promoveri, Ecclesia aedificari, fideles in fide & pietate stabiliri, ἀστήρικτοι καὶ ἀπειθεῖς restitui, singulique ad salutem perduci queant aeternam! Idem Deus Salutum, Ecclesiam Scholamque vestram patriam, universumque corpus Evangelicum, ceu peculium, pupillamque oculi sui, custodire, simulque omnes ejus Ministros, ceu stellas luciferas, in dextra sua tenere dignetur! Tibi vero, Vir Ven. atque frater honoratissime, spiritum gratiae atque roboris, concedere pergat, optimum firmissimumque Senectutis scipionem: familiae spectatissimae, quo in nestoreos usque annos, floreat, vigeatque, benedicat! Ita te, Ven. fr. officiosissime salutatum, valere volunt, optant, quotquot sunt Ecclesiae Mylhusinae Ministri, fratres mei, Σύνδουλοι atque symmystae reverendi conjunctissimi, horumque nomine, tuus, ad omnia amoris & honoris officia paratissimus, Nominisque tui celeberrimi cultor devotiss:

Mulh. d. 21. *April.* 1733. JOH: CONR: GRYNAEUS.

Viro Venerando, atque Doctissimo, Domino Johanni Rodolpho Wetstenio, Pastori vigilantissimo, Fratri in Christo observando,

Decanus & Pastores Ecclesiarum Neocomensium & Valendinensium S. P. D.

SErius quidem, quam, aut Tu, Vir Venerande, expectabas, aut nos ipsi optassemus, ad Epistolam quam die 7ª. Aprilis ad nos dedisti rescribimus: At nulli dubitamus, quin, quae tua est aequitas, nos excusatos habeas, ubi intellexeris, id prius fieri non potuisse, quàm literae illae tuae in hodierno nostro Con-

Conventu legerentur. Illis autem perlectis, non ſine dolore percepimus, pacem Eccleſiae veſtrae ab aliquo tempore turbari, Teque, Reverende Vir, hac occaſione in aliqua animi aegritudine eſſe conſtitutum. Ut verò ad id, quod à nobis petis, reſpondeamus, idque aperte, praeciſe, prout Chriſti ſervos decet, & ipſe mones, ſic paucis habe. Neminem de his controverſiis ad nos ſcripſiſſe, neminem ſententiam noſtram rogaſſe, de his nullam deliberationem in coetu noſtro inſtitutam fuiſſe, imo nullum ſermonem habitum. Adeo ut quod de noſtro judicio Reverentiae tuae relatum eſt; quaſi nobis Suaſoribus, aut etiam Auctoribus, hoc quicquid eſt negotii actum fuiſſet, rumore fundamento deſtituto nitatur. Nec tantum nobis ſumimus atque arrogamus, ut nos Judices aut Suaſores conſtituamus in cauſa, quam Illis examinandam atque decidendam relinquimus, ad Quos illius cognitio pertinet.

Et hoc quidem ad literas tuas, plurimum Venerande Vir, reſpondendum eſſe duximus, quarum proinde ſingula Capita perſequi, non aggrediemur. De caetero, Deum Pacis & veritatis auctorem ex intimo animi affectu precamur, ut tranquillitatem apud Vos reſtituat, Eccleſiae veſtrae, cui noſtra omni tempore fuit conjunctiſſima, Digniſſimiſque Illius Rectoribus, det ſemper ἀληθεύειν ἐν ἀγάπῃ, Te vero, Venerande Domine Frater, in hac tua Senecta ſpiritu ſuo, regat, tueatur, ſoletur, confirmet. Vale in Domino. Dabamus Neocomi in Conventu noſtro Generali, die ſexta Maji 1733.

Reverentiae Tuae,

Addictiſſimi & ad officia paratiſſimi

Decanus & Paſtores Eccleſiarum Neocomenſium & Valendinenſium, eorumque omnium nomine

D SANDOZ Eccleſiae Neocomenſis Paſtor & pro tempore Decanus.

Vir admodum Reverende, Doctiſſime, Clariſſime, in Chriſto Frater plurimum colende,

Literas tuas VII. Aprilis ad nos ſcriptas accepimus, eaſque in Coetu noſtro debita cum attentione legimus atque expendimus. Dolemus certe, & vehementer quidem dolemus, quod Eccleſia veſtra, Reſpublica, Academia, tuaque ſpeciatim Familia, piaque tua & meliori ſorte digna ſenectus, triſtiſſimo illo tamque diuturno diſſidio commoveantur etiamnum atque adfligantur. Sed hoc miramur quod refers, eſſe apud Vos qui dicant, *totum hoc negotium nobis ſuadentibus atque approbantibus geſtum eſſe*; cum nemo ſit Veſtratium, qui, inde ab initio hujus litis ad hodiernum uſque diem, ſive privato, ſive publico nomine, quidquam nobis hac de re ſcripſerit, nec ſententiam noſtram requiſiverit, nec nos unquam in Coetu noſtro hac de re deliberaverimus, vel quidquam egerimus aut ſcripſerimus, quod ad hoc negotium pertineret. Nec enim noſtrum eſſe exiſtimavimus, alieno negotio nos immiſcere, quod in manibus Virorum Prudentiſſimorum erat, ignoratis magnam partem utriuſque partis rationibus, nullaque niſi ex vagis, ſibique mutuo contrariis, rumoribus notitia. Quae cauſa eſt etiam, Vir admodum Reverende, Eruditiſſime, Celeberrime, cur Te rogemus ut excuſatos nos habeas, ſi ne nunc quidem, parte inaudita altera, multiſque adhuc ignoratis quae ſciri oporteret, judicium noſtrum interponamus. Hoc interim adfirmare poſſumus, nos mitiſſimorum & moderatiſſimorum conſiliorum, ſalvis modo Veritatis juribus, quavis data occaſione ſuaſores fore. Liberet Deus Opt. Max. Eccleſias noſtras, Reſpublicas, Academias, ab omnibus ſcandalis, diſſidiis, vitiis, erroribus; Infundatque ſervorum ſuorum omnium animis ſincerum Veritatis & Pacis ſtudium, ut ἀληθεύοντες ἐν ἀγάπῃ in eo adoleſcamus qui caput eſt omnium Chriſto. Deum etiam oramus, Vir Admodum Reverende, Eruditiſſime, Celeberrime, in Chriſto Frater plurimum co-

lende, ut Tibi tuaeque Familiae Spiritu ſuo adſit, conſilia veſtra omnia dirigat, animos hactenus diviſos atque exaſperatos ad pacis conſilia flectat, tandemque laetiora Vobis omnibus tempora reddat. Haec vovent

Celeberrimi Nominis tui

Studioſiſſimi Cultores
Eccleſiae & Academiae Genevenſis
Paſtores & Profeſſores,
omniumque nomine

Joh. Alphonsus Turettinus, Pastor,
S. Theologiae & Hiſtoriae Eccleſiaſticae
Profeſſor Coetus P. T. Praeſes.
Amad. Lullin, V. Coetus Scriba & Eccleſ. Paſtor.

Dabamus *Genevae* XV. Maii
M. DCC. XXXIII.

Hac occaſione etiam ſubjiciam Epiſtolam Gallicam Viri Cel. *J. A. Turrettini*, qui de toto negocio multa ex uno Diſcipulorum meorum tunc Genevae agente audiverat; continet illa conſilium datum petenti, utrum ſuadeat ut manerem in patria, an Amſtelaedamum concederem, quo a Rev. Societate Remonſtrantium vocatus eram, ut vicem V. Cl. *Jo. Clerici* Philoſophiae Profeſſoris tum emeriti implerem (*).

Paulo aliter ſe geſſerunt *Tigurini*, *Bernenſes*, & *Scaphuſiani*, & ita quidem, ut ſignificarent ſe accuſatori fidem habere: at cum id fecerint, nec re cognita, nec altera parte audita, id mea certe culpa factum non eſt, adeoque mihi fraudi eſſe non debet. Diſerte tamen & conſtanter proteſtati ſunt, ſe in hac cauſa judices eſſe nolle. Praeterea cautionem quandam adhibuerunt, quam verbis ipſoſorum exprimam. „ *Act.* p. 332. *Re ita ſe habente*, quod nullo modo in dubio ponendum, cum *tanta fiducia* & ſinceritate totum hoc negotium perſcripſeritis". Et ex Epiſtola V. V. *J. R. Crameri* Theologi Tigurini ad Parentem meum d. 15. Jan. 1730 ſcripta. „ Notum eſt, quando Miniſterium aut „ Facultas Theologica a Miniſterio alio aut ab Academia judicium aut conſilium „ petit, reſponderi ad id quod propoſitum & ſcriptum eſt, & licet ſaepe ſit „ res facti, non inquiri ſolere, utrum omnia ita geſta ſint, ſed *poni* eos, qui „ quae-

(*) MONSIEUR,

LA réponſe de notre Compagnie à la Lettre de Monſieur votre Pere, vient d'être envoyée à la poſte. J'y joins ces deux mots, pour répondre à la Lettre particuliére que vous m'avez fait l'honneur de m'écrire. Comme vous me demandez mon conſeil, je vous le donnerai avec franchiſe. Vous me marquez deux choſes, Monſieur, auxquelles je fais une grande attention. L'une, que vous êtes *naturellement ennemi des querelles & des chicanes.* L'autre que vous *pouvez vivre ailleurs beaucoup plus commodément* qu'à Baſle. De ces deux principes je tire cette conſéquence, que vous feriez bien, peut-être d'accepter des établiſſemens honnêtes que vous pouvez trouver en d'autres Païs. Je ſai bien que vous étant *deſtiné à ſervir votre Patrie & Mr. votre Pere*, comme vous me le marquez, il eſt fâcheux d'être obligé de changer de Plan: Mais que ne doit-on pas faire pour acheter la paix, & pour ſoi-même, & pour ſa famille, & pour ſa patrie? Or il eſt extrément à craindre que les troubles qui ſe ſont élevez ne puiſſent pas être appaiſez d'une autre maniére. A l'égard de vos Diſciples, Mr. votre Pere nous marque qu'ils ont tous été déclarez Orthodoxes: ainſi dès que vous ſerez éloigné, on les laiſſera en repos. Et pour ce qui concerne Monſieur votre Pere, il ſera beaucoup plus tranquile, vous voyant bien placé, que dans la continuation d'un Procès auſſi deſagréable que celuici. Oſerois-je joindre à ce conſeil une petite plainte, ſur la maniere dont vous traitez pluſieurs grands Hommes, entr'autres *Beze*, dans vos *Prolegomenes*. Je conois bien des gens, que cela a mis de mauvaiſe humeur; & peut-être que de ſemblables vivacitez ont été la grande cauſe du mal. Au reſte, Monſieur, comme je n'ai parlé à perſonne de la Lettre que vous m'avez écrite, je vous prie de ne parler à perſonne de celle-ci. Je ſuis obligé de me ménager avec vos Meſſieurs, avec leſquels je n'ai d'ailleurs que très-peu de liaiſon, & dont aucun ne m'a jamais rien écrit de votre affaire. Dieu vueille rendre votre condition plus tranquile, & vous mettre en état de travailler utilement pour le bien de la Religion & des Sciences. Je ſuis avec beaucoup de conſidération,

Monſieur,

Votre très-humble & très-obéïſſant ſerviteur.
TURRETTIN.

A Geneve ce 15. Mai 1733.

„ quaerunt, esse fide dignos". ex alia ejusdem Epistola nomine Ecclesiae Tigurinae scripta 21. Maji 1733. „ Doctiss. filium tuum in errorum suspicionem „ bene fundatam apud nos incidisse, quis mirabitur, si imprimis perpenderit, „ res has a Venerando ad causarum religiosarum cognitionem ordinato & tum „ quidem temporis, antequam discessio fuisset facta, integro Collegio, omni „ adhibita cura longaque temporis mora investigatas & nobiscum communica- „ tas fuisse? Verum cum Judices in causa hac atque Inquisitores neque simus, „ neque esse velimus, factam jam causae cognitionem nec revocare nec inju- „ stitiae arguere nos diffiti possumus; quae causa quoque nobis semper fuit, ut a „ singularibus inde ortis agitatisque quaestionibus judicandis penitus nos abstine- „ re, & rerum harum inquisitionem legitimis arbitris relinquere satius longe „ duxerimus". Quae si bene intelligo, significant, non eo consilio eos ita scripsisse, ut me gravarent, sed potius ut sibi laborem in respondendo levarent; facilis enim & expedita est responsio, ubi prius ponitur id quod est in quaestione: at ridiculum & stultum esset, hac conditione posita vel quaestionem alicui proponere, vel consilium petere. Simul etiam clare patet, Eos fraude Theologi extraordinarii deceptos atque circumventos existimasse, tum causam meam a Conventu Ecclesiastico fuisse cognitam, tum illum Conventum esse omnium causarum Ecclesiasticarum sive religiosarum Judicem legitimum & supremum, quorum utrumque est falsissimum.

Ante omnia sciendum, si Theologus extraordinarius voluisset morem & disciplinam, quam a majoribus accepimus, tenere, debuisse eum rem ad *Conventum omnium in urbe Ministrorum*, qui singulis mensibus celebrabatur, referre, & ibi me fraterne & saepius monere; hoc nunquam fecit, sed viam novam & ad consequendam victoriam faciliorem & certiorem invenit, assumto nomine Conventus Ecclesiastici.

Conventus Ecclesiasticus apud nos est Collegium Delegatorum quatuor a Senatu, (qui sunt etiam Curatores Academiae,) quatuor urbis Pastorum, & trium Theologiae Professorum, jam A°. 1529. constitutum, quorum est Ministros verbi divini creare sive ordinare; ubi pastor aliquis in agro aut mortuus aut ad aliam sedem translatus est, sex Candidatos Magistratui proponere, ut ex illis unum eligat; lites ministrorum sopire, ita tamen ut de omni re graviore ad Magistratum referrent, & ut, si qui sententia Conventus se laesos existimarent, ad Magistratum ceu judicem superiorem appellare possent.

Hic est verus Conventus Ecclesiasticus. Audi jam, qualem finxerit *J. L. Frey*. Primo *quatuor Delegatos*, qui primi solebant sententiam rogari, & qui ad lites Ministro intentatas, qualis haec erat, componendas necessarii erant (nisi si dicas, Religionis Christianae interesse ut lites sint aeternae), Conventu & suffragio exclusit: & sexcentas paginas complevit ut probaret, „ res mere „ Theologicas a solis Theologis esse dijudicandas, illos solos idoneos esse ju- „ dices, a quorum judicio appellari non possit; Christum claves regni Coe- „ rum illis solis tradidisse; & quem haereticum pronuncient, illum eo ipso de „ gradu Ecclesiastico non solum dejici, sed munere etiam quod gerit orbari, „ imo & jus civitatis amittere. Laicos non posse ordinare Ministrum, cum non „ possint dare quod non habeant; scripturam & Canones Ecclesiae & conscien- „ tiam suam non permittere, ut cum Laicis de rebus Ecclesiasticis in uno Col- „ legio considеant atque deliberent: ordinationem a tali Collegio mixto esse nul- „ lam, &c". Quae omnia ego & sophistica, & antichristiana & seditiosa esse semper existimavi. Quis quaeso unquam audivit, Professoribus Theologiae Academicis vel a Christo vel ab Ecclesia ulla, Veteri, Pontificia, Protestante regnum fuisse concessum? & si alicubi id obtineret, minime omnium id locum habere potest Basileae, cujus confessio non, ut aliae omnes, a Clero, sed a Senatu edita est, initium habens: *Nos Adelberg Meyer Consul atque Sena-*

tus Basiliensis; Finem autem: *Actum in Senatu d.* 21. *Januar.* 1534. *Henricus Ryhiner*, *scriba Senatus Civitatis Basiliensis*? Quid quod ipsa Formula Consensus, quae certe res mere Theologicas continet, & nonnisi Ministros spectat, a Senatu fuit probata hoc Decreto: „ *Nos Jo. Rodolphus Burcardus* „ *Consul & Senatus Civitatis Basiliensis.* Cum hodie Formula nomine om- „ nium Theologorum nostrorum per Rev. & Doct. Johannem Zuingerum Th. D. „ & Professorem, Bonaventuram a Brunn, Petrum Werenfelsium & Matthaeum „ Merianum Pastores fuisset proposita, nos eam per omnia verbo Dei, nostrae „ Confessioni, & doctrinae publice apud nos receptae consentaneam deprehen- „ dentes, potestate principali sancimus, & legem perpetuam statuimus, cui om- „ nes, qui in ditione nostra aut in scholis aut in Templis docent & docturi sunt, „ subscribant, qui vero subscribere detrectaverit, muneri Ecclesiastico vel „ Scholastico inidoneus censeatur. Actum & Decretum d. 6. Martii 1675. Jo. „ Conradus Harderus, Archigrammateus Basiliensis scripsit". Postea vero A°. 1722. haec eadem formula autoritate Senatus Ducentumvirorum solenniter fuit abrogata.

Adde, hanc V. Cl. hypothesin semet ipsam evertere; si enim ordinatio a Collegio mixto & suffragantibus etiam Laicis facta invalida est & nulla; sequitur in Ecclesia Basiliensi nullam ordinationem & nullum jus ordinandi esse. Nam qui ordinantur ad Ministerium, ordinantur, uti dictum, a Conventu Ecclesiastico, in quo sunt quatuor delegati Laici, nec tamen, qui ordinatus est Minister, simul etiam jus accipit alios ordinandi; Professores Theologiae eliguntur ab iisdem quatuor Delegatis Curatoribus & a Senatu Academico; Pastores in Urbe eliguntur a coetu, hoc est potissimum a Laicis. Si ergo nemo dare potest, quod non habet, quid habet Vir Cl. & unde accepit? & si nihil accepit, quid aliis dare potest? Vide supra p. 187. Ne longum faciam, & ne vitilitigatori occasionem praebeam; si virum Cl. hujus hypotheseos nondum poenitet pudetque, edat bona fide omnia, tum quae ipse de hac re per totos triginta annos aut hinc inde edidit aut Magistratui exhibuit, tum quae Amplissimus ordo decrevit; & patebit manifesto, illum centies Decreta Magistratus, cui se obedientem fore quotannis jure jurando solenni interposito promiserat, contemsisse, & imperium in imperio, novique Papatus tyrannidem affectasse. Adjiciam unam Consultationem d. 28. Aprilis 1731. in Senatu lectam & approbatam. „ Tredecim viri & quatuor Delegati, ex Decreto d. 31. Martii „ consultantes, quid Pastoribus aliquot & Professoribus Theologiae, qui d. 7. „ ejusdem mensis Libellum memorialem exhibuerant, sit indicandum, judica- „ runt, istis Viris per Delegatos in Conventu ecclesiastico, eam ab caussam ex- „ presse indicendo, ad formam consultationis prioris exponendum esse, Am- „ plissimo ordini duo praecipue insolentia & nullo fundamento nixa in illo Li- „ bello fuisse visa, primo quod ordinis Amplissimi jus supremum in rebus Ec- „ clesiasticis, quod inde a tempore Reformationis habuit, in dubium vocent, „ aperte contendentes, a suis Decretis ad ordinem Amplissimum provocari „ non posse; secundo quod se solos Candidatorum Ministerii esse judices con- „ tendant: cum tamen nec hoc nec illud veritate fundatum reperiatur, quin „ contra Amplissimus ordo suum jus supremum in rebus ecclesiasticis, prout „ omnibus Rebuspublicis Evangelicis in Helvetia & extra Helvetiam competit, „ ita fundatum sciat, ut exspectet, Pastores istos & Professores Theologiae illud „ amplius non infracturos, nec principia cum eo pugnantia & in Libello allata „ in posterum posituros esse. Porro cum Amplissimus ordo alium Conventum, „ Candidatis Ministerii praefectum, non norit, quam Conventum Ecclesiasti- „ cum, in quo sint etiam Delegati nomine ordinis Amplissimi, ut in poste- „ rum, juxta ordinationem bene constitutam, ad Receptionem & Censuram „ Candidatorum Ministerii Basiliensium, non nisi cum Delegatis procedatur.

Post

Post exclusos quatuor delegatos exclusit etiam *Pastorem* suum eundemque meum, ad quem tamen de negotiis Dioeceseos suae cognitio causae proxime & primario pertinebat, vide Vitam Gregorii Nazianzeni; quid dico exclusit? imo per annos complures acerbissimis contumeliis affecit, & conviciis scurrilibus proscidit homo ingratissimus; cumque Pastor ille idemque parens meus tandem epistola ad Ecclesias Helvetiae Reformatas de injuria & sibi & mihi illata fuisset conquestus, ita respondit J. L. Frey, ut verba non inveniam, quibus indignitatem rei exprimere possim. Adscribam finem responsi: „ Si, inquit, quae propudiose & flagitiose hic Pastor commentus est, de origine hujus certaminis--- de sexcentis denique aliis, si probra, contumeliae, cavillationes, mendacia, *fraudes* a splendida *dictata* bile, & ita curate per totum hoc scriptum *sparsa*, ut nihil magis metuisse videatur D. Pastor, quam ne forte aliqua periodus istis floribus & elegantiis careat; si, inquam, haec & plura alia singulatim nobis essent excutienda, & justo lumine perfundenda, non Epistolae sed voluminis esset hic parum gratus labor. Denuo in Domino valete, Patres, Fratresque venerandi & conjunctissimi, proque fissuris Zionis curandis Deum O. M. una nobiscum orate, hancque nostram παρρησίαν aequi bonique consulere ne gravemini". Haec est παρρησία Theologica, & curatio fissurarum Zionis! Si nuda facti inficiatio & negatio sufficit, omnes calumniatores, mendacio & impudentia instructi, effugient: at qua fronte ausus est negare, quae toti civitati notissima esse sciebat, & quae a me dudum coram Tredecimviris & quatuor Delegatis d. 24. Sept. & 9. Octob. 1731. demonstrata fuisse ignorare vix poterat? Age si causae suae confidit, petat e Curia Relationem illam ab Actuario Reipublicae scriptam, qua non minus modeste quam evidenter (cum accusatores mei omnes adhuc essent superstites) ostendi: Notata studiosorum nullam vim probandi habere; Protocollum a falsario totum fuisse postea confictum; testes productos nihil dixisse, quo accusatio probari possit; Acta Theologica sibi ipsis contradicere, & non bona fide edita, sed multa, quae nunquam producta fuerant, inserta, &, quae producta fuerant, omissa aut immutata fuisse. Haec velim examinet &, si potest, refellat κατὰ πόδα. Quam denique excusationem afferet, quod in eum cui multis nominibus honorem & reverentiam debebat, in Avi Aviaeque suae consobrinum, in Avi sui per annos triginta Collegam fidum, tandemque in munere Pastoris successorem, in senem vicinum, cujus catechumenus fuerat, a quo nulla unquam injuria laesus erat, tam impotenter atque petulanter invehi non est veritus? cum praesertim Canones veteris Ecclesiae *de Clericis maledicis maxime in Sacerdotes*, & *de his qui falso accusant fratres suos* & de honore Episcopis exhibendo semper in ore haberet, quos tamen non ipse solum non servavit, sed de obedientia Professoribus Theologiae (de quibus veteris Ecclesiae Episcopi ne per somnium quidem cogitaverunt) a studiosis debita, insigni vel ignorantia vel fraude, est interpretatus.

Exclusa ergo majori Senatorum Ecclesiasticorum parte, reliquum erat, ut ipse *Theologus extraordinarius*, qui tamen Senator Ecclesiasticus tunc non erat, quippe non ad regendum sed ad docendum vocatus (p. 187.), sese in Conventum intruderet, & non solum primo unicus delator, accusator & testis, verum etiam judex, praeco, dictator & carnifex & omnia esset, & per falsa supposita & narrata, tum avunculum suum, tum Cl. Iselium, ut diximus, tum alios duos Viros prope octogenarios, tum denique ipsum conventus Praesidem, qui tamen suffragium non habebat; quique de Jure quatuor Delegatorum ad eum usque diem aperte a Theologo extraordinario dissenserat, sibi socios adjungeret, ipse vero regnum obtineret ὁ ἀλλοτριοεπίσκοπος, καὶ φιλοπρωτεύων Διοτρέφης, λόγοις πονηροῖς φλυαρῶν ἡμᾶς, καὶ ἐκ τῆς ἐκκλησίας ἐκβάλλων. Huic factioni me oppugnanti cum resisterem, causa non erat, cur nuperrime quidam me apud *Em. Cardinalem Quirinum*

 accu-

accusaret, quod *etiam integros sacros ordines cavillari religioni mihi non duxerim*; cum & iste ordo sacer non esset *integer*, & dux ejus esset certe *extra ordinem*: nec dubito, quin ipse Vir Illustris, etiam altera parte audita causaque cognita, sit pronunciaturus, hanc societatem non ordinem sacrum aut conventum Ecclesiasticum, sed Conventiculum potius & Σύνοδον λῃστρικὴν fuisse. Quid quod iste Conventus Ecclesiasticus ita dictus fuit regula Lesbia, se ipsa alternis longior & brevior, cum libelli supplices Magistratui ingenti numero exhibiti modo a sex, modo a quinque, modo a quatuor, modo a tribus, modo a duobus, modo ab uno, modo a nemine subscriberentur, & subscriptores aliquando graviter testarentur, etiam eos qui a Conventu abfuerant, & Libellum nec legerant nec viderant, illum tamen per omnia approbare?

Si qui adhuc falso Conventus Ecclesiastici nomine, & ingenti confidentia Theologi extraordinarii volentes decipiuntur, decipiantur; videant tamen, ne in illos quadret Apologus Jothami de rhamno *Judic.* IX. Hic vero tacere non debeo, plurimos autoritatem illam adversariorum meorum & jus divinum, quod se habere jactant, contemsisse, & de me deque illis longe aliter & rectius sensisse. Primum produco quadraginta tres patres familias ex coetu meo, inter quos erant quatuor Senatores, qui scriptum horribile in me triduo ante praelegi audiverant, sex ducentum viri, quin & ipse affinis Cl. Frey, fori judicialis assessor. Hi omnes officii sui esse existimarunt, ut affectum erga parentem atque me illico testarentur hoc libello supplici d. 17. Dec. 1729. exhibito. „ Non „ sine dolore intelleximus, Diaconum nostrum de Libro quodam Graeco, & „ quibusdam ante complures annos a studiosis exceptis interpretationibus apud „ Amplissimum ordinem graviter accusatum, adeoque ab officii sui administra- „ tione (salvo tamen honore suo) tantisper remotum fuisse: quae res paren- „ tem ejus, Pastorem nostrum, ita affecerit ut hoc rerum statu munere suo fun- „ gi non possit. Nulli quidem dubitamus, accusatum, quam primum se de- „ fendendi ipsi data fuerit facultas, inocentiam suam clare demonstraturum: sed „ gravissimum nobis est, interim nos & liberos nostros & aegrotos privari in- „ structione, admonitione, & solatio amborum verbi divini ministrorum nobis „ carissimorum, qui ita omnibus nobis satisfecerunt, ut nemo habeat, quod con- „ queratur. Ideoque suppliciter & humiliter petimus, velitis dictum nostrum Dia- „ conum ita restituere, ut munere suo iterum fungi possit, utque adeo nos festum „ instans laeti & concordes celebrare, & annum in pace claudere possimus".

2. Cum vero adversarii mei triumphassent (si omnino bella ejusmodi Theologica triumphos habere possunt,) effecissentque ut locum meum alius occuparet, discessi in Belgium invitatus a cognatis meis; in quorum bibliopolio cum forte incidissem in Pastorem Seniorem Remonstrantium Amstelodamensium, isque audito, cujas essem, moderationem celebris Theologi Basiliensis praedicasset, me vero praeter exspectationem non applausisse miratus fuisset, ut post meridiem ad ipsum convenirem, rogavit; quod & feci, &, qualem vir ille moderationem mihi exhibuisset, multis narravi; quae cum ipsi incredibilia viderentur, promisi me Acta ipsa, a Theologis illis propediem edenda, quam primum ex proximis nundinis Francofortensibus accepissem, cum ipso communicaturum. Postquam vero illa Acta vidit, statim ea & cum Collegis communicavit, & Roterodamum atque Ultrajectum misit, & de me, quod postea rescivi, ut in seminario Remonstrantium studiosos Philosophiae docerem, & virum Cl. JO. CLERICUM, labore & senio tum prope fractum atque debilitatum, sublevarem, serio cogitare coepit, effecitque tandem ut Cl. Clericus mense Junio 1731. honestam missionem peteret acciperetque, ego vero in ejus locum surrogarer. Simul autem mihi significarunt Delegati *Rev. Societatis Remonstrantium*, se consilium quidem meum in *Prolegomenis* expositum utroque pollice probare, sed legisse etiam *Acta Theologorum*; licet vero de innocentia mea & futilitate accusatio-

nis

nis ſint perſuaſi, judicare tamen intereſſe & exiſtimationis meae & Societatis, ut vel ſcripto edito vel apud Senatum Baſilienſem me prius purgem, quam munus demandatum auſpicer. Redii igitur Baſileam, ingreſſus viam, quam putabam breviſſimam, quae tamen artibus & tergiverſationibus adverſariorum facta eſt longiſſima. Tandem cum Societas Remonſtrantium ex teſtimonico ſenatus Baſilienſis intellexiſſet, me auditis querelis meis eatenus reſtitutum eſſe, ut omnes functiones ſacras, quae verbi divini miniſtro competunt, iterum exercerem, literis manu tredecim Delegatorum ſubſcriptis invitarunt, ut reditum ad ipſos omni abjecta mora maturarem. Diſceſſi ergo Baſilea d. 26. Maji 1733. & ab eo tempore inter Remonſtrantes ita vixi atque ita munere meo functus ſum, ut omnium & ſingulorum propenſam erga me voluntatem non uno teſtimonio fuerim expertus. Hoc Virorum optimorum & nullo affectu pravo praepeditorum judicio, quo cauſam victam ſibi magis quam victricem placere ſignificarunt, & a ſententia Cl. Werenfelſii, cujus ſcripta magni faciebant, in hac re diſcedere non ſunt veriti, ſaepe me ſum ſolatus: ſimul autem ſumma cum voluptate & veneratione agnovi mirabilem atque ſapientiſſimam Dei providentiam, qui, ut ex tenebris ſolet lucem elicere, me hominem obſcurum, & nihil quo ſe commendaret habentem praeter Acta Theologorum, hac ipſa via, qua adverſarii me perdere atque infamare volebant, me ſervavit & ad munus honorificum evexit.

3. Poſtquam autem Baſileam, uti dixi, rediiſſem, & Libellum ſupplicem d. 22. Sept. 1731. *Senatui* exhibuiſſem delegati ſunt Tredecimviri & Scholarchae, ut querelas meas audirent, & ad Senatum referrent. Hi me d. 25. Sept. & 9. Octob. audiverunt, & quae dicerem vera eſſe & evidentibus probata teſtimoniis omnes intellexerunt, ſed conſultius judicarunt, ne Theologi magis irritarentur, duas illas (quas ſupra Cl. Frey expendendas commendavi p. 213.) prolixiores Relationes ſcripto conſignatas in unam breviorem contrahere, quam ad Senatum retulerunt d. 5. Dec. 1731. addito conſilio: me aliquo *ſolatio* eſſe levandum, ſibi videri. Denique d. 22. & 24. Martii 1732. Senatus priori decreto reſciſſo me reſtituit, libertatemque omnes functiones ſacras, quae Verbi divini Miniſtro competunt, exercendi reddidit, eamque ſententiam d. 8. Octobr. & 6. Dec. denuo confirmavit. Hac libertate poſtea per annum integrum uſus ſexagies ex eodem praecipue ſuggeſtu, unde detruſus fueram, & in aliis etiam Templis, Sermones habui, & S. Coenam & Baptismum adminiſtravi. Idem Senatus me Eccleſiae Reformatae Argentoratenſi literis d. 14. Febr. 1733. ſcriptis, ut me in locum defuncti Paſtoris eligerent, commendavit. Licet autem adverſarii mei illi Decreto Senatus vehementiſſime reclamarent, aliter tamen longe de eo ſenſit Eccleſia Tigurina, (ad quam toties provocarunt) d. 5. Julii 1732. „Judicamus, inquiunt, officii noſtri eſſe, ut coram Deo & Eccleſia ſincere declaremus, nos nec novum examen, nec reſciſſionem aut immutationem Decreti Ampliſſimi ordinis & receptionis W., nec novas lites aut contradictiones quaerere".

4. Quin etiam V. V. *Jo. Stoeclinus* Paſtor ad D. Theodorum, qui prius & diu quidem partes Adverſariorum meorum ſectatus fuerat, poſt illud Ampliſſimi ordinis Decretum omni data occaſione, quoad vixit, me ut Fratrem & Collegam ſuum agnovit, & teſtimonio duplici tum Eccleſiae Argentoratenſi, ut me Paſtorem ſuum eligeret, tum Eccleſiae Amſtelodamenſi, ut in numero Fratrum haberet, commendavit; quod poſterius teſtimonium A°. 1733. cum pluribus aliis Paſtorum, Adminiſtrorum, & Presbyterorum Laicorum Baſilienſium teſtimoniis Conſiſtorio Eccleſiae Reformatae Amſtelodamenſis petenti exhibui.

5. Cum modo Cl. *Werenfelſii* mentionem fecerim, de eo etiam pauca ſunt dicenda. Is quidem neſcio quomodo primum eo delapſus eſt, ut inter acerrimos ad-

adverſarios meos nomen ſuum profiteretur, poſtea vero & ſubito ita diſceſſit, & nec conventui ulli intereſſe, nec verbum de toto negocio amplius audire voluerit; cumque quatuor reſidui (qui ſe adhuc publice *Conventum* vocabant, licet privatim apud Werenfelſium in hac ipſa epiſtola agnoſcerent, ſe non eſſe niſi *minorem Conventus partem*) literis aculeatis d. 12. April. 1733. ſcriptis ipſi exprobarent, cur, ſi eadem ſentiret, quae prius, non eandem agendi rationem teneret, & cauſam Dei, ut ajebant, propugnaret? Reſpondit d. 17. ſe non ideo diſceſſiſſe, quod ſententiam mutaſſet, ſed quod expertus eſſet „ ingenia no„ ſtra ſenio non fieri capaciora, ſed capacitatem multum imminui, & has lites „ incrementum Chriſtianiſmi ſui impedire, illis ſe ſaepius exarſiſſe atque irrita„ tum fuiſſe, & manſuetudinis nobis tam neceſſariae naufragium feciſſe". Utinam clarius & citius mentem ſuam explicuiſſet! Cum tamen ipſe fateatur, (quod omnibus Acta illa legentibus manifeſtiſſimum eſt,) Actores affectibus vehementer concitatos fuiſſe, minime id quidem probat, illos recte & vere judicaſſe, nam impedit ira animum, ne poſſit cernere verum. Idem clarius dixit poſtea, cum enim Collegae illi renunciarent, ſuſpicari ſe, eum ſplene laborare, qui vano metu familiam timeret, a qua nihil eſſet timendum; reſpondit, ſe nunquam lienoſum fuiſſe, nec homines timere, ſed Collegarum potius *praecordiis bilem inaeſtuaſſe.* Id & Collegis retulit & aliis etiam narravit, qui rei internuntius fuit, vir Rev. *Theodorus Falciſius* Baſileae ad D. Martinum Adminiſter.

6. Poſtea cum in Belgio rumor ſiniſter de me ſparſus eſſet, ut illum refellerem, nomen meum in Candidatis Profeſſionis Rhetoricae in Academia Baſilienſi tunc forte Vacantis ſum profeſſus, in quorum numerum nemo per Leges Civitatis recipi poteſt, niſi & Civis ſit, & exiſtimationis integrae. Quod vero petii, a Curatoribus & Senatu Academico me obtinuiſſe, fidem facit ſequens Epiſtola, quam eo tempore etiam Conſulibus Amſtelodamenſibus exhibueram:

Vir pl. Reverende & Clariſſime, Amice Chariſſime!

POſtquam ex Reverendo Tuo fratre Petro cognovi, Te valere, & Tibi ſtare ſententiam, ut pro vacante apud nos Cathedra Rhetorica nomen Tuum inter candidatos dare velis, magnum inde percepi gaudium, ſperans hoc modo nobis affulſuram occaſionem, qua Tui iterum compotes fieri queamus: Qua propter licet Tu quidem per leges Academicas non poſſis pro eligibili haberi, niſi praeſens publicum ſpecimen edas, & tam diſputando cum Tuis Competitoribus, quam legendo Te exerceas, tamen hoc in Ampliſſima Regentia die Veneris habita a nobis fuit effectum, ut ſiquidem praeſentem te ſiſtas, ſine ulteriori controverſia & ad ſpecimina admittaris & pro eligibili habearis; Cum enim Literae Tuae ad Magnificum Dn. Rectorem datae in pleno conſeſſu eſſent perlectae, quidam eo obnitebantur, ut ante adventum Tuum nihil ſtatuatur, contendentes, eam Tibi annunciandam ſententiam, ut ſi praeſens ad ſpecimina admitti velis, tunc demum quaeſtio ventiletur, an admittendus ſis nec ne? Alii verò demonſtrarunt, nil impedire, quo minus haec quaeſtio Te abſente decidatur; & haec ultima ſententia locum obtinuit, adeo ut in controverſiam veniret, an tibi concedendum, ut inter candidatos Profeſſionis Rhetoricae nomen Tuum dare poſſis, & ad ſpecimina admitti? Moverunt quidam, quorum nomina Te non latent, omnem lapidem, ut rei deciſionem impedirent, & protraherent. Obtinuit tamen contraria ſententia, & ab ampliſſimo Senatu Academico fuit concluſum, ut, ſi huc accedas, Tibi aditus ad edenda ſpecimina publica non denegetur; cum igitur aequali jure cum reliquis candidatis uti queas, Tuum eſt videre, ea adhibere media, quae Tibi hanc occaſionem utilem reddant:

dant : si Te praesente hic frui potero, maximo id mihi erit solatio ; tamen ubicunque eris, gaudebo, quando Te bene valere & res tuas tibi ex voto succedere, audierim : Vale & amare perge

Tuum addictissimum

Basileae d. I. *Decembris*, A. S. 1733.

FRANCISCUM CHRIST. J. U. D. Archigrammateum Reipublicae Basileensis, & Scholarcham.

Cum A°. 1744. Cathedra linguae Graecae in Academia Basiliensi post mortem V. Cl. *Samuelis Battierii* vacaret, petii a Senatu Academico, ut mei absentis ratio haberetur. Ille, ne quid temere ageret, ex ordine Amplissimo d. 7. Julii quaesivit, utrum id liceret ? eoque respondente d. 15. Julii, licere, a Curatoribus atque Senatu Acad. non solum speciminum edendorum mihi, ut Professori extra patriam degenti, gratia facta est, sed etiam d. 12. Octob. Professor Linguae Graecae electus, & d. 14. ejusd., ut mos est, ab ordine Amplissimo confirmatus fui. Licet autem postea, urgente Societate Remonstrantium, munus istud oblatum recusaverim, anno tamen sequenti 1745. Basileam petii, ut matrem meam, matronam optimam atque etiamnum per Dei gratiam superstitem, viderem, ibique non tantum amicos veteres, quales reliqueram, reperi, sed etiam ab aliis omnibus, a Senatoribus, Professoribus, etiam Theologis duobus, Ministris verbi divini, Civibusque honestissimis, tam comiter exceptus sum, acsi nulla unquam adversariorum meorum altercatio atque accusatio fuisset audita.

7. A°. 1746. trajeci in Angliam (uti dixi p. 22. 47. 50. 53. 58. 112.) ibique vidi Reverendiss. Archiepiscopum Cantuariensem, τὸν νῦν ἐν ἁγίοις, qui tricennio antea, cum esset Episcopus Oxoniensis, ad ejus urbis Bibliothecas & MSS. aditum mihi patefecerat, & post tam longum temporis intervallum non sine voluptate colloquiorum nostrorum recordatus est, quin & Bibliothecae Lambethanae codices & alia, quaecunque posset, auxilia liberalissime obtulit, mensae etiam honore me dignatus. Idem de meo consilio judicium fuit alterius Angliae Primatis, qui nunc est Eboracensis Archiepiscopus, quem & A°. 1717. Cantabrigiae noveram, & ante hoc decennium, cum Hanovera, ubi Regi a sacris fuerat, rediens Amstelodamum transiret, videram. Ut nunc V. Cl. *Nicolaum Mann*, Magistrum Hospitalis in Carthusia Londinensi, aliosque plurimos, Germanos, Belgas, etiam Theologos in Academia Lugdunensi, Ultrajectina, & Franequerana, Consilium meum & privatim & publice probantes, taceam. Quae non ideo affero, ut vel favorem lectoris mei eliciam, vel scripta mea communi omnium librorum sorti eximam, sed ne inauditus condemner ; caeterum contentus, si quis re cognita judicaverit:

Sunt bona, sunt quaedam mediocria, sunt mala plura,
Quae legis hic : aliter non fit, Amice, liber.

Ut vela contraham, extremum nunc alloquar Cl. Frey: Si semper & inde ab initio rigide Orthodoxus & receptarum sententiarum omnium tenax fuisti, cur, quaeso, aliud simulasti, & discipulo tuo, annorum septendecim, cum te primum audiret, adolescenti, moderationem, tolerantiam, libertatem sentiendi &, quae sentiret, dicendi praeceptis tuis omni cura instillasti ? an ut haberes, quem ita a te formatum propter hoc ipsum deinde proderes, perderes, atque discerperes ? Sin autem adhuc es, uti prius fuisti, Theologus Latitudinarius, qui fit, ut facta tua a verbis tuis ita dissentiant ? ut animi tui conscientiam non cures ? ut remoto affectuum velo non tandem, dum adhuc tempus est, consideres, quid hactenus egeris ? Si denique animus tuus nunc immutatus est, ita ut priori errore abjecto aliter nunc sentias; non debebas tamen cum erroribus illis (si omnino errores fuerunt) etiam auream Servatoris Regulam abjicere, & alii facere, quod tibi fieri nolles : sed cum per annos viginti quinque tibi erranti nemo molestiam crea-

verit, cur non etiam alios errantes, & in errorem a te inductos, tolerare, leniter cum illis agere, & ſpatium ad poenitentiam concedere, potius quam nec monitos nec auditos accuſare, horridam excitare tempeſtatem, ex obſcuro ſagittas venenatas in inermes & incautos emittere, mendacia mendaciis tegere, & bella ex bellis ſerere maluiſti?

Habes, Lector, brevem Hiſtoriam longae litis, quae editionem hanc Novi Teſtamenti per totos viginti annos eſt morata. Nunquam, fateor, illas in me ſcriptas Actiones aut illarum partem legere potui, quin me & Actorum & Spectatorum puderet, & Poetae dictum veniret in mentem:

Excidat illa dies aevo, nec poſtera credant
Secula: nos certe taceamus, & obruta multa
Nocte tegi propriae patiamur crimina gentis.

Me interim mentis bonae conſcientia tacitus conſolabar, ſperans fore, ut, deferveſcente adverſarii ira, pax aliquando componeretur, quam non ſolum ſilentio, ſed etiam precibus ſubmiſſioribus & humilioribus, quam ut multis forte, qui litibus nunquam impliciti ſunt, probentur, eram redemturus. Cum vero viderem, odium Theologi extraordinarii indies intendi, & ſcriptum ejus poſterius priori ſemper eſſe ferocius atque amarulentius; porro novos ſubinde hoſtes, inque iis *D. Gerdeſium* & nuperrime *J. J. Breitingerum*, qui cramben repeterent, mihi ſuſcitari, alios vero diuturnum meum ſilentium male interpretari, non potui me continere, quin hac occaſione rem totam aut ſummam rei aperirem.

Debeo hoc primum veritati; quam, me tacente, alios in lucem protrahere aut velle aut poſſe, vix ulla ſpes erat. Debeo diſcipulis & auditoribus ex Coetu meo, qui contemtui & odio adverſarii ſunt expoſiti, quod per annos duodecim nullam meam haereſim olfeciſſent, aut contra me & contra ſemetipſos falſum teſtimonium dicere religioni duxiſſent. Debeo mihi ipſi & amicis meis, ut eorum de me judicium & exiſtimationem meam tuear. Debeo Patri optimo Jo. Rodolpho Wetstenio p. m. & fratri cariſſimo Petro Wetstenio, mala plurima paſſis, quod cauſam meam meliorem ſemper judicaviſſent. Debeo denique familiae meae, ne a virtute majorum degeneraviſſe, aut maculam illi inuſſiſſe, aut praecepta eorum & exempla non ſecutus fuiſſe, videri poſſim; Joanni Wetstenio J. U. D. & Profeſſori, in Literis & Philoſophia Praeceptori, a quo, cum Bibliothecarius eſſet, jam ante hos quadraginta annos codices Graecos MSS. verſare didici; Jo. Rodolpho Wetstenio S. Th. D. meo in Theologia Praeceptori, qui cum me ex ſacro forte ſuſciperet, titulo natalitii mei hoc diſtichon ſcripſerat:

Augeat hic natus felici gaudia noſtra
Omine, ſit Patriae gloria magna ſuae;

Ejuſque Patri itidem Jo. Rodolpho Wetstenio S. Th. Prof., ex cujus praecipue ſcriptis & epiſtolis ineditis didici, tum quibus artibus *Formula Conſenſus* in Eccleſias Helveticas irrepſiſſet, tum quantum Theologi novi & ſyſtematici a doctrina non Patrum ſolum veteris Eccleſiae, verum etiam eorum, qui ſeculo decimo ſexto Eccleſiam reformare fuerant aggreſſi, receſſiſſent; proavo meo Sebastiano Guntzero, qui plura nummorum millia Teſtamento legavit, ex quibus novo Profeſſori Theologiae ſtipendium perſolveretur, non certe eo conſilio, ut in perniciem civium honor iſte verteretur, nedum ut ſua pecunia aleret hypocritam, qui otio ſuo abuſus liberorum hominum capitibus inſultaret, & ipſius teſtatoris poſteros per calumniam accuſaret, atque indignis modis vexaret; & alteri proavo Jo. Rodolpho Wetstenio Reipublicae Baſilienſis Conſuli, qui non ſolum domi furores Theologorum ita compeſcuit, ut, quoad vixit, non erumperent, & bella civilia inter pagos orta compoſuit, ſed etiam, cum Monaſterium legatus Helvetiorum miſſus eſſet, ſua unice prudentia, ſuis conſiliis & incredibili labore id effecit, ut ab omnibus paciſcentibus, & ipſo Imperio

perio Romano (quod nulli alii Reipublicae, quae prius Imperii Romano-Germanici pars fuerat, quantum novi, contigit) Reipublicae Helvetiorum libertas, αὐτονομία atque ſummum imperium agnoſceretur, idque Inſtrumento Pacis Weſtphalicae diſertis verbis inſereretur. Cujus viri imaginem, elegantiſſime nuper in aes inciſam, nactus cum ad finem Prolegomenorum perveniſſem, non potui quin oculos, a foedo adverſariorum ſpectaculo averſos, in eam defigerem, & animo in jucundiorem exemplorum domeſticorum contemplationem exſpatiarer; qua ſi me ad gloriam inflammari, & in antiquam virtutem animoſque viriles excitari dicam, nihil dicam aliud, quam quod ipſe ſentio, & fidem, ut ſpero, facile inveniam. Quid jam in opere ipſo praeſtiterim, judicabunt alii. Id autem, opinor, judicabunt aequi bonique omnes, ut vires mihi defuerint, quas ſcio & ſemper exiguas fuiſſe, & adverſariorum in me impetu haud parum fractas atque hebetatas eſſe, voluntatem tamen, diligentiam, & ſtudium veritatis atque virtutis, quantum humana imbecillitas patitur, Libertatis denique, & Pacis cum omnibus colendae, nunquam defuiſſe. Scripſi Amſtelaedami d. 27. Maji 1749.

Errata.

Pag.	Lin.		l.
8	6	videreru r	videretur
	7	Codicem	Codicum
	14	Selectum	Delectum
	27	ἀκρίβεαν	ἀκρίβειαν
10	16 *a fine*	naratione	narratione
11	29	ſel	ſed
12	7	ſola	ſolo
16	17	ὁμοθυμαδὸν	ὁμοθυμαδὸν
20	13	triginra	triginta
22	15	Waltonus	Wottonus
	21	teſtimonius	teſtimoniis
23	18	locos	locis
32	10	obſervarit	obſervavit
33	6 *a fine*	rationi	ratione
41	3 *a fine*	Fragmenrum	Fragmentum
42	10 *a fine*	ἐκκλησαίν	ἐκκλησίαν
44	9 *a fine*.	correctiores	correctiones
46	12	huis	huic
	15 *a fine*	tranſiiit	tranſiit
50	26	dicunter	dicuntur
	10 *a fine*	menbranaceus	membranaceus
52	8 *a fine*	qui	cujus ſecunda
55	8	ἑβραϊδι	ἑβρα δι
56	17	Hanc cum non reperirem uſus ſum excerptis Bengelii. *dele*	
	18 *a fine*	Faber	Fabri
57	4 *a fine*.	Johanis	Johannis
	17	Varnſpergcnſis	Varnſpergenſis
	n 98.	Tubingenſe	Turicenſe ſive Tigurinum Canticorum Luc. I & II Pſalterio literis uncialibus ſcripto adjectorum
59	3	poruit	potuit
	18	porſus	prorſus
60	33	fide	fine
61	ult	Apocalypeos	Apocalypſeos
62	24	Bi lιothecae	Bibliotheca
67	14	προσωνομαασιν	προσωνόμασιν
68	3	debiro	dubito
69	15 *a fine*	hominem	hominum
72	29	collat ır	collocatur
	34	Pariſ. *adde* 1553. & Petavii 1612.	
	5 *a fine*	Latinae	*adde.*
	penult.	Cappadociea	Cappadociae
74	29	ἀνακιφαλαωσει	ανακεφαλαιώσει
77	14	*Cambefiſius*	Combefiſius
	19 *a fine*	τῆς	*adde* τοῦ
81	16	liuguae	linguae
	17	n'hil	nihil
	33	*Libertus*	*Liberatus*
	12 *a fine*	Horſmidae	Hormisdae
83	40	Retractionibus	Retractationibus
87	16	Biblcrum	Bibliorum
	35	Bruxellas	Lovanium
89	28	tnm	tum

Pag.	Lin.		l.
	12 *a fine*.	quibus	*add.* aut non vacavit,
95	10	ratioιcιn	rationem
99	5	habat	habet
	11	ſuut	ſunt
100	11 *a fine*	c'amen	clamem
101	9	maled eentiam	maledicentiam
	7 *a fine*	qnod	quod
104	14 *a fine*	legerir	legerit
118	9	λύτη	λύπη
	10	Scd	Sed
119	31	Ἰυσοῦν	Ἰησοῦν
123	12	τὴι	τὴν
124	1	Βελγαρίον	Βελγαριε
126	2	Thephylacti	Theophylacti
	32	apnd	apud
127	10	Gtaecos	Graecos
	35	Prolegomenorum	*adde* ,
128	3	*vobis*	*vocis*
131	6	vocabis	vocabulis
	11	cognoſcibles	cognoſcibiles
133	3	!	;
	25	niſii	niſi
141	10	COLINAE	COLINAEI
142	38	praeterae	praeterea
144	12	πορὰ	παρὰ
	27	κεφαλῆι	κεφαλῆς
	11 *a fine*	poſuiſſe	potuiſſe
147	2	ſubnotationam	ſubnotationem
150	3	correctorem *adde* : Cupio enim omnia recte & vere fieri. Deus adſit & tibi & mihi.	
	3 *a fine*	cx	ex
151	8 *a fine*	Stephani,	Stephani
154	28	auguſtias	anguſtias
157	21	codicis	codices
159	7 *a fine*	σοῦτο	τοῦτο
161	13	repoſuir	repoſuit
162	29	Deita	Deitate
164	5 *a fine*	proſitae	propoſitae
165	16 *a fine*	Serreti	Serveti
168	30	Editionibns	Editionibus
	9 *a fine*	miſerari	miſereri
	2 *a fine*	miſerentur	miſereantur
171	43	eorruptam	corruptam
173	8	animo	amico
178	3	ſubeciſſemus	ſubjeciſſemus
	13 *a fine*	autem	*dele*
	penult.	conſtititit	conſtitit
180	39	errorem	errorum
191	20 *a fine*	decretem	decretum
195	23 *a fine*	concervata	coacervata
199	4	Ἰεδαιος	Ἰεδαίοις
	10	Tygopraphis	Typographis
200	17	variis	vanis

Signa *m. i c. a.* appoſita indicant codicem aut mutilatum, aut interpolatum, aut curſim inſpectum, aut alterius Codicis hic deſcripti apographum.

A. Alexandrinus *m. i.* p. 8. 31. 112. 159	
B. Vaticanus *m. i.* 23. 108.	
C. Ephrem *m. i.*	27
D. Cantabrigienſis *i.*	28
E. Baſilienſis	38
F. Boreeli *m.*	40
G. Wolfii *m.*	---
H. ——— *m.*	---
I. Cottonianum fragmentum *m.*	41
K. Cyprius *i.*	---
L. Stephani η *i.*	---
M. F. des Champs	---
N. Fragmentum Vindobonenſe *m.*	---
O. ——— Bandurii *m.*	---
1. Reuchlini *i.*	42.
2. Praedicatorum Baſilienſium	44
3. Corſendoncenſis *i.*	45
4. Stephani γ.	46
5. ——— δ. *i.*	---
6. ——— ε.	---
7. ——— ϛ.	---
8. ——— ζ.	---
9. ——— ιβ.	---
10. Kuſteri Pariſ. 1.	---
11. ——— Pariſ. 4.	---
12. Stephani ιδ.	---
13. Kuſteri Pariſ. 6. *i.*	47
14. ——— Pariſ. 7.	---
15. ——— Pariſ. 8.	---
16. Regius 1881.	---
17. ——— 2244.	---
18. ——— *c.*	---
19. ——— *c.*	---
20. ——— *c.*	---
21. ——— *c.*	---
22. Colbertinus 2467. *i.*	---
23. ——— 3947. *i.*	---
24. ——— 4112.	---
25. ——— 2259.	---
26. ——— 4078.	48
27. ——— 6043.	---
28. ——— 4705. *c.*	---
29. ——— 6066. *c.*	---
30. ——— 4444. *c.*	---
21. ——— 6083. *c.*	---
32. ——— 6511. *c.*	---
33. ——— 2844. *c.*	---

34. Coislinianus 195.	48
35. ——— 199.	49
36. ——— 20.	---
37. ——— 200.	---
39. ——— 23. *a.*	50
40. ——— 22.	---
41. ——— 24. *m.*	---
42. Medicaeus *i.*	---
43. San-Maglorianus	---
44. Caeſaris de Miſſy	---
45. Bodlejanus 1.	---
46. ——— 2.	---
47. ——— 6.	51
48. ——— 7.	---
49. Roe 1.	---
50. Laudi 1.	---
51. ——— 2.	---
52. ——— 5.	---
53. Seldeni 1.	---
54. ——— 2.	---
55. ——— 3.	---
56. Lincolnienſis *i.*	---
57. Magdalenenſis	---
58. Novi Collegii *i.*	---
59. Gonvilli & Caji	52
60. Joannis Mori	---
61. Montfortii *i.*	---
62. Henrici Googe *a.*	---
63. Uſſerii 1.	---
64. ——— 2.	---
65. Jo. Covelli	---
66. Thomae Gale	---
67. Huntingdon 1.	---
68. Georgii Wheeler	53
69. Leiceſtrenſis *i.*	---
70. Bunckle	---
71. Epheſius	---
72. T. Johnſon. *i.*	---
73. G. Wake 1.	54
74. ——— 2.	---
75. Genevenſis *c.*	---
76. Caeſareus 1.	---
77. ——— 2. *c.*	---
78. J. G. Carpzovii	---
79. Douzae *c.*	---
80. J. G. Graevii	---
81. Correctorii Bibliorum *a.*	---

82. L.

Codices Evangeliſtariorum.

Index Alphabeticus Codicum Graecorum.

Editiones Novi Teſtamenti Graeci.

Verſiones Novi Teſtamenti.

Signa.

~ *in Textu* notat, Lectionem textui ſubjectam eſſe probatiorem.
— *in Textu* notat, vocem vel voces ſequentes eſſe delendas.
+ *in Textu* notat, vocem vel voces, Textui cum hoc ſigno ſubjectas, eſſe addendas.
— *in V. L.* notat, voces, quibus appoſitum eſt, in Codd. citatis non legi.
+ *in V. L.* notat voces, quibus apponitur, in codicibus citatis addi.

TO

ΤΟ ΚΑΤΑ ΜΑΤΘΑΙΟΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ.

ΤΟ' κατὰ Ματθαῖον 'Ευαγγέλιον.] 'Ευαγγέλιον κατὰ Ματθαῖον exhibent conſtanter Codices Graeci veteres. Ita verſio Copta, ita Vulgatae atque Italicae Codices veteres, additis ex formula verbis *incipit* & *explicit. Incipit Evangelium ſecundum Matthaeum, explicit Evangelium ſecundum Matthaeum.* Ita Patres Graeci ad Theophylactum uſque, et Latini. Tertullianus, Cyprianus, Auguſtinus, Hieronymus, Victorinus, *Evángelium Cata Matthaeon, Evangelium Cata Joannen* citant. Ita etiam edidit Eraſmus, Colinaeus in Joanne, Stephanus prima & ſecunda Editione, Beza Editione prima, I. A. Bengelius. Haec inſcriptio cum ſua ſe brevitate commendet, atque tam ſimplicitati temporum Apoſtolicorum, quam praecepto ac exemplis ſaniorum hominum congruat, non erat ratio, cur Complutenſes, eoſque ſecutus Colinaeus initio trium Evangeliorum, et Stephanus Editione tertia, recentiorum Codicum ſcripturam praeferrent, & tituli loco, τὸ κατὰ Ματθαῖον ἅγιον 'Ευαγγέλιον praeponerent: niſi ſi velimus in iſtiuſmodi epithetis & rebus & perſonis impertiendis liberaliores atque officioſiores eſſe, quam fuerunt Apoſtoli, in quorum ſcriptis cum Evangelii plus quam ſeptuagies fiat mentio, ſancti epithetum nuſquam additum reperitur. Cumque T. Beza iſtam Stephani ſui lectionem, ſed mutilatam, in ſecunda quidem Editione ſic exhiberet, τὸ κατὰ Ματθαῖον 'Ευαγγέλιον, in tertia vero quarta & quinta 'Ευαγγέλιον τὸ κατὰ Ματθαῖον, rectiſſime qui poſtea in Belgio operis Typographicis praefuerunt, quod in poſtremis Bezae Editionibus legebatur, ceu vitioſum repudiarunt (debebat enim, ut Graece ſcriberetur, Articulus non ſemel tan-

Patres Graeci, quando vetus Teſtamentum ejusque varias Converſiones citant, ſolent dicere κατὰ τους ἑβδομήκοντα, κατὰ 'Ακύλαν, κατὰ Σύμμαχον. Ita *Origenes* Epiſtola ad Africanum: τὰ δὲ παρ' ἡμῖν ἀντίγραφα, ἃν καὶ τὰς λέξεις ἐξεθέμην, τὸ μὲν ἦν κατὰ τοὺς Ō. τὸ δὲ ἕτερον κατὰ Θεοδοτίωνα. Quod ſignificat, Καθὼς ἐξέδωκεν 'Ακύλας, καθὼς ἡρμήνευσε Σύμμαχος. Ita etiam hic 'Ευαγγέλιον, καθὼς εὐηγγελίσατο Ματθαῖος, *prout edidit ſcripſitque Matthaeus.* Unde patet ignorantia Linguae Graecae lapſum eſſe Fauſtum Manichaeum, qui ex iſto Titulo putavit confici poſſe, Evangelia non ab ipſis, quorum nomina gerunt, Evangeliſtis, ſed ab aliis, qui ſe ſecundum eos ſcripſiſſe profiterentur, conſcripta fuiſſe. *Auguſtinus* c. Fauſtum L. XVII. 2. XXVII. 2. XXXIII. 3.

Magno conſenſu perhibent Patres, Matthaeum, in gratiam credentium ex Judaeis in Palaeſtina, Evangelium ſuum ſcripſiſſe, & quidem, ut multi addunt, Hieroſolymis, octavo poſt aſcenſionem Chriſti anno, qui Claudii Imperatoris primus fuit. Cur illorum teſtimonium in dubium vocetur, cauſam non video: quin iſta hypotheſi admiſſa plurima non infeliciter exiſtimo explicari poſſe, quorum aliter ratio vix invenitur. Hinc enim intelligimus, cur Matthaeus primum in ordine Evangeliſtarum occupet locum, quia nimirum primus omnium ſcripſit; cur item tam multas de Judaeorum ſuperſtitionibus referat diſputationes, quibus apud alias nationes, vel templo jam everſo vel paulo poſt evertendo, locus vix fuiſſet; cur denique, qui poſt ipſum ſcripſerunt, multo apertius clariuſque Jeſum filium Dei, & Deum ante ſecula genitum et univerſorum Dominum fuerint profeſſi? Ideo ſcilicet, quoniam ita ſolet Providentia divina cum hominibus agere, ut non ſubito eos ex tenebris in plenam lucem perducat, ſed ſenſim pedetentimque: ſic ipſe Chriſtus ita apparuit, ut prius quidem homo plebejus, dein Doctor, dein Rex, tandem filius Dei haberetur; ne jam dicam, hoc ipſum filii Dei nomen, initio non illam, quam poſtea agnoverunt, dignitatem, majeſtatem atque eminentiam diſcipulis declaraſſe. Porro Matthaeum in gratiam credentium ex Judaeis, & inter Judaeos viventium, par erat eo ſcribere conſilio, ut animos credentium obfirmaret, nondum credentium autem animos non irritaret magis, quin potius

tantum ſed bis addi, τὸ Ἐυαγγέλιον τὸ κατὰ Ματθαῖον) at non recte, meo quidem judicio neglecta veteri & magnis multiſque teſtibus probata ſcriptura, eam, quae in ſecunda Bezae Editione extat, quaſi injuſte a parente ſuo expulſam, receperunt, ita timide tamen atque inconſtanter, ut non niſi ſemel initio ſingulorum Evangeliorum praefigerent, alteram vero, pro qua nos contendimus, in ſummis paginis per omnes Evangeliorum libros conſpiciendam proponerent.

Haec quidem Diſputatio Matthaeum non reſpicit. Licet enim Inſcriptiones ſive Indices et ſubſcriptiones ſint antiquiſſimae, conſtat tamen inter eruditos, non eſſe illas ab ipſis Evangeliſtis et Apoſtolis profectas: ad Titulos quidem Evangeliorum quod attinet, cum ſingula ſimiles habeant, Ἐυαγγέλιον κατὰ Ματθαῖον, Ἐυαγγέλιον κατὰ Μάρκον, Ἐυαγγέλιον κατὰ Λουκᾶν, Ἐυαγγέλιον κατὰ Ἰωάννην, credibile eſt, non a quatuor diverſis Auctoribus, ſed ab uno eodemque adſcriptos fuiſſe. Syrus quidem variat ſcribens: *Evangelium ſanctum praedicationis Matthaei Apoſtoli, Evangelium ſanctum Annunciationis Marci Evangeliſtae, Evangelium ſanctum praedicationis Lucae, Evangelium ſanctum praedicationis Joannis praeconis, quod locutus eſt & praedicavit Graece Epheſi* Quae nemo facile genuina & aliis anteponenda eſſe judicaverit. Chriſtianus Druthmarus: *Hunc titulum*, inquit, *non fecit Evangeliſta.* Galenus de libris ſuis: Φίλοις γὰρ ἢ μαθηταῖς ἐδίδοτο χωρὶς ἐπιγραφῆς, ὡς ἂν οὐδὲ πρὸς ἔκδοσιν, ἀλλ' αὐτοῖς ἐκείνοις γεγονότα, δεηθεῖσιν, ὧν ἤκουσαν, ἔχειν ὑπομνήματα —— ἐγὼ δὲ ἁπλῶς διδοὺς τοῖς μαθηταῖς οὐδὲν ἐπέγραψα.

Ματθαῖον.] Glycas Annal. IV. p. 182. Νικήτας τις —— χειροτονεῖται Πατριάρχης· οὗτος ποτὲ τὸ Ἐυαγγέλιον ἀναγινώσκων ἐν τῷ κελλίῳ αὐτοῦ, ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν, ἐκ τοῦ κατὰ Ματθαῖον, ἐκ τοῦ κατὰ Ματθαίου ἐξεφώνησε. Ἐφ' ᾧ καί τις τῶν παρισταμένων εἶπε, μὴ διαίρει τὴν ΑΙ. δίφθογγον. Πρὸς ὃν ἐκεῖνος ἔφη μετὰ θυμοῦ· φλυαρεῖς, τὰ γὰρ δίφθογγα καὶ τρίφθογγα πολλὰ μισεῖ ἡ ψυχή μου. Ex quo teſtimonio conſequitur, Graecos αι & αϊ non, ut nunc fit a quibusdam, eodem ſono pronunciare conſueviſſe.

tius ſcrupulos ex Chriſti humilitate, paupertate & morte ignominioſa illis injectos evelleret, atque eam in rem multa ex Vet. Teſt. loca ad teſtimonium citaret: quod ipſum ſtudioſe feciſſe in ſequentibus demonſtrabitur.

Neque vero tam facile aſſentimur ſententiae eorundem Patrum ſtatuentium, Matthaeum ſcripſiſſe Hebraice, hoc eſt Syriace ſive Chaldaice, qua Lingua tunc temporis Judaei in Palaeſtina utebantur: Jacobum vero Fratrem Domini, ut quidam addunt, vel, ut alii, Joannem iſtud Evangelium in Graecam Linguam convertiſſe. Exiſtimamus enim Patres hic jam non teſtimonium dicere, ſed conjecturam ſuam in medium proferre, non admittendam ſi aut idoneis rationibus non ſit fulta, aut veroſimilibus argumentis refutari poſſit. Quod enim putant neceſſe fuiſſe, ut Hebraeis ſcribens Hebraice ſcriberet, verum non eſt: cum conſtet eo tempore Linguam Graecam per totum imperium Romanum et in Judaea praeſertim in uſu fuiſſe. Nec firmius eſt, quod addunt, Haereticos quoſdam non ſolum in eadem fuiſſe ſententia, ſed etiam Matthaei Evangelium Hebraice ſcriptum habuiſſe. Audiamus Epiphanium Haer. 28: de Cerinthianis. Χρῶνται τῷ κατὰ Ματθαῖον Ἐυαγγελίῳ ἀπὸ μέρους καὶ οὐχ ὅλῳ H. 29. de Nazaraeis. ἔχουσι δὲ τὸ κατὰ Ματθαῖον Ἐυαγγέλιον πληρέστατον Ἑβραϊστὶ, παρ' αὐτοῖς γὰρ σαφῶς τοῦτο, καθὼς ἐξ ἀρχῆς ἐγράφη Ἑβραϊκοῖς γράμμασιν, ἔτι σώζεται. H. 30. de Ebionitis δέχονται μὲν καὶ αὐτοὶ τὸ κατὰ Ματθαῖον Ἐυαγγέλιον, τούτῳ γὰρ καὶ αὐτοὶ ὡς καὶ οἱ κατὰ Κήρινθον χρῶνται μόνῳ· Καλοῦσι δὲ αὐτὸ κατὰ Ἑβραίους. ἐν τῷ γοῦν παρ' αὐτοῖς Ἐυαγγελίῳ κατὰ Ματθαῖον ὀνομαζομένῳ, οὐχ ὅλῳ [l. οὐκ ὄντι] δὲ, πληρεστάτῳ, ἀλλὰ νενοθευμένῳ καὶ ἠκρωτηριασμένῳ. Ex quo Epiphanii teſtimonio manifeſtum eſt, Nazaraeos eorumque ſocios falſo nomine ſcriptum fabuloſum, ut impoſturae auctoritatem conciliarent, Evangelium Matthaei appellaſſe. Conſtat praeterea iſtorum hominum placita iis quae verus Matthaeus cum reliquis Apoſtolis docuerat, contraria fuiſſe; quin etiam illa ipſa, quae ab Epiphanio atque Hieronymo afferuntur ex iſto Evangelio Hebraico, ita a Graecis ſunt diverſa, ut nemini ſano poſt factam comparationem in mentem venire poſſit, iſtud ex illo derivatum fuiſſe. Videntur ergo vetuſtiſſimi Patres, & inter eos primus Papias homo ſimplex & credulus, re non explorata, inani Nazaraeorum jactantiae temere fidem habuiſſe, junioribus, ut ſolent, ſequentibus. Nazaraei ſaltim non digni erant, quibus crederetur, cum, praeter iſtud Matthaei Hebraicum, etiam Apocrypha Jeremiae, teſte Hieronymo in Matth. XXVII. 6. &, Epiphanio teſte, Pſeudevangelia Jacobi & Joannis pro genuinis ſupponere atque venditare inſigni impudentia fuerint auſi. Nullum certe in noſtro Matthaeo reperitur indicium, unde colligi poſſit, ex alia in aliam linguam fuiſſe converſum: plurima vero aliud ſuadent. Si enim Matthaeus Hebraice ſcripſit, qui factum ut tam cito ſcriptum periret, ut ne unus fide dignus teſtis, qui ſe illud vidiſſe affirmaret, ex tota antiquitate ſupereſſet? ut ipſe Marcus Evangeliſta Matthaei verba Graeca in ſuum Evangelium transferret? ut interpretatio nominum Hebraicorum, qua Hebraice ſcribenti non opus erat, apponeretur? ut teſtimonia V. T. non ex Hebraico fonte ſed ex verſione Graeca, etiam ubi ab Hebraeo diſſentit, citarentur? ut denique omnes quae extant Verſiones, Latina, Syra, Copta, Armena, Æthiopica non ad authenticum, ſed ad Verſionem Graecam, ſi placet, adornarentur? Quorum omnium ratio in aperto eſt, ſi Matthaeum Graece ſcripſiſſe concedamus. Adde nullo modo credibile eſſe, Apoſtolos circa alterius Apoſtoli ſcripta in aliam linguam convertenda fuiſſe occupatos; quin potius videtur, eaſdem rationes, quibus Jacobus vel Joannes permoveri poterant, ut talem Verſionem adornarent, debuiſſe etiam ipſum Matthaeum movere, ut primum non Hebraice ſed Graece ſcriberet. Quoquo modo autem ſe res habeat, illud apud omnes in confeſſo eſt, ipſum Matthaei Autographum, ſive Hebraice ſive Graece exaratum fuerit, dudum intercidiſſe, nec aliud hodie extare veram inter tot varietates inveniendi lectionem medium, praeter diligentem exemplarium & monumentorum, quae ſuperſunt, collationem & conſiderationem.

1 ΒΙ'ΒΛΟΣ γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ, υἱοῦ ~Δαβίδ, υἱοῦ Ἀβραάμ.
2 Ἀβραὰμ ἐγέννησε τὸν Ἰσαάκ·

Ἰσαάκ

~Δαυίδ

1. Χριστοῦ] — *Versio Æthiop.* probante *J. Millio* prol. 1213. Praeter rationem; cum enim in eo esset Matthaeus, ut Jesu Christi dignitatem a contemtu Judaeorum vindicaret, consentaneum utique erat, ut statim in limine mentione ejus facta titulum honoris apponeret, nec nomine proprio Jesum solum, sed etiam Christum sive Messiam appellaret.

Δαβίδ] Haec vox in MSS. plerumque per compendium scribitur Δαδ omissa tertia & quarta litera: integre autem scribitur Δαυίδ in Codicibus veteribus A C D L item *Claromontano* & *Boerneriano* Epistolarum Paulinarum, in editione *Complut.* & *Bengelii*, in Psalterio Paris. 1559. edito, in Edit. Romana τῶν O. & in Psalterio literis uncialibus exarato. Ita etiam scribunt *Origenes* contra Celsum, *Eusebius* in Psalmos, *Basilius* Seleuciensis, *Theophylactus* MS., *Elias* Cretensis, *Suidas*, probantibus G. *J. Vossio* de Art. Grammat, p. 24.; *J. C. Suicero*, & *B. de Montfaucon*; denique Versiones omnes. Nec sane orthographiae ratio aliter postulat, adeo ut appareat neque *Erasmum*, neque, qui hunc potissimum secutus est, *Stephanum*, scripturae compendium assecutos fuisse, cum Δαδ repraesentarent per Δαβίδ.

Ἀβραάμ] Ἀβραάμ Editio *Erasmi* 1. 2. *Stephani* 2. 3.

2. ἐγέννησε] ἐγέννησεν Codices veteres omnes & juniores plurimi, Editio *Complut.* & *Erasmi* 1., qui tamen Editione 2. & seqq. istud νῦ hic & ubique nimium scrupulosa diligentia resecuit, ejusque facti rationem reddidit in Annotationibus: „ Jam illud ", inquit, „ minutius videri poterat quam ut admoneretur, nisi nunc potissimum in eo negotio versaremur, variare Graecos codices; in quibusdam addi ν ἐφελκτικὸν, in plerisque non addi — proinde non est quod ea res magnopere moveat lectorem, sive reperiat additum ν sive secus.

1. Βίβλος γενέσεως Ἰησοῦ] Gen. V. 1. habemus זה ספר תולדות אדם, quod οἱ O. vertunt: αὕτη ἡ βίβλος γενέσεως ἀνθρώπων· *Aquila vero:* τοῦτο βιβλίον γεννημάτων Ἀδάμ· recensentur autem ordine, qui Adamo prognati sunt filii, & nati natorum, & qui ab istis nati sunt ad Noam usque; eodem sensu venit vox γενέσεως Gen. VI. 9. X. 1. XI. 27. XXV. 12. 19. XXXVI. 1. 9. *Num.* III. 1. 1. *Chron.* I. 29. *Ruth.* IV. 18. Hic vero βίβλος γενέσεως non ab Abrahamo, a quo incipit, sed a Christo, in quo desinit, denominatur: quo significatu etiam *Herodotus* usurpat l. 2. p. 165. γενεαλογέουσι δὲ αὐτῶν τὴν γένεσιν, & initio libelli de Homero: περὶ Ὁμήρου γενέσιος καὶ ἡλικίης καὶ βιοτῆς. *Bereschith* R. XII. „ pluvia habet generationes S. „ D. an pluvia habet patrem? *Job.* XXXVIII. 28. „ ros habet generationem S. D. ib. aut quis genuit stillas roris? " Licebit ergo interpretari seriem personarum generatarum, a quibus originem trahit Jesus; ut intelligatur titulus esse non totius Evangelii, sed tantum Genealogiae a commate 2. ad 16.

υἱοῦ] Haec vox latiori sensu apud Hebraeos accipitur, quibus non filium tantum proprie ita dictum, sed etiam nepotem, abnepotem, omnesque qui ab aliquo genus habent, denotare solet.

Χριστοῦ υἱοῦ Δαυίδ] In scriptis Judaeorum & veterum & juniorum frequentissime occurit nomen *Messiae filii Davidis*, aut *filii Davidis* κατ' ἐξοχὴν, quin etiam ex libris N. T. patet, quam vulgata haec appellatio fuerit. *Thargum Jerem.* XXX. 9. & *Hose.* III. 5. & obedient Messiae filio Davidis & Messiae filio Ephraimi. *Avoda Sara* f. 5. 1. Dixit R. Jose: Filius Davidis non venit, donec consummatae fuerint animae. . . . Tradiderunt Rabbini, Messiam filium Davidis revelandum esse cito. *Avoth* 34. R. Juda dicit: qua generatione veniet filius Davidis, domus conventus erit lupanar — R. Neharai dicit: qua generatione veniet filius Davidis, adolescentes pudefacient faciem senum. *Sota* f. 49. 2. R. Nehemias dicit: qua generatione veniet filius Davidis, impudentia crescet. *Sanhedrin* f. 38. 1. Filius Davidis non venit, priusquam defecerint duae familiae patrum ex Israele. *ib.* hebdomas, qua filius Davidis veniet. *Joma* f. 10. 1. Dicit R. Juda, dixisse Rabam: Filius Davidis non venit, donec regnum illud impium se extenderit in toto mundo — dixit R. Chama filius Chaninae: Non veniet filius Davidis, donec consummetur regnum vilissimum ex Israele. Dixit Zeiri, dixisse R. Chaninam: non veniet filius Davidis, donec penitus deficiat superbia ex Israele. *Schabbath* f. 139. 1. Dixit R. Malai, nomine R. Elieseris filii R. Simeonis: non veniet filius Davidis, donec penitus deficiant omnes judices & moderatores ex Israele — dixit R. Joannes: filius Davidis non veniet nisi in generatione, quae aut tota plena est justis, aut tota plena peccatoribus. — Quaerentibus discipulis a praeceptore suo R. Jose filio Kisma; quando filius Davidis venturus esset, respondit: vehementer metuo, ne forte a me petatis signum. *Schemoth R.* XXV. Dixit R. Levi si custodierint Israelitae Sabbatum vel uno die, uti decet, filius Davidis veniet. *Schir R.* I. 13. R. Jochanan dixit: filius Davidis veniet: & Res Lakisch idem dixit. *Eccha R.* praef. Dixit R. Jose filius Chalaphthae: quicunque scit, quot annos Judaei idolis servierint, scit etiam, quando filius Davidis sit venturus.

υἱοῦ Ἀβραάμ.] Hoc de Davide dicitur; solet enim vox filii ad nomen proxime praecedens jungi, ut *Zach.* I. 1. *Luc.* III. Abrahami mentionem adjecit Matthæus, tum ut genus ad primam stirpem referret, a qua commate sequenti incipit, tum ut primo intuitu ostenderet, Jesu natales fuisse illustres, qui & ad Davidem regem celeberrimum, Deoque dilectissimum, & ad Abrahamum, qui eximio modo amicus Dei appellatus est, genus suum referret. Caute autem nec ab Adamo communi omnium hominum parente incepit, neque Esavum aut Ismaelem in Catalogo recensuit, ne Judaeos, quibus scribebat, offenderet. v. infra III. 9. *Jo.* VIII. 39. *Rom.* IX. 7.

Ἰσαὰκ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰακώβ·
Ἰακὼβ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰούδαν, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ.
Ἰούδας δὲ ἐγέννησε τὸν Φαρὲς καὶ τὸν Ζαρὰ ἐκ τῆς Θάμαρ· 3
Φα-

„ Etiamſi nos communem Graecorum linguam in hoc ſecuti ſumus, addito ν, quoties ſequitur vocalis, o- „ miſſo quoties ſequitur conſonans". Schol. *Ariſtoph.* Nub. 741. Ἰστέον ὅτι οἱ Ἀττικοὶ πάντα τὰ ἑνικά τε καὶ πληθυντικὰ τρίτα πρόσωπα ῥημάτων, καὶ τὰς τῶν ὀνομάτων δοτικὰς τῶν πληθυντικῶν, συμφώνου καὶ φωνήεντος ἐπιφερομένου, μετὰ τοῦ ν. γράφουσιν, ὡς ἐστι σαφῶς συμβαλεῖν ταῖς τοῖς πάνυ σοφοῖς πεπονημέναις ἐντυγχάνοντα βίβλοις. Οἱ δὲ Ἴωνες δίχα τοῦ ν. τοιοῦτον δή τι —— καὶ ἐν τοῖς εἰς ν. καὶ εἰς σ. λήγουσιν ἐπιῤῥήμασι ποιεῖν εἰώθασιν· οἷον τὸ πρόσθεν, νέρθεν, ἐπένερθεν, τὸ οὕτως, αὖθις, πολλάκις, εὐθὺς, ταχὺς, ἀτρέμας, καὶ τοῖς ὁμοίοις. Τοῦτο δὲ οὕτως ἔχον εὑρήσεις ἀκριβῶς σκοπῶν.

Ἰούδαν] Ἰούδα *Colbertinus.*

2. Licet in genealogia nulla neceſſitas cogeret fratres intertexere, tamen a Matthaeo & hic mentio fit *fratrum Judae*, & commate ſequenti *Zara Phareſo* fratri gemello jungitur, quin etiam commate 11. de *Jechonia & fratribus ejus* ſermo eſt; idque ſine dubio de induſtria & certo conſilio. Nimirum ut objectioni Judaeorum reſponderet, quos offendebat, Jeſum *Jacobo*, *Joſeti*, *Simoni & Judae Matth.* XIII. 55. 57. praeferri, cujus tamen rationem nullam videbant. Obſervat igitur Matthaeus, non ſolere Deum eos homines aliis aut aequare aut praeferre, quos ſors naſcendi aut aequaſſet aut praetuliſſet; ſic *Judam* fuiſſe antepoſitum Rubeni primogenito *Gen.* XLIX. 8. *Zaram*, qui judicio obſtetricis primogenitus fore videbatur, mirabili divina providentia poſt Phareſum fuiſſe natum *Gen.* XXXVIII. 28. & ex filiis Joſiae non primogenitum Joananum, ſed ſecundum *Jojakimum* (qui hic *Jechonias* appellatur) patri in Regno ſucceſſiſſe 1. *Chron.* III. 15.

3. Praeter morem etiam in genealogiis receptum *quatuor Mulierum* fit mentio; *Thamaris*, quae ex inceſto cum Juda ſocero concubitu peperit; *Rachabae* ſcorti Jerichuntini Salmoni nuptae; *Ruthae* Moabitidis, quae variis artibus nuptias Boazi conciliaverat; tandem *Bathſebae* uxoris Uriae, cum qua David adulterium commiſerat. Solent quidem alias Judaei ſeſe efferre propter *quatuor Matres*, quas vocant. *Thargum Hieroſ.* Gen. XLIX. 26. *Num.* XXIII. 9. & *Deut.* XXXIII. 15. „ propter meritum Patrum juſtorum Abrahami, „ Iſaaci & Jacobi, qui aſſimilantur montibus: & „ propter meritum quatuor matrum, Sarae, Re- „ beccae, Rahelis & Leae, quae aſſimilantur colli- „ bus, populus ſeorſim habitat, neque com- „ miſcetur conſuetudinibus gentium. *Beres. R.* „ XXXIX. 15. tres patres & quatuor matres." Qui factum igitur, ut tribus Patribus Abrahamo, Iſaaco & Jacobo non quatuor illae matres & uxores legitimae, ſed quatuor non integrae famae mulieres a Matthaeo jungerentur? Reſpondeo, id iterum factum, ut tacitae Judaeorum objectioni occurreretur. Scimus enim, cum primum myſterium de Chriſti nativitate evulgaretur, multos repertos fuiſſe, qui contradicerent in primis inter Judaeos, ita ut *Ebionitae*, licet Jeſum pro Meſſia haberent, illum tamen naturaliter ex Joſepho genitum credere mallent, reliqui vero non juniores ſolum Judaei, verum etiam veteres, quod *Celſus* & libri Thalmudici teſtantur, ad iniquas ſuſpiciones ſe conferrent, Jeſumque ex adulterio natum palam dictitarent, eoque praetextu & ipſum & totam doctrinam ejus rejicerent. His Matthaeus obviam ire decrevit, atque, uti accurate diſputantium mos eſt, demonſtrare, tum ſuſpiciones iſtas ab omni veri ſpecie eſſe remotas, quod docet com. 17. & ſeqq., tum etiam illos, qui ſuſpiciones iſtas deponere nollent, cauſam non habere, cur ideo ipſi Jeſu ejusque doctrinae minus faverent. Si enim poſteris Judae, ſi Davidi & Salomoni nulla macula adhaeſit, quod mulieribus peccatricibus prognati eſſent, ſi manifeſta parentum peccata filiis exprobrari non debent, quid iniquius, quam ſuſpicionibus indulgere, iisque etiam illum premere, ad quem omnino non ſpectant?

Quid quod Judaei quatuor iſtas mulieres non excuſant ſolum, verum etiam ſummis laudibus celebrant? *Nazir*, f. 23. 1. Thamar ſcortata eſt, ut exorirentur ex ea Reges & Prophetae —— Dixit R. Samuel ſenex ſocer R. Samuelis filii R. Immi, ſignificari his verbis: *juſtior eſt me*, cognoviſſe Judam, eam juſtam fuiſſe, & conſilio glorificandi nomen Dei id feciſſe. *Megilla* f. 10. 2. ſcribitur, Thamarem texiſſe faciem ſuam —— quia jam antea, cum eſſet in domo ſoceri ſui, texerat faciem ſuam, ita ut Judas eam de facie non noſſet: & ob hanc verecundiam meruit, ut ex ea prodirent Reges & Prophetae. *Sota* f. 10. 1. Dixit R. Zutra filius Tobiae, Dixiſſe Rabum verbis Rabi, alii autem dicunt R. Joannem id dixiſſe nomine R. Simeonis filii Jochai, praeſtare homini, ut projiciat ſe ipſum in fornacem, quam ut publice pudore afficiat faciem ſocii ſui. Unde nobis hoc probatur? Exemplo Thamaris: Agnoſce quaeſo *Gen.* XXXVIII. 25. —— Poſtquam Judas confeſſus eſt & dixit: *juſtior eſt me*, exivit filia vocis & dixit: Tu liberaſti Thamarem & duos filios ejus ex igne, ita vivas, ſancte tibi promitto, me propter meritum tuum tres poſterorum tuorum ex igne liberaturum. Quinam illi ſunt? Chananias, Miſael, & Azarias. *Bereſchith R.* LXXXV. 2. R. Samuel filius Nachma explicuit *Jerem.* XXIX. 11. *ego novi cogitationes, quas cogito de vobis, cogitationes pacis & non in malum.* Judas occupatus erat ut uxorem duceret: Deus autem ſanctus Benedictus, ut crearet lucem regis Meſſiae, qui natus eſt ex Juda & Thamare.

Zevachim f. 116. 1. & *Mechilta* in *Ex.* XVIII. 1. Dictum perhibetur, *Rahab* Scortum habuiſſe annos decem, cum Iſraelitae exirent ex Ægypto, & ſcortatam fuiſſe annos quadraginta, quos exegerunt Iſraelitae in deſerto, denique proſelytam factam fuiſſe poſt quinquageſimum aetatis annum. Dixerat ea: condonet mihi Deus peccatum meum pro mercede funis, feneſtrae & lini. *Megilla* f. 14. 1. Regeſſit R. Ima ſenex R. Nachmano: octo prophetae, iidemque ſacerdotes orti ſunt a Rahab meretrice, Neria, Baruch, Seraja, Machaſia, Je-

Φαρὲς δὲ ἐγέννησε τὸν Ἐσρώμ·
Ἐσρὼμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀράμ.
4 Ἀρὰμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀμιναδάβ·

Ἀμι-

3. τὸν secundo loco] — 87.
Ζαρά] Θάρα 57.
Ἐσρώμ] Ἀσρώμ D. apud Lucam. Ἐσρών Editio *Ariae* Montani 3.
4. Ἀμιναδάβ] Ἀμιναδάμ 1. (semel) 16. 53. 60. 72. 86. 89. 90. *Evang.* 3. 4. 21. 22. 23. 25. *Macarius Chrysocephalus.* Contra veritatem Hebraicam, librariis Graecis aberrantibus, tum propter praecedens vocabulum Ἀράμ, tum quia longe plura nomina propria desinunt in *am*, Roboam, Joram, Joatham, Abraam, tum quia Graecis insuetum est, ut nomen desinat in litera β., tum denique quia literae μ & β in MSS. Codicibus sunt similes.

Jeremias, Hiskias, Chanameel & Sallum. R. Juda dicit: etiam Huldam ex posteris Rahab meretricis fuisse. f. 15. 1. Tradiderunt Rabbini: quatuor mulieres pulchrae fuerunt in mundo, Sara, Abigael, Rahab, & Esther. *Ruth. R.* 1. 2. R. Simon nomine R. Josuae filii Levi, & R. Chema pater R. Josuae nomine R. Non dati sunt libri Chronicorum nisi ad gloriam 1. *Chr.* IV. 21. *familiae domus texturae lini*: haec est Rahab meretrix, quae abscondidit exploratores in lino; *in domo adjurationis*: quia adjuraverant eam exploratores; *& viri Cosba*, quia mentita est regi Jerichuntis — *& incolae Lechem*, quia adhaesit Israeli — Dixerunt: X. Sacerdotes Prophetae orti sunt ex Rahab meretrice, Jeremias, Helkias, Seraja, Mahasia, Hanamael, Sallum, Baruch; Neria, Ezechiel, Busi; sunt qui dicant, etiam Huldam Prophetissam ex filiis filiorum Rahab meritricis fuisse.

Berachoth f. 7. 2. Quare vocata est *Ruth?* Respondit R. Joannes: quia meruit, ut ex ea oriretur David, qui דוה irrigavit Deum O. M. canticis & hymnis. *Sota* f. 47. 1. ex mercede quadraginta duarum oblationum quas obtulit Balac rex Moab *Num.* XXIII. 1., meruit, ut oriretur ex eo Ruth, ex qua ortus est Salomo. *Thargum* in *Ruth.* II. 12. 13. & dictum est mihi in Prophetia, orituros esse ex te reges & prophetas — & partem tuam fore cum Sara & Rebecca & Rahele & Lea. 15. & *Sanhedrin* f. 93. 2. dictum est in Prophetia orituros ex illa sex justos mundi totius, quorum singuli benedicendi sint sex benedictionibus, David, & Daniel cum sociis suis, & Rex Messias. *Bereschith R.* L. 16. *Et duas filias ejus inventas.* Dixit R. Tobia R. Isaaco, duae inventae sunt, Ruth Moabitis, & Naeman Ammonitis. Dixit R. Isaac: *Inveni Davidem servum meum Psal.* LXXXIX. 21. Ubi? inveni ipsum in Sodoma. *Thargum* 1. *Chron.* IV. 23. Ruth mater regnorum. *Bereschith R.* LI. 10. & *Ruth. R.* IV. 14. 19. *vivificemus patri nostro semen.* R. Tanchuma nomine R. Samuelis: non dictum est filium, sed semen, quod prodire debebat ex loco alio sive peregrino. Ecquodnam vero est illud? Rex Messias. *Bemidbar R.* VIII. f. 19. 1. ex filiabus ejus acceperunt ad sacerdotium, & genuerunt filios, qui stabant & ministrabant ad altare & intrabant in Sanctum, & benedicebant Israëli nomine Dei pronunciato. Hi sunt Baruch filius Neriae, Seraja filius Mahasiae, Jeremias filius Hilkiae, Hananael filius Sallum. *Ruth. R.* I. 4. Traditio nomine R. Meir: non faciunt proselytos neque baptizant eos, neque traditio fuit renovata, neque multati sunt, propter eos scriptum est *Deut.* XXIII. 4. *Ammonita*, non autem Ammonitis: *Moabita*: non autem Moabitis. I 21. Boas exposuit traditionem: *Ammonitam*, non Ammonitidem; Moabitam, non Moabitidem. & II 5. & IV. 1. 5. & *Jebamoth* f. 69. 1. *Ruth R.* II. 5. & III. 12. 15. Dixit R. Juda filius R. Simonis: steterunt ex illa sex justi, quorum singuli habent sex proprietates — Sextus est rex Messias, sicut dicitur *Esai* XI. 2. *Medrasch Thehillim* I. & IX. 6. Ammonita & Moabita prohibiti sunt prohibitione aeterna: sed mulieres eorum permissae sunt statim. *Koheleth R.* X. 1. Doegus & Achitophel — contra Davidem locuti sunt: familia ejus illegitima est; nonne ipse est ex Ruth Moabitide? *Jebamoth* f. 67. 2. & *Samuel R.* XXII. Dixit Saul; si David venit de stirpe Perez, rex evadat, qui rex rumpit sepimentum, nec est qui illum cohibeat. Dixit ei Doeg Edomaeus: quid quaeris, utrum sit ex familia, quae ipsum Regno reddat idoneum? quaere potius, an dignus sit, qui veniat in congregationem, nam ortus est de Ruth Moabitide? Respondit Abner: Ammonitam excludi scimus, at non Ammonitidem: Moabitam, at non Moabitidem Deut. XXIII. 3. Regessit Doeg: sicut ibidem Com. 2. excluso spurio intelligitur etiam excludi spuria: ita etiam Ammonitis cum Ammonita. At, inquit Abner, ratio addita excludit non feminas sed viros solum, dicitur enim: *quoniam non occurrerunt vobis cum pane & aqua*; jam vero mos non est, ut feminae ita faciant. Reposuit Doeg: debuissent viri viris occurrere, & feminae feminis. Tacuit Abner & exivit, ut consuleret scholam.

Denique etiam *Bathsebam* ab adulterii crimine absolvunt Judaei statuentes, sui juris eam fuisse, postquam ab Uria in bellum ituro, pro more gentis, libellum repudii accepisset.

Qui Thamarem, Rahab, Ruth & Bathsebam in genere Messiae numerari gloriantur, quid habent quod in Maria virgine cavillentur? quique aperta crimina excusant, cur jam ad inanes suspiciones tam sunt proclives, si non studio partium ducuntur? cur vitilitigationibus suis Doegum & ipsum Samaelem imitari potius, quam a falsa criminatione abstinere maluerunt?

Phares.] *Beres. R.* XII. 5. R. Barachia, nomine R. Samuelis dixit: Licet res creatae sint in perfectione sua, tamen ex quo peccavit Adamus primus, eversae sunt; neque restituentur, donec veniat filius Perez i. e. Messias. *Schemoth R.* XXX. R. Ashu — Perez — quia Messias stabit ex illo, in cujus diebus Deus deglutiet mortem S. D. *Esaj.* XXV. 8.

4. *Naas-*

Ἀμιναδὰβ δὲ ἐγέννησε τὸν Ναασσών·
Ναασσὼν δὲ ἐγέννησε τὸν Σαλμών.
Σαλμὼν δὲ ἐγέννησε τὸν Βοὸζ ἐκ τῆς Ῥαχάβ· 5
Βοὸζ δὲ ἐγέννησε τὸν Ὠβὴδ ἐκ τῆς Ῥούθ·
Ὠβὴδ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰεσσαί.
Ἰεσσαὶ δὲ ἐγέννησε τὸν Δαβὶδ τὸν βασιλέα· 6
Δαβὶδ δὲ ὁ βασιλεὺς ἐγέννησε τὸν ~Σολομῶντα· ἐκ τῆς τοῦ Οὐρίου.
Σολομὼν δὲ ἐγέννησε τὸν Ῥοβοάμ· 7
Ῥοβοὰμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀβιά·
Ἀβιὰ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀσά.

8 Ἀσὰ

~Σολομῶνα

Ναασσών] Νασσών L. *Ev.* 21. Verſio *Latin. Copt.* Ἀασών 6. *Theophylactus* MS. a prima manu. Ἀασσών 71. Νααςάν *Ev.* 23. *Suidas*, *Chryſocephalus*, *Theophylactus* editus. Ναασσόν Editio *Eraſmi* 1. 2.

Σαλμών, Σαλμὼν δὲ ἐγέννησε τὸν] —— 1.

5. Βοόζ] Βοός C D in Luca. *Ev.* 1. ſemel. Verſio *Copt.*

ἐκ τῆς Ῥαχάβ] —— 59. *Santes Pagninus* etiam haec verba in ſua verſione practermiſit.

τὸν Ὠβὴδ ἐκ τῆς Ῥούθ· Ὠβὴδ δὲ ἐγέννησε] —— 59.

Ὠβὴδ] Ἰωβὴδ C. Verſio *Copt. Epiphanius* Ancorat. 59. *Hieronymus* de Nom. Hebr. forte quod librario *Job* notior eſſet quam *Obed.* ὠβὴθ 80. *Chryſoceph.* ὠβὶθ *Ev.* 20,

6. ὁ βασιλεὺς] —— 1. 71. Verſio *Syr, Copt. Arab.* Codex *Latinus*, *Auguſtinus*, Autor *Operis Imperf. J. Millio* judice prol. 1245. 1471. irrepſit ex praecedentibus verbis: noſtra vero ſententia Matthaeus utrumque ſcripſit certo conſilio, quia ad honorem Jeſu pertinebat, ut dignitatis majorum ejus, inter quos David praecipue numeratur, repetitam mentionem faceret. Confer 1.*Reg.* I. 1. 13. 28. 31. 32. 37. 38. 43. 47. unde manifeſtum eſt, repetitionem iſtam ſcriptoribus ſacris non eſſe inſolitam.

Σολομῶντα] Σολομῶνα ACDEGKLM 2. 10. 11. 12. 15. 27. 33. 37. 38. 39. 42. 44. 47. 48. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 70. 71. 72. 73. 76. 78. 89. 90. 91. 106. *Ev.* 1. 2. 3. 4. 8. 9. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. Editio *Complut. Eraſm. Colinaei*, *Steph.* 1. & 2. *Bengelii.* Verſiones omnes. Ut adeo Stephanus cum Beza neſcio rurſus quas rationes Grammaticorum potius, quam veterum Codicum fidem ſecutus videatur, cum poſtea ederet Σολομῶντα. Non neſcio obſervationem *Suidae*, qui κλίνεται δὲ, inquit, Σολομῶν Σολομῶντος καὶ Σολομῶνος καὶ προπαροξυτόνως Σολόμωνος· Ἡ δὲ παλαιὰ διαθήκη Σολομῶντα καλεῖ. At vero, praeterquam quod Suidas, dum affirmat, in V. T. codicibus legi Σολομῶντα, non obſcure ſignificat, in Novo non ita legi, ipſi τῶν Ō. Codices veteres Σαλωμὼν indeclinabile exhibent, quos Codex 1. qui & hic & commate ſequenti Σαλαμὼν habet, imitatur. Debebat porro a Stephano, cum Σολομῶνα in Σολομῶντα mutaret, etiam in primo caſu cum accentu cirumflexo ſcribi Σολομῶν, non Σολομών. Nam κοιτὼν, νυμφὼν, ἀνδρὼν, ἀφεδρὼν, ἀγὼν, αἰὼν, αὐλὼν, Κεδρὼν, χειμὼν, Βαβυλὼν, Σιδὼν formant κοιτῶνα &c. ſine T. At βοῶν, τιμῶν, κολοβῶν, Ξενοφῶν, Συλοσῶν & ſimilia habent βοῶντος &c. Schol. ad *Ariſtoph.* Aves 884. πελεκὰν μέντοι πελεκᾶνος κοινῶς· Πελεκᾶς δὲ Πελεκᾶντος Ἀττικῶς. & *Servius* in Æn. 1. 100. „ Homerus", inquit, „ & Sarpe-
„ donis declinavit & Sarpedontis —— Naturalis autem declinatio eſt Sarpedon, Sarpedonis —— ſi autem geni-
„ tivum in dontis miſerit, a cicumflexo venit, qui eſt in ultima ſyllaba nominativi". Denique cauſa non erat, cur nomen Salomonis aliter atque aliter, modo Σολομὼν, ut hic apud Matthaeum, modo Σολομῶν ut *Act.* VII. 47. ab omnibus editoribus exprimeretur.

7. Σολομὼν] Σολομῶν 72.

τὸν Ἀσά, Ἀσὰ δὲ ἐγέννησε] —— 2.

Ἀβιά] Ἀβιᾶ Editt. Eraſmi. Ἀβιούδ D. apud Lucam.

4. *Naaſſon* frater *Eliſabethae* uxoris *Aaronis*, *Ex.* VI. 23. *Bemidbar R.* XIII. & *Medraſch Thehillim* LXXVII. 2. Cum ſtarent Iſraelitae juxta mare, diſceptabant Tribus, ſingulis dicentibus: ego deſcendam primus; Naaſſon proſiluit primus in mare. *Medras Aggada*, *Pirke Elieſer* 24. *Mechilta* in *Ex.* XIV. 22. f. 24. 2. *Bemidbar R.* XI. extr. Naaſſon rex fuit, & ipſe obtulit primus —— hic ſanctificavit nomen Dei in Mari. XIII. f. 209. 3 filii ſex orti ex Naaſſone fuerunt domini ſex benedictionum. Hi ſunt David, Meſſias, Daniel, Hanania, Miſael & Aſaria —— Meſſias S. D. *Eſ.* XI. R. Bibi nomine R. Rubenis dixit: propter ſex res, quae ablatae ſunt Adamo primo, & reſtituendae ſunt per filium Naaſſonis, hic eſt Meſſias; ſplendor *Jud.* V. 31. vita S. D. *Eſ.* LXV. 22.

5. In libris V. T. nusquam legitur Rahab nupſiſſe Salmoni: Judaei autem veteres Joſuam illam duxiſſe tradunt. *Koheleth R.* VIII. 10. R. Bon dixit - Joſeph ivit ad Aſſenath, Joſua ad Rahab, Boas ad Ruth.

Boas] *Thargum* 1. *Chron.* IV. 22. Boas primarius ſapientum Collegii Bethlehemitici.

8. Ex libris Regum & Chronicorum conſtat *Joramum* non patrem ſed abavum *Oſiae fuiſſe*, ita enim ſequuntur in ſerie genealogica, *Joram*, *Ochozias*, *Joas*, *Amaſias*, *Ozias*; quos etiam Codex D. apud Lucam inſeruit. Obſervandum porro, Lucam a Zorobabele ad Chriſtum numerare perſonas XXI., Matthaeum vero nonniſi XI., item a Davide ad Salathielem Lucam habere XXII. Matthaeum vero nonniſi XVI., ubi quivis facile intelligit, fieri non potuiſſe, ut in duplici ſerie ab eodem communi ſtipite progenitorum & in eadem perſona deſinentium numerus accuratus adeo variaret. Huc etiam pertinet, quod apud Matthaeum unus tantum *Jechonias* reperiatur, cum in libris Regum & Chronicorum duos habeamus patrem & filium, Joacim & Jechoniam. Nimirum nulla neceſſitas Matthaeum cogebat, ut ſingulas perſonas enumeraret, neque id ejus fuiſſe conſilium verbum ἐγέννησεν evincit, quod, uti ad comma primum notavimus, etiam nepos ab avo, imo pronepos a proavo generatus dici poſſit juxta Canonem Hebraeorum *Jebamoth* f. 67.

8 Ἀσὰ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωσαφάτ·
Ἰωσαφὰτ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωράμ·
Ἰωρὰμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ὀζίαν.
9 Ὀζίας δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωάθαμ·
Ἰωάθαμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἄχαζ·
Ἄχαζ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἐζεκίαν.
10 Ἐζεκίας δὲ ἐγέννησε τὸν Μανασσῆ·
Μανασσῆς δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀμών·
Ἀμὼν δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωσίαν.
11 Ἰωσίας δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰεχονίαν καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ, ἐπὶ τῆς μετοικεσίας Βαβυλῶνος.

12 Μετὰ

Ἀσά] Ἀσάφ C D. apud Lucam, 1. Versio *Copt. Arab. Armen. Æthiop. Syr.* posterior in margine. Epiphanius; quia Asaph, praefectus musicorum, notior erat Asa rege. Ἀσσά 49. 64. *Ev.* 16.

9. Ἰωαθάμ] Ἰωάθαν D. apud Lucam. Ἄχαζ] Ἄχας D. apud Lucam.

10. Μανασσῆ] Μανασῆ 61. 64. Μανασσῆν 47. 49. 51. 54. 55. 56. 58. 59. 62. 76. 80. 83. 90. *Ev.* 22. Theophylactus.

Ἀμών] Ἀμώς C M D. apud Lucam. 1. 33. 42. 60. Versio *Copt. Opus Imperf. Epiphanius* Haer. 21. Iterum quia Amos propheta notior erat Amone rege.

11. ἐγέννησε] + τὸν Ἰωακείμ· [Ἰακεὶμ 1. 12. 70. 71. Editio *Schmidii*] Ἰωακεὶμ δὲ ἐγέννησε M N. 1. 11. 12. 16. 33. 47. 48. 54. 56. 59. 61. a prima manu 70. 71. 91. editio *Colinaei*, *H. Stephani* A. 1576. & 1587. *Schmidii.* Versio *Syra* posterior in margine cum asterisco, Latina *Castalionis*, *Bezae* 1. & 2. Ed., *Flaccii* Illyrici, *Gallica* A. 1560. *Hispanica*, Germanica *Polani* & *Piscatoris*. + τὸν Ἐλιακείμ. Ἐλιακεὶμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωακείμ, Ἰωακεὶμ δὲ ἐγέννησε D. apud Lucam. *Epiphanius* etiam p. 22. vitiata hic esse exemplaria statuit, existimatque antiquam Lectionem Ἰεχονίας δὲ ἐγέννησε Ἰεχονίαν in nimis diligentes librarios incidisse, qui, quod ταυτολογίαν esse putarent, omiserint; ὑπό τινων ἀμαθῶν — ὡς κατὰ διόρθωσιν ἀφανισθὲν ῥητὸν, eaque occasione provocat ad τὰ ἀκριβῆ τῶν ἀντιγράφων. *Hieronymus* aliud vitium subesse suspicatur: „ Sciamus", inquit, „ Jechoniam priorem ipsum esse quem & Joakim: secundum autem filium, non patrem: quorum prior per *k* & *m*, sequens per „ *ch* & *n* scribitur. Quod scriptorum vitio & longitudine temporum apud Graecos Latinosque confusum est. Eo scilicet confugerunt, cum alia ipsis non pateret via, qua objectioni antiquis jam temporibus factae occurrerent, cujus idem Hieronymus, initio in Danielem, mentionem facit his verbis: „ In Evangelio secundum „ Matthaeum videtur deesse generatio — quod ignorans *Porphyrius* calumniam struit Ecclesiae". Praestitisset autem, nihil respondere, quam temere respondendo, autoritatemque veterum Codicum, Versionum & Patrum in dubium vocando, multo majoribus se difficultatibus impedire. Matthaeum quidem ab Abrahamo ad Christum nonnisi XLI. personas numerasse satis probatur tum consensu Codicum veterum plerorumque, & Versionum, tum objectionibus Porphyrii atque *Manichaeorum*. tum Confessione *Chrysostomi* Hom. 4. item scholii ἀνεπιγράφου *Cod.* 34. ἀπὸ τῆς μετοικεσίας Βαβυλῶνος ἕως τοῦ χριστοῦ δέκα τρία πρόσωπα τέθεικεν ὁ εὐαγγελιστής. porro e Latinis Hieronymi, uti vidimus, atque *Augustini*, qui de Consensu Evang. II. 4. „ acute " inquit „ animadvertendum est Matthaeum excepto ipso Christo XL. homines in generationum serie numerasse —— non tamen „ eas in summam duxit, ut diceret, fiunt omnes XLII. Unus quippe in illis progeneratoribus bis numeratur „ i. e. Jechonias. item c. Faust. III. 4. Quid sibi velit numerus generationum secundum Matthaeum, ut „ ter XIV. digerantur, quibus in summa computatis una minus appareat? & de Diversis 63. quibus Autorem „ *Operis Imperfecti* addimus.

11. & 17. μετοικεσίας] μετοικησίας. & 12. μετοικεσίαν] μετοικησίαν L. 1. bis. 40. 72. *Ev.* 1. 7. semel. 16. 17.

67. 2. 70. 1. *Kidduschin* f. 4. 1. בני בנים הרי הם כבנים. Cumque ipsi unice propositum fuisset, ostendere Jesum ex praenobili & regia Prosapia ortum, illud obtinere utique potuit etiam non omnibus personis enumeratis. Si quaeris, cur Matthaeus, qui omnes *primae classis* personas enumeravit, in *secunda* & *tertia* plures omiserit? mihi videtur, ipsam primae classis enumerationem id effecisse; cum enim videret, tum illam duplici septenario, qui Judaeis numerus sacer est, contineri; tum totam seriem in tres periodos notabiles commode distingui posse, eorum qui ante regnum, in regno, & post regnum ex illa familia fuissent prognati; τῶν δεκατεσσάρων numerum per omnes classes retinere, eoque fine quosdam resecare statuisse. Si porro quaeris: cur istos potius quam alios praetermiserit? ejus rei rationem ex similitudine nominum petendam esse existimo; licet enim אחזיהו & עזיה Hebraeis diversissime scribantur, pronunciatione erant tamen simili Ὀχοζίας & Ὀζίας, ita ut ista dua nomina, inprimis a Galilaeis non distinctissime pronunciantibus, sono confundi facile potuerint: quae res Matthaeo occasionem praebuisse videtur, ab uno Ozia ad alterum transiliendi. Eadem, ni fallor, causa *Jojakimum* & *Jechoniam* in unum confudit. Multi vero tertiae classis ideo praetermissi sunt, quia nihil ad propositum Matthaei faciebat etiam illos recensere, qui nulla re gesta inclaruissent.

11. Si quis vero quaerat, quem morem secutus Matthaeus rationes ita inierit, ut ex XIV. ter sumtis nonnisi XLI. conficeret, eundemque Jechoniam ultimum classis secundae, primumque tertiae poneret? Respondeo, secutum esse morem Medicorum in numerandis diebus criticis; quam in rem duplex *Galeni* testimonium afferam, primum reperitur *in Hippocrat. de Praenot.* 3. ἀριθμεῖσθαι μὲν τὰς ἑβδομάδας τοιῷδε τρόπῳ βούλεται, δύο μὲν ἐφεξῆς ἀλλήλων τὰς πρώτας κατὰ διάζευξιν, ἕπεσθαι δὲ αὐταῖς τὴν τρίτην κατὰ συνάφειαν. Διάζευξις μὲν οὖν ἐστιν, ὅταν, ἐφ' ἑτέραν ἡμέραν ληξάσης τῆς προτέρας ἑβδομάδος, ἡ μετὰ ταύτην ἀφ' ἑτέρας ἄρξηται. Συνάφεια δ' ὅταν ἡμέρα μία κοινὴ τῶν ἑβδομάδων ἀμφοτέρων γένηται, τελευτώσης μὲν εἰς αὐτὴν τῆς προτέρας, ἀρχομένης δὲ τῆς ἑτέρας ἀπ' αὐ-

Μετὰ δὲ τὴν μετοικεσίαν Βαβυλῶνος, Ἰεχονίας ἐγέννησε τὸν Σαλαθιήλ· 12
Σαλαθιὴλ δὲ ἐγέννησε τὸν Ζοροβάβελ.
Ζοροβάβελ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀβιούδ· 13
Ἀβιοὺδ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἐλιακείμ·
Ἐλιακεὶμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀζώρ.
Ἀζὼρ δὲ ἐγέννησε τὸν Σαδώκ· 14
Σαδὼκ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀχείμ·
Ἀχεὶμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἐλιούδ.

15 Ἐλι-

12. Σαλαθιήλ] Σαλλαθιὴλ Ευ. 1.
13. Ἀβιούδ] Βιούδ 47. 53. 56. 64. τὸν Ἀζώρ· Ἀζὼρ δὲ ἐγέννησε] — 46.
Ἀζώρ] Ἀζόρ 1. ἐζώρ 52. εζρώμ Ευ.. 4.
14. Ἀχείμ] Ἀχίν 1. Versio *Copt.* *Syr.* utraque in Textu. ἀχὴν Editt. *Erasmi.* Ἀχείν Editio Bogardi. Ἰαχείν D. apud Lucam.

τῆς, καὶ διὰ τοῦτο τὴν κ. ἡμέραν ἐσχάτην εἶναι τῆς Γ. ἑβδομάδος, ὡς εἴγε αὕτη κατὰ διάζευξιν ἠριθμεῖτο, τὴν κα. ἡμέραν οὐ τὴν κ. ἰσχυροτέραν ἐχρῆν εἶναι. i. e. Hebdomadas hoc modo numerari vult Hippocrates, duas quidem priores disjunctim, tertiam vero quae illas sequitur conjunctim. Disjunctio autem est; quando prima hebdomade in uno die desinente, secunda ab alio die incipit: Conjunctio quando unus idemque dies communis est duarum hebdomadum, priori quidem in illo die desinente, posteriori vero ab eodem incipiente. Ideoque diem vicesimum tertiae hebdomadis ultimum esse, quum si disjunctim numeraretur, non vicesimo sed vicesimo primo desinere oporteret. Alterum extat in *Hipp. Aphoris.* 2. πλὴν ὅτι ταύτην τὴν ἑβδομάδα [τὴν Γ.] συνάπτει τῇ β, καίτοι τὴν β. ἀποχωρήσας τῆς α.; ἀρχὴν γὰρ αὐτῆς ἔφησεν εἶναι τὴν η. ἡμέραν, οὐ μήνγε τῆς γ. τὴν ιε, ὥς τινες τῶν μετ' αὐτὸν ὑπέλαβον, ὅτι μηδὲ τὴν κα. τὸ πέρας. ἀλλ' ἀρχὴν μὲν τῆς γ. ἑβδομάδος τὴν ιδ. ἡμέραν, τελευτὴν δὲ καὶ πέρας τὴν κ. Διατί δὲ τὰς πρώτας μὲν ἑβδομάδας κατὰ διάζευξιν ἀλλήλων ἔταξε, τὴν γ. δὲ τῇ β. κατὰ συνέχειαν, ἐν τῇ περὶ κρισίμων ἡμερῶν πραγματείᾳ λέλεκται i. e. Veruntamen tertiam hebdomadem secundae connectit, licet secundam a prima separasset, dixit enim secundae initium esse diem octavum, tertiae vero nec initium esse diem XV. ut quidam post ipsum putarunt, nec terminum esse diem XXI. sed initium quidem tertiae hebdomadis esse diem decimum quartum, finem vero terminumque esse diem vicesimum. Cur autem priores quidem hebdomadas disjunctim ordinaverit, tertiam autem conjunctim secundae, in tractatione de diebus criticis dictum est.

Eodem fere modo Judaei numerant tempus duplicis Nasiraeatus esse LIX. dies; quia dies XXX. ultimus dies primi Nasiraeatus & primus secundi habetur. *Nasir* III. 2.

R. *Bechai* ad *Gen.* XXXVIII. observat: a Davide ad Jechoniam omnes fuisse & Reges & Regum filios. Tali prosapia gloriatur Julius Caesar oratione funebri in obitu Juliae amitae apud *Sueton. Jul.* 6. Est ergo in genere & sanctitas Regum, qui plurimum inter homines pollent, & cerimonia Deorum, quorum ipsi in potestate sunt Reges.

μετοικεσίας] *Harpocratio.* μέτοικος μέν ἐστιν ὁ ἐξ ἑτέρας πόλεως μετοικῶν ἐν ἑτέρᾳ, καὶ μὴ πρὸς ὀλίγον, ὡς ξένος ἐπιδημῶν, ἀλλὰ τὴν οἴκησιν αὐτόθι κατασησάμενος. *Isocrates Paneg.* τοὺς δὲ μετοικεῖν, καὶ φύσει πολίτας ὄντας νόμῳ τῆς πολιτείας ἀποστερεῖσθαι. de *Jugo* & *Æginet.* & *Epist.* 8. πολὺ γὰρ ἀθλιώτερον, παρὰ τοῖς αὐτοῦ πολίταις ἠτιμωμένον οἰκεῖν, ἢ παρ' ἑτέροις μετοικεῖν. *Aristoteles de Rep.* II. 1. ὁ δὲ πολίτης οὐ τῷ οἰκεῖν που πολίτης ἐστι. καὶ γὰρ μέτοικοι καὶ δοῦλοι μετέχουσι. κοινωνοῦσι τῆς οἰκήσεως. Taos apud *Stobaeum* XXXVIII. ὅτι μέτοικος, ὀνειδίζουσι δὲ πολλοὶ λέγοντες· μέτοικε. *Joseph. Ant.* I. 1. 4. ὁ θεὸς μετοικίζει τὸν Ἄδαμον καὶ τὴν Εὔαν ἐκ τοῦ κήπου εἰς ἕτερον τόπον. *Dio Cass.* p. 48. Ἐλουίτιοι —— εἰς ἑτέραν τινὰ καὶ πλείω καὶ βελτίονα χώραν μετοικισθησόμενοι. *M. Antonin.* X. 8. ὥσπερ εἰς μακάρων τινὰς νήσους μετῳκισμένος. *Lucianus Dial. Mort.* II. 1. οὐ φέρομεν, ὦ Πλούτων, Μένιππον τουτονὶ τὸν κύνα παροικοῦντα, ὥστε ἢ ἐκεῖνον ποῖ κατάστησον, ἢ ἡμεῖς μετοικήσομεν εἰς ἕτερον τόπον. *Justinus Hist.* VIII. 5. de Philippo Macedone. Ut pecora pastores nunc in hibernos nunc in aestivos saltus trajiciunt: sic ille populos & urbes, ut illi vel replenda vel derelinquenda quaeque loca videbantur, ad libidinem suam transfert. *Codic.* l. X. Tit. 4. super *metoecis* —— qui jussu Principis in alium locum translati sunt. *Panegyricus* Flaviensium nomine Constantino dictus 4. Pater tuus civitatem Heduorum voluit jacentem erigere, perditamque recreare, non solum pecuniis ad Calendaria largiendis —— sed & metoecis undique transferendis. Μετοικεσίαν οἱ Ο. vocare solent Judaici populi translationem ex patria in Babyloniam, quae Hebraeis *Captivitatis* nomine venit 4 *Reg.* XXIV. 16. &c. vid. *Act.* VII. 4. 43.

ἐπί] *Porphyrius* de *Abstinent.* IV. 17. Βαρδησάνης ἀνὴρ Βαβυλώνιος ἐπὶ τῶν πατέρων ἡμῶν γεγονώς.

16. *Druthmarus.* Cum audis *virum* —— consuetudo Historiographorum est, historiam sic scribere, sicut eo tempore putatur, quando res agitur.

Μαρίας] Idem nomen fuit sorori Aaronis & Mosis. *Joseph Bell.* VI. 3. 4. γυνή τις τῶν ὑπὲρ τὸν Ἰορδάνην κατοικούντων Μαρία τοὔνομα. *Luc.* I. 48. XI. 27. *Ovid. Metam.* XV. Quam sua progenies: neque enim de Caesaris actis ullum majus opus, quam quod pater extitit hujus —— quam tantum genuisse virum —— qui nominis haeres impositum feret unus onus, caesique parentis Nos in bella suos fortissimus ultor habebit.

Genus Christi *non a Maria*, *sed Josepho* ducitur, more scripturae, & juxta Canones Hebraeorum, qui non solent in generationibus ordinem mulierum texere, quod notatum Hieronymo, Augustino, Theophilo Antioch. Chrysostomo H 2., Damasceno de Fid. Orthod. IV. 14. *Quaest.* & *Resp.* ad Orthod. CXXXIII. inter opera *Justini. Bereschith R.* VII. 3. *Jebamoth* f. 54. 2. *Bava*

15 Ἐλιοὺδ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἐλεάζαρ·
Ἐλεάζαρ δὲ ἐγέννησε τὸν Ματθάν·
Ματθὰν δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰακώβ.
16 Ἰακὼβ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωσὴφ τὸν ἄνδρα Μαρίας,
ἐξ ἧς ἐγεννήθη Ἰησοῦς ὁ λεγόμενος Χριστός.
17 Πᾶσαι οὖν αἱ γενεαὶ ἀπὸ Ἀβραὰμ ἕως Δαβὶδ, γενεαὶ δεκατέσσαρες· καὶ ἀπὸ Δα-
βὶδ ἕως τῆς μετοικεσίας Βαβυλῶνος, γενεαὶ δεκατέσσαρες, καὶ ἀπὸ τῆς μετοικεσίας
Βαβυλῶνος ἕως τοῦ Χριστοῦ, γενεαὶ δεκατέσσαρες.

18 Τοῦ

15. Ἐλεάζαρ] Ἐλιάζαρ 48. Versio *Syr. Armen.*
Ματθάν] Ματθάτ 68. Ματθάμ Editio *Complut.* Μαθθάν D. apud Lucam.
16. Ἰησοῦς] — 1. 64.
ὁ λεγόμενος] — 64.
17. αἱ] — 76.
ἕως] + τοῦ 67.

Bathra f. 110. 2. משפחת אב *genus paternum* קרויה משפחה משפחת אם אינה קרוית משפחה *vocatur genus: genus maternum non vocatur genus.* Quem morem etiam *Homerum* tenuisse observatur in *Schol. parv.* ad *Il.* λ. 749. ἀπὸ μητρὸς γὰρ Ὅμηρος οὐδένα σημαίνει, & ad *Odyss.* ρ. 134. τὰ ἀπὸ μητέρων οὐ σχηματίζει ὁ ποιητής & *Heraclit. Pontic. Allegor. Hom.* σύνηθες γὰρ Ὁμήρῳ, τοῖς πατρόθεν ἐπιθέτοις χρῆσθαι, τὰ δ' ἐκ μητέρων οὐκ ἂν εὕροι τις ὅλως παρ' αὐτῷ. Hinc *Herodotus* I. 36. tanquam singulare quid de Lyciis narrat, eos non a patribus, sed a matribus denominari consuevisse. ἓν δὲ τόδε ἴδιον νενομίκασι, καὶ οὐδάμοισι ἄλλοισι συμφέρονται ἀνθρώπων, καλέουσι ἀπὸ τῶν μητέρων ἑωυτοὺς, καὶ οὐκὶ ἀπὸ τῶν πατέρων. Εἰρομένου δὲ ἑτέρου τοῦ πλησίον, τίς εἴη, καταλέξει ἑωυτὸν, καὶ τῆς μητέρος ἀναμνέεται τὰς μητέρας.

Cum autem ex iis, quae mox a Matthaeo subjiciuntur, constet, Jesum non fuisse filium Josephi naturalem, consequens est, ut intelligamus, fuisse filium adoptivum. Filios enim adoptivos in familiam ejus, a quo adoptati erant, transiisse, eumque patrem appellasse, notum est; ita Galba Pisonem adoptando gentis Sulpiciae & Lutatiae decora nobilitati ipsius adjecisse dixit, a Pisone etiam patris nomine vocatus *Tacit. Hist.* I. 15. 17. & *Ovidius Met.* XV. Augustum natum Caesaris, & Caesarem Augusti parentem bis apellat, quod etiam in nummis legitur. Cum igitur Josephus Mariam uxorem & Jesum filium & haeredem a Deo datum accepisset, manifestum est, Jesum in ipsius familiam insertum fuisse. Quod nisi admittatur, ad quam familiam referetur; cum maternum genus, uti diximus, in censum non veniat? imo cum puer, matrimonio inter Josephum & Mariam consummato natus, certissime ex genere Josephi fuisset, tantum aberat, ut per miraculum interveniens fieret deterioris conditionis & nullius familiae, ut hoc ipso potius & multo magis nobilitatus fuisse, & omnia jura, quae natura dedisset; salva atque integra servasse, merito sit existimandus.

ἐγεννήθη] γεννᾷν Graecis & de patre & de matre dicitur. *Plut. Sympos.* II. 4 λήγουσι τίκτουσαι πολὺ πρότερον, ἢ γεννῶντες οἱ ἄνδρες. Instit. p. 3. C. δεῖ τὰς μητέρας, ἃ γεγεννήκασιν, αὐτὰς τιτθεύειν. Agesil. p. 497. A. τὸ γεννηθὲν ἐξ αὐτῆς παιδίον. & εἰ πρεσβ. πολιτ. p. 791. F. Μασανάσσην δ' ἱστορεῖ Πολύβιος G. ἐτῶν ἀποθανεῖν, τετραετὲς καταλιπόντα παιδάριον, ἐξ αὐτοῦ γεγεννημένον. *Antonin. Liberal.* ἐὰν γεννήσῃ κόρην. Dryope γεννᾷ παῖδα. *Palaephat.* 2. Pasiphae γεννᾷ παῖδα. *Jo.* XVI. 21.

17. Genealogiam Christi a Matthaeo & Luca editam comparantes, deprehendemus a Luca quidem eosdem omnes iisdemque nominibus numerari, qui in prima classe inter Abrahamum ad Davidem apud Matthaeum extant, verum pro XIV. regibus quos Matthaeus in secunda classe exhibet, apud Lucam reperiri viginti diversos, aliisque nominibus appellatos, in tertia vero Classe nonnisi in duobus prioribus & duobus posteriobus convenire, pro reliquis vero IX. quos habet Matthaeus, a Luca iterum recenseri XVIII. alios. Quaeritur igitur, quo modo intelligi possit, utramque Genealogiam, in qua tam apparens dissensus conspiciatur, veram esse? Ea res tum Judaeos hodie tum Manichaeos olim ita offendit, ut putarent se satis habere caussae vel totam doctrinam Christi vel saltem genealogiam utramque ceu falsam rejiciendi. vid. *Augustin.* c. Faust. III. 1. Dissensum, qui videbatur esse circa *numeros* conciliavi ni fallor ad comma 8., restat ergo quaestio de *nominibus. Tota in hoc quaestio est*, ut verbis *Augustini c. Faust.* III. 3. utar, *quomodo potuerit duos habere patres Joseph?* addo, *& Salathiel?* Licet autem duos patres naturales nemo habere possit, potest tamen habere unum jure naturae & alterum adoptionis sive ἐπιγαμβρείας jure. *Unde nobis visum est*, verbis iterum *Augustini* utor, Quaest. in Deut. XXV. 5. *magis secundum adoptionis morem* „ solvere in Evangelio „ quaestionem de duobus patribus Josephi, quorum „ unum commemorat Matthaeus, eum scilicet qui „ genuit Joseph, alterum Lucas, cujus filius erat „ Joseph ". Si enim qui ex fratre viri dudum mortui generatus est, Judaeis potuit filius & σπέρμα illius viri appellari *Matth.* XXI. 24. multo potiore jure ita vocari poterat, qui a superstite sciente & volente adoptabatur; his adde quae de adoptione Jesu modo dicta sunt. Existimo autem Lucam simpliciter seriem eorum exhibere, ex quibus Josephus & Zorobabel per generationem naturalem orti sunt, Matthaeum vero ab ea, quam natura dederat, serie, studio ad jus adoptionis bis deflexisse, ut ad Reges genus Christi referret: Sicut quosdam de industria praetermisit, ne numerus singularum Classium ultra XIV. excresceret.

Ea pars Genealogiae, quae ad tempora libris V. T. posteriora pertinet, peti potuit ex tabulis publicis, quas ad tempora Herodis Magni asservatas fuisse testis est *Julius Africanus* apud Eus. H. E. I. 7. ἀναγράπτων εἰς τότε ἐν τοῖς ἀρχείοις ὄντων τῶν Ἑβραί-

κῶν

Τοῦ δὲ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἡ γέννησις οὕτως ἦν. Μνηστευθείσης γὰρ τῆς μητρὸς αὐτοῦ 18
Μαρίας τῷ Ἰωσὴφ, πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτοὺς, εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα ἐκ πνεύματος
ἁγίου.

18. Ἰησοῦ] —— Versio *Latin. Irenaeus* III. 18. *opus Imperfect.* Cum quibus faciunt *Erasmus*, *Millius* & *Bengelius.* „ *Suspicor*, inquit, Erasmus, *additum Jesu* vel a scriba vel ex consuetudine recitationis Ecclesiasticae. „ Nam —— ad contextum sermonis non perinde congruit additum Jesu nomen. Sic enim habet: & a trans- „ migratione Babylonis usque ad Christum generationes quatuordecim, Christi autem generatio sic erat. Re- „ petitur vox Christi a proximo". Vix autem, puto, aut aberrationi scribae lectionem suorum codicum tribuisset, si exploratum habuisset, in omnibus Graecis Codicibus ita legi: aut consuetudini recitationis Ecclesiasticae, cum ipsa, si titulo credimus, vocem Ἰησοῦ non habeat. Ex Irenaei Latina Versione, quam Millius urget, nondum conficitur ipsum Irenaeum ita legisse, cum ad ipsius propositum aeque faceret lectio edita. Bengelius alio pugnat argumento; *etenim*, inquit, *Graece* Ἰησοῦς ὁ χριστὸς *dicitur*, ὁ Ἰησοῦς χριστὸς *nusquam dicitur*; quod tamen firmum esse non potest, nisi prius ipsi licentia concedatur, sex alia Actorum, Epistolarum, & Apocalypseos loca, quae sibi ipse objicit, immutandi atque refingendi. Quod tandem Erasmus ait, cum fine commatis praecedentis non satis congruere additum Jesu nomen, facile solvitur, si dicamus, optime congruere cum commate primo: *Illius* Jesu Christi, cujus genus enumeravi hactenus, nativitas ita sese habet. Mihi quidem nec auctoritas Latini interpretis nec argutiolae Criticorum, cum omnium Graecorum codicum, caeterarumque Versionum consensu ullo modo comparari posse videntur.

χριστοῦ] —— 74.

γέννησις] γένεσις C. 1. *Euseb.* Demonstr. VII. 1. *Maximus* Dial. 3. γένεσις εἶπεν, οὐ γέννησις —— ἐν ν. οὐχὶ δύο. in *Vita Syncleticae* p. 84. ap. Coteler. Astrologi hac voce pro suis praedictionibus ex Genesi sive themate natalitio pugnabant, quibus Orthodoxus respondet, τὸ πρὸς ἀνθρώπου οἰκονομικῶς γενέσθαι γένεσις ὠνόμασαι. Ab hoc commate inchoabant Graeci Lectionem, cui titulus est, εἰς ὄρθρον τῆς Χριστοῦ γενέσεως. Nec tamen auctoritate Maximi moveor, ut cum H. Grotio suspicer, olim plerosque Codices habuisse γένεσις, quin potius illum

κῶν γενῶν; imo ultra Herodis tempora, teste fide digniore *Fl. Josepho* qui in vita sua 1. successionem generis sui in tabulis publicis scriptam reperisse profitetur, τὴν μὲν οὖν τοῦ γένους ἡμῶν διαδοχὴν, ὡς ἐν ταῖς δημοσίαις δέλτοις ἀναγεγραμμένην εὗρον, οὕτως παρατίθεμαι, τοῖς διαβάλλειν ἡμᾶς πειρωμένοις χαίρειν φράσας. *Bereschith R.* XCVIII. Hillel unde fuit? Dixit R. Levi: tabulas genealogicas invenerunt Hierosolymis, & scriptum fuit in illis: Hillel ex Davide &c.

Γενεαὶ] Γενεὰ aetatem significat. Nostra aetas v. gr. eo temporis spatio circumscribitur, quo nos & nostri aequales in hoc mundi theatro partes Actorum sustinemus, & muneribus publicis rebusque gerendis idonei sumus. Praecessit aetas parentum, succedit aetas filiorum. Licet vero aetas ipsa, si singulos consideremus, modo brevior sit modo longior, pro communi tamen mensura triginta circiter anni computari solent, ita ut seculo uno tres γενεαὶ sive aetates contineantur. *Herod.* II. 74. γενεαὶ γὰρ τρεῖς ἑκατὸν ἔτεα ἐστι & I. 7. ἄρξαντες ἐπὶ β. καὶ κ. γενεὰς ἀνδρῶν ἔτεα πέντε τε καὶ πεντακόσια παῖς παρὰ πατρὸς ἐκδεκόμενος τὴν ἀρχὴν & VI. 98. ἐπὶ γὰρ Δαρείου τοῦ Ὑστάσπεος καὶ Ξέρξεω τοῦ Δαρείου, καὶ Ἀρταξέρξεω τοῦ Ξέρξεω, τριῶν τουτέων ἐπεξῆς γενεῶν ἐγένετο πλέω κακὰ τῇ Ἑλλάδι ἢ ἐπὶ κ. ἄλλας γενεὰς τὰς πρὸ Δαρείου γενομένας & *Porphyr.* Quaest. Homer. 14. ad Il. α. 250. Νέστωρ δὲ γέρων, ἐφ' οὗ Δύο μὲν γενεαὶ μερόπων ἀνθρώπων ἐφθίαθ', οἵ οἱ πρόσθεν ἅμα τράφεν ἠδ' ἐγένοντο· μετὰ δὲ τριτάτοισιν ἄνασσε· δύο μὲν γὰρ γενεαὶ ἐφθάρησαν τῶν πρὸ αὐτοῦ, ἥτε τῶν πατέρων, ὑφ' ὧν γεννηθεὶς ἀνετράφη, καὶ ἡ τῶν ἀδελφῶν —— τρίτης δὲ ἄρχει τῆς τῶν παίδων γενεᾶς, οἱ σὺν αὐτῷ ἐστράτευσαν. —— εἰ δὲ γενεὰ λέγεται ἡ τοῦ τίκτειν καὶ γεννᾷν τελείωσις, ἥτις τὴν τριακονταετῆ περίοδον ἔχει, ὁ τὰ ἑξήκοντα ἔτη πληρώσας, δύο ἂν εἴη γενεὰς βιώσας —— ὥστε δύο γενεαὶ ἀνθρώπων ἐφθάρησαν· οὐχ' ὅτι καὶ ἀνθρώπους φησὶν ἀποθανεῖν, ἀλλὰ δύο περιοδικὰς γενεὰς τὰς καλουμένας ἀνθρωπίνας, ὡσεὶ ἔλεγε δύο τριακονταετίας, αἳ καλοῦνται γενεαὶ ἀνθρώπειοι. *Etymol. M.* γενεὰ —— ἐπὶ διαστήματος χρόνου τῶν μὴ κατ' αὐτὸ βεβιωκότων, τῷ δ' ἤδη δύο μὲν γενεαὶ —— γενεὰ λέγεται καὶ τὰ κθ. ἔτη, ὡς τὸ· Τῷ δ' ἤδη δύο μὲν γενεαί. *Demosth* .... ἐπὶ τῆς ἡμετέρας γενεᾶς *Isocrat.* in Busiride, Hercules Perseo τέτρασι γενεαῖς νεώτερος. *Jamblich.* Vit. Pythag. 36. ἑπτὰ γενεαῖς ἔγγιστα πρὸ Πλάτωνος. *Plut*... μετὰ τρεῖς γενεάς. de Orac. def. p. 415. E. ἔτη λ. ποιοῦσι τὴν γενεὰν καθ' Ἡράκλειτον, ἐν ᾧ χρόνῳ γεννῶντα παρέχει τὸν ἐξ αὐτοῦ γεγεννημένον ὁ γεννήσας. *Dionys. Halicarn.* tot γενεὰς numerat, quot erant successiones regum. *Aristides* in Romam p. 209. γενόμενοι δὲ ὅμως ἐπὶ καιρῶν, ὥσπερ ἐν κλήρου περιόδῳ, ἀποστάται τῶν ἑλλήνων ἑκάτεροι, οὐδ' εἰς μίαν ὡς εἰπεῖν γενεὰν διεσώσαντο τὴν τάξιν. *Elias* in Monum. Cotelerii κατὰ τὴν γενεὰν αὐτοῦ καλός ἐστι. καὶ λέγουσιν αὐτῷ, κατὰ δὲ τοὺς ἀρχαίους τί; *Horat.* Epodon XVI. 1. Altera jam teritur bellis civilibus aetas. & Carm. III. 6. 46. Ætas parentum pejor avis Tulit nos nequiores, mox daturos Progeniem vitiosiorem. Hebraeis vocatur דור. *Gen.* VI. 9. ἐν τῇ γενεᾷ αὐτοῦ. VII. 3. ἐν τῇ γενεᾷ ταύτῃ. XV. 6. τετάρτῃ *Deut.* VII. 9. εἰς χιλίας γενεὰς XXIII. 3. ἕως δεκάτης γενεᾶς Job XLII. 15. τετάρτην γενεάν. ψ. CIV. 8. εἰς χιλίας γενεὰς *Epist. Jerem.* 3. ἕως γενεῶν ἑπτὰ & in N. T. saepius.

18. μνηστευθείσης] *Plut. Amator.* p. 734. D. ταύτην ἐμνηστεύοντο νεανίαι λ. *Dio Cass.* LVI. p. 393. μνηστεύειν ὑμῖν ἁπαλὰς ἔτι κόρας καὶ μήπω γάμων ὥρας [l. ὡραίας] ἐπέτρεψα, ἵνα τὸ ὄνομα τῶν μελλονυμφίων ἔχοντες. *Isocrat. Helen.* Βουληθέντος αὐτῷ μνηστεῦσαι κόρην.

γὰρ] Narrationem orditur Evangelista à conjunctione γὰρ, quae non caussae, ut in aliis linguis, sed explanandi significationem habet, & converti in Latinum potest *nempe*, *scilicet*, *nimirum.* Ita eleganter Graeci loquuntur. *Xenoph.* Cyrop. VIII. ὡς δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσι θεραπεύων πολὺ ἐκράτει, τοῦτο νῦν διηγήσομαι. Πολὺ γὰρ διενεγκὼν ἀνθρώπων τῷ πλείστας προσόδους λαμβάνειν, πολὺ ἔτι πλέον διήνεγκε τῷ πλεῖστα ἀνθρώπων δωρεῖσθαι. l. I. Μάθε δέ μου, ὦ παῖ, καὶ τάδε τὰ μέγιστα. Παρὰ γὰρ ἱερὰ καὶ οἰωνοὺς μήτ' ἐν σαυτῷ μηδέποτε μηδ' ἐν τῇ στρατιᾷ κινδυνεύσῃς. *Hist.* Graec. IV. φράσω δὲ καὶ τὸ πλῆθος ἑκατέρων. ξυνελέγησαν γὰρ ὁπλῖται Λακεδαιμονίων μὲν εἰς ἑξακισχιλίους. *Herodot.* II. 5. ἔστι δ' ἕτερον τοιοῦτον. αἰγύπτου γὰρ φύσις τῆς χώρης ἐστι τοιήδε & VI. 14. τὸν δὲ περὶ αὐτοῦ ἦχον, λέξω. ἀριστέην γὰρ λέγουσι. & de Vita

19 ἁγίου. Ἰωσὴφ δὲ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, δίκαιος ὢν, καὶ μὴ θέλων αὐτὴν παραδειγματίσαι,

ſcriptorem titulum Lectionis cum eo, quod Apoſtolus ſcripſerat, temere confudiſſe, aut in Codicem vitioſum incidiſſe exiſtimo. Et quamvis argutae atque anxiae novitiorum ſcholaſticorum diſtinctioni inter γενητὸν & γεννητὸν parum tribuam, ſciamque Jeſum in libris ſacris dici γενόμενον Gal. IV. 4. Rom. I. 3. Jo. I. 4. Cum tamen Jeſus & infra commate 20. & II. 1. diſerte vocetur γεννηθεὶς, & vox γενέσεως commate primo aliud ſignificet, magis conſentaneum videtur, eam lectionem a Matthaeo profectam fuiſſe, quam plerique omnes Codices Graeci exhibent, nimirum γέννησις. Conf. Luc. I. 14. 35.

γὰρ] — 1 Verſio *Latin. Syr. Copt. Epiphan.* Haer. 51.

μητρὸς] μητέρος Eraſm. 1.

πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτοὺς] — Omiſſum de induſtria, ut recte judicat *J. Millius*, quod ἀειπαρθενίαν B. Virginis oppugnare videretur.

19. παραδειγματίσαι] δειγματίσαι Codex 1. Verſio Latina tum in Cod. Cantabrig. ubi legitur *praepalare*, tum in Edit. Vulgata, *traducere*, ita enim vertit τὸ δειγματίσαι *Col.* II. 15. Origenes & Euſebius in χ. Cod. 34. 39. 41. εὖ γοῦν μοὶ καὶ τὸ μὴ θέλειν αὐτὴν δειγματίσαι εἰρῆσθαι δοκεῖ ὑπὸ τοῦ Εὐαγγελιστοῦ, οὐ γὰρ ἔφη μὴ θέλων αὐτὴν παραδειγματίσαι, ἀλλὰ μὴ δειγματίσαι θέλων, πολλῆς οὔσης ἐν τούτοις διαφορᾶς. Nimirum δειγματίζειν ſecundum Eraſmum eſt ſimpliciter oſtendere, παραδειγματίζειν in malam partem ſonat, quod & Bezae placuit. Ex qua utriusque verbi differentia facile intelligimus, quid illos Criticos moverit, ut verba Matthaei mutarent, & pro παραδειγματίσαι ſcriberent δειγματίσαι. Cum enim, ut putabant, Joſephus jam tum temporis ſciviſſet, Mariam ex ſpiritu ſancto concepiſſe, viderentque non potuiſſe in laudibus ejus poni, quod virginem, cujus innocentiam noſſet, ſupplicio aut contumelia non affeciſſet, eo confugerunt, ut dicerent, ſententiam loci eſſe: Joſephum non fuiſſe auſum, ea quae de mirabili hoc conceptu probe noverat, evulgare. Similia habent Baſilius & Theophylactus: quae quam ſint contorta nemo non videt.

ta Homeri 1. Ἡρόδοτος ὁ Ἁλικαρνασσεὺς περὶ Ὁμήρου γενέσιος καὶ ἡλικίης καὶ βιοτῆς τάδε ἱστόρηκε, ζητήσας ἐπεξελθεῖν εἰς τὸ ἀτρεκέστατον. ἐπεὶ γὰρ ἡ πάλαι Αἰολιῶτις Κύμη ἐκτίζετο. *Matth.* III. 3.

συνελθεῖν] Antequam ipſam ſolenni nuptiarum ritu domum deduxiſſet, (quod comm. 20. vocat παραλαβεῖν τὴν γυναῖκά σου) conſortemque tori feciſſet. Utrumque enim, ubi de matrimonio Sermo eſt, ex natura rei intelligitur. Eodem ſignificatu venit 1. *Cor.* VII. 5. *Xenophon* Oeconom. οὐκοῦν συνεληλύθαμεν, ὦ γύναι, ὡς καὶ τῶν σωμάτων κοινωνήσοντες ἀλλήλων. *Palaephat.* 50. ἔδοξε τῇ γῇ Λάδωνι τῷ ποταμῷ εἰς συνουσίαν ἐλθεῖν· καὶ ἐπεὶ συνῆλθον ἀλλήλοις. *Ælianus* Hiſt. Anim. III. 9. κορῶναι ἀλλήλαις εἰσὶ πιστόταται, καὶ ὅταν εἰς κοινωνίαν συνέλθωσι, πάνυ σφόδρα ἀγαπῶσι σφᾶς. & IX. 13. μένουσιν ἄμφω τὴν νύκτα. ἐν μὲν γὰρ τῷ ὕδατι συνελθεῖν οὐ δύνανται, μεθ᾽ ἡμέραν δὲ ἐπὶ γῆς συμπλακῆναι ὀῤῥωδοῦσι· νυκτὸς δὲ ἐπιστάσης κατὰ πολλήν τινα ἄδειαν προσελθόντες ἀλλήλων ἀπολαύουσι. *Stephanus* in Lacedaem. διεσπαρμένους εἰς ταυτὸ συνελθεῖν, καὶ μίαν οἴκησιν ποιήσασθαι.

ἐν γαστρὶ ἔχουσα] *Thomas Mag.* κύει κάλλιον, ἢ κατὰ γαστρὸς ἔχει. *Herodotus* III. 32. τὸν δὲ θυμωθέντα ἐμπηδῆσαι αὐτῇ ἐχούσῃ ἐν γαστρὶ, καί μιν ἐκτρώσασαν ἀποθανεῖν. & de Vit. Hom. συνέβη τὴν παῖδα μιγεῖσαν ἀνδρὶ λαθραίως ἐν γαστρὶ σχεῖν. *Pauſanias* Meſſen. III. 3. Attic. VI. 1. Corinth. II. 26. ἐν γαστρὶ ἔχειν. *Dio Caſſ.* LIV. τέκνον τὸ μὲν τρέφουσαν, τὸ δὲ ἐν γαστρὶ ἔχουσαν. *Hippocrates* apud Galenum de format. foetus bis habet, ἣν οὐκ ἔδει λαβεῖν ἐν γαστρὶ. *Ariſtaenetus* I. 19. λαβεῖν ἐν γαστρὶ —— ἐπειδὰν ἐν γαστρὶ γυνὴ λήψεσθαι μέλλοι. *Artemidorus* I. 15. τὸ δὲ ἀποτεκεῖν ἐν γαστρὶ ἔχοντα. II. 18. ἡ γυνὴ ἐν γαστρὶ ἔχουσα. III. 32. γυναικὶ μὴ ἐχούσῃ ἐν γαστρὶ. *Anthol.* I. 70. τῇ μὲν γαστρὶ λαβοῦσα Φιλαίνιον Ἡλιοδώρῳ Θήλειαν τίκτει παῖδ᾽. *Luc.* I. 31. XXI. 23. Hinc jocus ex ambiguo apud *Athenaeum* VI. p. 226. B. τὸν ὑπὸ τῆς γραὸς τρεφόμενον παράσιτον Πανσίμαχον ἔλεγεν τοὐναντίον πάσχειν τῇ γραῒ συνόντα, αὐτὸν γὰρ ἐν γαστρὶ λαμβάνειν ἀεί: & X. p. 453. A. καὶ πτωχῆς τινος τῆς γαστέρος πονούσης, ἐπεὶ ὁ ἰατρὸς ἐπυνθάνετο, μὴ ἐν γαστρὶ ἔχῃ; πῶς γε, εἶπεν, μὴ βεβρωκυῖα;

ἐκ πνεύματος ἁγίου] Solet ſcriptura ſacra omnia miracula ad ſpiritum ſanctum referre. Chriſtus ſpiritu Dei daemonas ejecit Matth. XII. 28.

Deprehendit quidem, Joſephus Mariam ſponſam ſuam eſſe gravidam, at ex quo gravida eſſet, non deprehendit. Matthaeus hic adjicit illud fuiſſe ex Spiritu S. at Joſephus tunc aliter putabat.

19. Duo hic accurate ſunt diſtinguenda, Conſilium Joſephi de Maria repudianda, & conſilium ejusdem de illa clam repudianda; volebat illam repudiare quam ex alio viro gravidam eſſe ſuſpicabatur, idque ſibi ipſi ſe debere judicabat, ut ſaluti atque exiſtimationi ſuae conſuleret: quomodo enim, quam adulteram eſſe credebat, retinere potuiſſet, quin lenocinii crimen incurriſſet? aut quae ſpes erat matrimonii felicis & concordis cum illa, quae, dum ſponſa eſſet, fidem non ſervaſſet? *Philo* de Legg. Special. T. II. p. 311. 37. μεθόριον ὑπολαμβάνουσί τινες ἀδίκημα εἶναι φθορᾶς καὶ μοιχείας ὑπογάμιον, ὅταν ὁμολογίαι μὲν ὑπερεγγύσωσι, μήπω δὲ τῶν γάμων ἐπιτελεσθέντων, ἕτερος ἀπατήσας ἢ καὶ βιασάμενος εἰς ὁμιλίαν ἔλθῃ. Παρ᾽ ἐμοί δε κριτῇ μοιχείας καὶ τοῦτ᾽ ἐστιν εἶδος, αἵ γαρ ὁμολογίαι γάμοις ἰσοδυναμοῦσιν, αἷς ἀνδρὸς ὄνομα καὶ γυναικὸς, καὶ τ᾽ ἄλλα τὰ ἐπὶ συνόδοις ἐγγράφεται, ὧν χάριν καταλεύειν ὁ νόμος ἀμφοτέρους προσέταξεν, ἐαν ἀπὸ μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς γνώμης ἐπιθῶνται τοῖς ἀδικήμασι συμφρονήσαντες. οὐχ᾽ οἷον τε γὰρ, μὴ ἀπὸ τῶν αὐτῶν ὁρμηθέντας βουλευμάτων νομίζεσθαι συναδικεῖν οὐ συναδικοῦντας. *Prov.* XVIII. 22. in verſ. Graeca & Latina ὁ δὲ κατέχων μοιχαλίδα ἄφρων καὶ ἀσεβὴς. *Terent.* Hecyra III. 3. Te obſecramus ambae, ſi jus, ſi fas eſt, uti advorſa ejus per te tecta tacitaque apud omnes ſient, caeterum de reducenda id fac, quod in rem ſit tuam. Parturire eam neque gravidam eſſe ex te ſolus conſcius. —— Pollicitus ſum —— Nam de reducenda id vero neutiquam honeſtum eſſe arbitror, Nec faciam. *Lucian.* Dial. Mar. XII. 1. de Danaë ex Jove gravida, τοῦτο αἰσθόμενος ὁ πατὴρ, ἄγριός τις καὶ ζηλότυπος γέρων, ἠγανάκτησε καὶ ὑπό τινος μεμοιχεῦσθαι οἰηθεὶς. *Demoſth.* in Neaeram ἐπειδὰν ἕλοι τὸν μοιχὸν, μὴ ἐξέστω τῷ ἑλόντι συνοικεῖν τῇ γυναικὶ. Ἐὰν δὲ συνοικῇ, ἄτιμος ἔστω. *Sueton.* in Jul. 74. ſed & in ulciſcendo natura leniſſimus —— in P. Clodium Pompejae uxoris ſuae adulterum --- teſtis citatus, negavit ſe quidquam comperiſſe --- interrogatusque cur igitur repudiaſſet uxorem? quoniam, inquit, meos

σαι, ἐβουλήθη λάθρα ἀπολῦσαι αὐτήν. Ταῦτα δὲ αὐτοῦ ἐνθυμηθέντος, ἰδοὺ, ἄγ- 20
γελος

20. ἐνθυμηθέντος] ἐνθυμεμένε 52.
κυρίε] —— Evang. 21. Millio adjectum videtur ex comm. 24.

meos tam ſuſpicione quam crimine judico carere oportere. *Plinius* Panegyr. 43. Multis illuſtribus dedecori fuit aut inconſultius uxor aſſumta, aut retenta patientius. ita foris claros domeſtica deſtruebat inſania: & ne maximi cives haberentur, hoc officiebat, quod mariti minores erant. & Epiſt. VI. 31. maritum non ſine aliqua reprehenſione patientiae amor uxoris retardabat: quam quidem etiam poſt delatum adulterium domi habuerat. *Dig.* XLVIII. 5. *ad legem Juliam de adulteriis coërcendis* 2 Lenocinii quidem crimen lege Julia de adulteris praeſcriptum eſt: cum ſit in eum maritum poena ſtatuta —— qui uxorem in adulterio deprehenſam retinuerit. —— Nam Claudius Gorgias vir clariſſimus, cum detectus eſt, uxorem in adulterio deprehenſam retinuiſſe, & ſine accuſatore lenocinio damnatus eſt a Divo Severo. 11. cum per legem Juliam uxorem adulterii ream habere prohibearis. 13. Divi Severus & Antoninus reſcripſerunt, etiam in ſponſa hoc idem vindicandum: quia neque matrimonium qualecunque, nec ſpem matrimonii violare permittitur. 29. Mariti lenocinium Lex coërcuit, qui deprehenſam uxorem in adulterio retinuit —— debuit enim uxori quoque iraſci, quae matrimonium ejus violavit. IV. 4. 37. Si in adulterio deprehenſam uxorem non dimiſerit — contra leges committit. *Cod.* IX. 9. 17. Is enim committit in poenam, quam lex Julia certo capite denunciat, qui vel publice adulterio damnatum habet, vel adulteram ſciens, ut ignorantiam ſimulare non poſſit, retinet uxorem. & 9. Qui autem adulterii damnatam, ſi quocunque modo poenam capitalem evaſerit, ſciens duxerit uxorem vel reduxerit, eadem lege ex cauſa lenocinii punietur. *Paulus* l. 1. Sentent. ſub titulo de Adulteris. —— Eum qui in adulterio deprehenſam uxorem non ſtatim dimiſerit, reum lenocinii poſtulare placet.

Poſtquam vero Joſephus conſilium cepiſſet Mariam dimittendi, non poterat quidem id facere niſi libello repudii ſcripto, teſtibus adhibitis, & iisdem, quibus ſponſalia contracta erant, ſolemnibus ſervatis: at in ipſius erat arbitrio, utrum vellet cauſas, quae ipſum, ut ita ageret, permoverant, exponere, an tacere Ita docent Hebraeorum magiſtri: *Maimonides* ap. Buxtorf. de Divort. p. 76. Femina, ex quo deſponſata eſt, licet nondum vel a viro cognita vel in domum mariti ſui ſit ingreſſa, eſt uxor viri —— & ſi maritus ſeu ſponſus ejus velit eam repudiare, oportet ut id faciat libello repudii. & *Abarbanel* ib. p. 125, ſi vir aliquis ducat uxorem, & accidat, ut non inveniat gratiam in oculis ipſius, eo quod ſit contraria naturae ipſius, aut quod inveniat in ea turpitudinem aliquam, quam tamen revelare nolit [ולא ירצה לגלותו] ſeu quod nullos ejus rei teſtes habeat, ſeu quod honori ſuo conſultum velit; atque hujus rei cauſſa ſcribat illi libellum repudii, *Gittin* f. 46. 1. *Cethuboth* f. 74. 2. 75. 1. R. Meir dicit: vult homo, ut uxor ejus ignominia afficiatur in domo Judicii :R. Eliezer dixit: non vult homo, ut ignominia afficiatur uxor ejus in domo judicii, שתתבזה et f. 97. 2. R. Jochanan. Omnibus igitur rite perpenſis ſtatuit Joſephus Mariam clam repudiare, hoc eſt, non adjecta repudii cauſa. Si primum irae atque zelotypiae impetum ſecutus fuiſſet, aut ſi praeceptis Stoicorum, qui docebant ſapientem non debere ignoſcere, auſcultaſſet, denunciaſſet judici tanquam adulteram, & ſupplicium ejus flagitaſſet: aut ſi criminaliter agere noluiſſet, dotis ſaltem nomine actionem civilem inſtituiſſet: aut cum Maria graviter expoſtulaſſet: aut vel cuivis obvio vel amicis, vicinis, cognatisque ſuſpiciones querelasque ſuas expoſuiſſet; ab omnibus vero iſtis, quae exiſtimationi Mariae nocere poterant, conſulto abſtinuit μὴ θέλων αὐτὴν παραδειγματίσαι, nolens illam diffamare, dehoneſtare, traducere, oſtentui habere, nolens illi detrahere, & malam famam conciliare. Haec enim eſt vis vocis παραδειγματίζειν, quod Gallice diceres, *echaffauder*, Belgice *ten toon ſtellen. Heb.* VI. 6. *Ezech.* XXVIII. 17. ἔδωκα σε παραδειγματισθῆναι, dedi te ut dehoneſtareris, interprete *Hieronymo.* 3. *Maccab.* IV. 11. ἐν τῷ ἱπποδρομίῳ —— πρὸς παραδειγματισμὸν ἄγαν εὐκαιροτάτῳ καθεστῶτι πᾶσι τοῖς καταπορευομένοις εἰς τὴν πόλιν & VII. 14. κατὰ τὴν ὁδὸν ἐκολάζοντο καὶ μετὰ παραδειγματισμῶν ἀνῄρουν. *Pſalter. Salomonis* II. 14. ἀπέναντι τοῦ ἡλίου παρεδειγμάτισεν ἀδικίας αὐτῶν. *Plut.* de Curioſit. p. 520. B. τῶν ὑπ' ἀρχιλόχε πρὸς τὰς γυναῖκας ἀπρεπῶς καὶ ἀκολάστως εἰρημένων, ἑαυτὸν παραδειγματίζοντος. Ut ita ſtatueret Joſephus non una erat ratio. Id ſuadebat lenitas; licet enim judex ex officio crimina punire debeat, nulla tamen lege tenetur is, qui laeſus eſt, injurias ſibi illatas vindicare, quin potius illas devorare & de jure ſuo remittere plerumque ſatius eſt; id in Pamphilo apud Terentium, & in Julio Caeſare apud Suetonium, ut vidimus, laudatur. Id ſuadebat Joſepho cura exiſtimationis propriae; nam per iſtiusmodi querelas ſiniſtris hominum judiciis occaſionem praebuiſſet, quaſi vel inconſulte & leviter puellam non ſatis notam atque perſpectam ſibi deſponſaſſet, vel ſuo quodam vitio animum illius a ſe alienaſſet; ita enim fieri ſolet, ut adulteria etiam parti laeſae atque innocenti imputentur, ejusque famae haud parum detrahant. Suadebat cura tranquillitatis propriae; cum enim ejusmodi accuſationes ſint difficilis probationis, aliter fieri vix poterat, quin per eas litibus graviſſimis atque diuturnis implicaretur: contra ex ſilentio nihil ipſi quicquam erat incommodi, cum per repudium ſecuritati ſuae ſatis eſſet proſpectum. Idem denique ſuadebat amor, qui veros amantes graviter tenere, nec tam cito extingui ſolet.

ἐβελήθη] *Euſtath.* in Il. α 112. p. 45. 51. ἐχ ἁπλῶς θέλω, ἀλλὰ βέλομαι· ὅπερ ἐπίτασις τῦ θέλειν ἐστιν· καὶ ὀυ τυχόντως βέλομαι, ἀλλὰ κατὰ πολὺ. *Ammonius* βέλεσθαι μὲν ἐπὶ μόνε λεκτέον τῦ λογικῦ· τὸ δὲ θέλειν καὶ ἐπὶ ἀλόγου ζώε.

20. ἐνθυμηθέντος] animo agitans atque volvens; cum haec cura ipſum coqueret ſub pectore fixa. *Demoſth.* in Mid. τί ἒν ἐκ τέτων ὑμᾶς ἐνθυμεῖσθαι δεῖ; *Thucyd.* II. 40. καὶ ἀυτοὶ ἤτοι κρίνομεν γε ἢ ἐνθυμέμεθα ὀρθῶς τὰ πράγματα. *Xenoph.* Apomn. 1. ὅσα δὲ πάντες ᾔδεσαν, θαυμαστὸν εἰ μὴ τέτων ἐνεθυμήθησαν. *Joſ.* A. XV. 5. 3. ταῦτα ἐνθυμηθέν-

γελος Κυρίου κατ᾽ ὄναρ ἐφάνη αὐτῷ, λέγων· Ἰωσὴφ υἱὸς Δαβὶδ, μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν Μαριὰμ τὴν γυναῖκά σου· τὸ γάρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν ἐκ Πνεύματός ἐστιν ἁγίου

Μαριὰμ] Μαρίαν 1. Cyrill. in Act. Conc. Epheſ. 5. Editio Maximi.
κατ᾽ ὄναρ ἐφάνη αὐτῷ] ἐφάνη αὐτῷ κατ᾽ ὄναρ 44.
ἐφάνη αὐτῷ] φαίνεται τῷ Ἰωσὴφ 67. ἐφάνη τῷ Ἰωσὴφ Evang. 21.

θέντες & Act. X. 19. *Ariſtoph.* in Eccleſiaz. 138. Τὰ γῦν βȣλεύματα αὐτῶν, ὅσ᾽ ἂν πράξωσιν, ἐνθυμȣμένοις.

ἰδȣ̀] repentinum quid & improviſum denotat. *Virg. Aen.* II. 270 *In ſomnis ecce* ante oculos moeſtiſſimus Hector viſus adeſſe mihi. Conſilium, quale prudentiſſimus atque optimus quisque caperet, Joſephus animo agitabat; id tamen ſi executus fuiſſet, maximo damno ſanctam virginem affeciſſet eam deſerendo, omniumque contumeliis exponendo. Conſilium iſtud corde premebat tacitus, nemine mortalium conſcio: at non latebat Deo O. M. qui arcana omnia perſpicit, quique permittere non poteſt, ut quis ratione ſua rectiſſime utens, id faciat, quod cedat in damnum & injuriam innocentis: inciderat ergo dignus vindice nodus, qui expediri non poterat aliter, niſi ſi Deus ἀπὸ μηχανῆς intereſſet. Ita ſolet divina Providentia rebus humanis conſulere, & pro ſalute ſuorum etiam dormientium vigilare.

Heſychius καθ᾽ ὕπαρ, κατ᾽ ὄναρ. *Jamblich.* de Myſter. S. III. 3. Διονύσȣ κατ᾽ ὄναρ ἐπιφανέντος. plurima templis conſecrata donaria habebant inſcriptionem κατ᾽ ὄναρ, teſte Montefalconio.

Hoc viſum per quietem Joſepho non minus fuit honorificum quam neceſſarium. *Juvenal.* Sat. VI. 530. En animam & mentem, cum qua Di nocte loquantur. Ergo hic praecipuum ſummumque meretur amorem. Multa ſimilia habentur & in libris ſacris & apud ſcriptores profanos. Simillimum illud eſt, quod *Joſephus* A. 11. 9. 3, 4. narrat de patre Moſis: ἐκύει γὰρ αὐτῷ τὸ γύναιον —— ὁ δὲ θεὸς ἐλεήσας αὐτὸν —— ἐφίσταται κατὰ τȣ̀ς ὕπνȣς αὐτῷ —— νῦν με τοῦ κοινῇ συμφέροντος ὑμῶν ἴσϑι προνοȣ́μενον, καὶ τῆς σῆς εὐκλείας. ὁ παῖς γὰρ ȣ̃τος —— σωὸς ἔσται —— τραφεὶς δὲ παραδόξως τὸ μὲν Ἑβραίων γένος τῆς παρ᾽ Αἰγυπτίοις ἀνάγκης ἀπολύσει —— ἐμοῦ τοῦτο χαριζομένȣ σοί τε καὶ τοῖς γενησομένοις. —— Ταῦτα τῆς ὄψεως αὐτῷ περιδηλωσάσης περιεγερθεὶς ὁ Ἀμαράμης ἐδήλȣ τῇ Ἰωαχεβέλῃ, γυνὴ δ᾽ ἦν αὐτοῦ. Viſa quaedam dormientibus a Deo objici (καὶ γὰρ τ᾽ ὄναρ ἐκ Διός ἐστιν *Iliad.* α. 63.) tam conſtanter ab omnibus creditum eſt, ut nec ipſe *Ariſtoteles* in dubium revocare fuerit auſus. Περὶ δὲ τῆς μαντικῆς τῆς ἐν τοῖς ὕπνοις γενομένης, καὶ λεγομένης συμβαίνειν ἀπὸ τῶν ἐνυπνίων, ȣ̈τε καταφρονῆσαι ῥάδιον ȣ̈τε πεισθῆναι. Τὸ μὲν γὰρ πάντας καὶ πολλȣ̀ς ὑπολαμβάνειν ἔχειν τι σημεῖον τὰ ἐνύπνια, παρέχεται πίστιν, ὡς ἐξ ἐμπειρίας λεγόμενον. *Iſocrat.* ἐυαγόρας γίνεται, περὶ ȣ̃ τὰς μὲν φήμας καὶ τὰς μαντείας καὶ τὰς ὄψεις τὰς ἐν τοῖς ὕπνοις γενομένας, ἐξ ὧν μείζων ἂν φανείη γεγονὼς ἢ κατὰ ἄνθρωπον, αἱρȣ̃μαι καταλιπεῖν. *Sueton.* Auguſt. 94. Non abs re erit ſubtexere, quae ei priusquam naſceretur, & ipſo natali die ac deinceps evenerint, quibus futura magnitudo ejus & perpetua felicitas ſperari animadvertique poſſet. —— Auctor eſt Julius Marathus, ante paucos, quam naſceretur, menſes prodigium Romae factum publice, quo denunciabatur, Regem populi Romani naturam parturire: Senatum exterritum cenſuiſſe, ne quis illo anno genitus educaretur. —— *Somniavit & Pater* Octavius utero Atiae jubar ſolis exortum. Quo natus eſt die, cum de Catilinae conjuratione ageretur in curia, & Octavius ob uxoris puerperium ſerius adfuiſſet, nota ac vulgata res eſt, P. Nigidium, comperta morae cauſſa, ut horam quoque partus acceperit, affirmaſſe, Dominum terrarum orbi natum.

ἄγγελος] Angelus Mariae annunciavit parituram Chriſtum; Angelus Joſephum pueri nati nutricium conſtituit; Angeli poſt tentationem Chriſto miniſtrarunt; Angelus in agonia ipſum confirmavit; Angeli ut de nativitate, ita etiam de reſurrectione & aſcenſione in Coelum ſunt teſtati. Conſentaneum enim erat, ut peculiari cultu eum proſequerentur, cui erant ſubjiciendi. *Eph.* I. 21. *Heb.* 1. 6. 1. *Pet.* III. 22.

Κυρίȣ] Hic reſpondet voci Hebraicae יהוה, quam LXX. Interpretes per Κύριον ſolent reddere.

υἱὸς] pro υἱὲ, ſolet autem caſus primus pro quinto poni XX. 30. 31. & alibi ſaepius, quod vix operae pretium fuiſſet annotare, niſi librariis ſcripturam υἱὸς in υἱὲ & viciſſim immutandi anſam praebuiſſet.

υἱὸς Δαυὶδ] Angelus Joſepho in memoriam revocat nobilitatem ſtirpis, ex qua erat oriundus, ut ſcilicet nihil humile cogitaret, animumque in ſpem magnarum rerum erigeret. Qui Davidem paſtoris filium regem fecit, cur non poſſet etiam fabro filium dare Regem? qui Davidi promiſit, Meſſiam oriturum ex poſteritate ejus, ille certiſſime promiſſis ſtabit, & totum naturae ordinem mutabit potius quam patiatur non impleri quod praedixerat.

παραλαβεῖν] de viris qui uxorem ducunt proprie dicitur; & refertur ad feminae parentes vel ad eos, qui parentum ſunt loco, a quibus viro in matrimonium datur, *Xenoph.* Oecon. πάνυ ἂν ἡδέως σȣ πυθοίμην, πότερα αὐτὸς σὺ ἐπαίδευσας τὴν γυναῖκα ὥστε εἶναι οἵαν δεῖ; ἢ ἐπισταμένην ἔλαβες παρὰ τȣ̃ πατρὸς καὶ τῆς μητρὸς διοικεῖν τὰ προσήκοντα αὐτῇ; καὶ τί ἂν, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ἐπισταμένην αὐτὴν παρέλαβον, ἣ ἔτη μὲν ȣ̈πω πέντε καὶ δέκα γεγονυῖα ἦλθε πρὸς ἐμέ; *Arrian.* de Exp. Alex. VII. 4. οἱ δε παραλαβόντες ἀπῆγον τὴν ἑαυτȣ̃ ἕκαστος. *Lucian.* Toxari 24. μάλιστα δὲ αὐτὸν ἠνία θυγάτηρ αὐτῇ, ἐπίγαμος ἤδη καὶ ὀκτωκαιδεκέτις ȣ̃σα, ἣν ȣ̓δὲ μετὰ πάσης τῆς ȣ̓σίας τȣ̃ πατρὸς —— ἠξίωσεν ἄν τις τῶν γε ἀγεννῶν καὶ πενήτων ῥᾳδίως παραλαβεῖν, ȣ̈τω κακοδαίμονα ȣ̃σαν τὴν ὄψιν. Timone 17. γυναῖκα εἰς τὴν οἰκίαν νόμῳ παραλαβεῖν. *Joſeph.* Ant. I. 19. 7. διελθȣ́σης ἄλλης ἑπταετίας τὴν Ῥαχήλαν παρέλαβεν.

τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν] Vulgaris loquendi modus de foetu nondum in lucem edito, cujus ratio manifeſta eſt, quia nimirum ignoratur, utrum ſit mas an femina. *Jo.* III. 6. τὸ γεγεννημένον ἐκ τȣ̃ πνεύματος. 1. *Jo.* V. 4. πᾶν τὸ γεγεννημένον ἐκ θεȣ̃. *Luc.* I. 35. τὸ γεννώμενον ἐκ σȣ̃ ἅγιον. *Herodot.* I. 29. τὸ γεινώμενον ἐξ αὐτῆς διαφθεῖραι. & c. 30. τέτοκα γὰρ ἐγὼ, τέτοκα δὲ τεθνεὸς, τȣ̃το μὲν φέρων πρόθες. *Lucian.* Dial. Prometh. & Jovis. ἢν γὰρ αὐτὴ κυοφορήσῃ ἐκ σȣ̃, τὸ τεχθὲν ἴσα ἐργάσεταί σε, οἷα καὶ σὺ ἔδρασας τὸν χρόνον,

ἁγίου. Τέξεται δὲ υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἸΗΣΟΥ͂Ν· αὐτὸς γὰρ 21
σώσει

21. καλέσεις] καλέσουσι 61. καλέση Evang. 21.

χρόνον. Tim. 52. τὸ γεννηθησόμενον, ἄῤῥεν γὰρ ἔσαι, Τίμωνα ἤδη καλῶ XXX. 1. 63. D. si ancillas omnes & quod ex his natum fuerit testator legaverit. 82. si legatum mihi est, quod ex Pamphila natum erit. XXXI. 1. 73. si quod ex Pamphila nascetur, legatum mihi fuerit. L. VII. 7. 1. D. quod ex Arethusa natum erit. I. 5. 26. id quod natum erit. bis. XXI. 1. 31. D. quod ex ea —— natum erit. XXV. 4. 1. D. quod natum erit. quater. XXXV. 1. 1. 3. D. quod ex Arescusa natum fuerit. XXXVI. 2. 16. D. quod ex Pamphila natum erit. 25. quod ex Arethusa natum erit. XL. 4. 5. D. id quod natum est ex Pamphila. bis. *Aristot.* Polit. I. 8. μέχρις ὂ ἂν δύνηται αὐτὸ αὑτῷ πορίζειν τὸ γεννηθέν. *Plaut.* Cistellar. I. 11. quod saepe mecum mentionem fecerit, *puerum aut puellam* alicunde ut reperirem sibi, Recens natum, eapse *quod* sibi supponeret. *Terent.* Andr. I. 3. 14. quicquid peperisset, decreverunt tollere. *Cic.* ad Attic. X. 19. Tullia mea peperit puerum ἑπταμηνιαῖον. Quod εὐτόκησεν gaudebam: quod quidem est natum, perimbecillum est. *Lucianus* D. Mer. 2. οὐ γὰρ ἐκθήσω τὸ τεχθὲν, μάλισα εἰ ἄῤῥεν γένοιτο. *Plut.* Thes. p. 40. E. αὐτῷ γὰρ μελήσειν, ὅπως εὐθὺς ἐκποδὼν ἔσαι τὸ γεννηθέν.

ἐκ πνεύματός ἐσιν ἁγίου] Postquam Matthaeus Jesum de genere regio ortum tradidisset: jam addit illum multo augustiore conceptu prosatum esse, divinosque habere natales. Licet autem nullum tam mirabilis nativitatis extaret exemplum, (παιδίον μὲν γὰρ οὐδεμία ποτὲ γυνὴ λέγεται ποιῆσαι δίχα κοινωνίας ἀνδρὸς, teste *Plut.* Nuptial. p. 145. D.) non temere tamen a Judaeis, nisi a semet ipsis dissentire vellent, debebat in dubium vocari. Cum enim magnifice sentirent de Potentia Dei immensa; cum Abrahamo ex Sara effoeta prolem natam esse, unde ipsi genus ducerent, crederent; cum crederent Adamum primum hominem sine patre & matre natum, omnesque mortuos in vitam redituros esse; cum Messiam, qui totus futurus esset mirabilis, & in quem Deus omnia, quae in quemcunque alium unquam contulisset, favoris documenta cumulatissime esset congesturus, expectarent; cum denique non ignorarent, Gentilium heroes, & principes non sanguine humano sed stirpe divina satos praedicari, tanquam id necessarium esset ad autoritatem & fidem ipsis conciliandam: quaenam erat ratio, cur putarent, Deum aut non posse aut non velle in gratiam Messiae sui id facere, quod a diis falsis in gratiam heroum factum fuisse falsa quidem sed vulgata opinione existimabatur? *Anthol.* MS. III. 89. ἑσπερίοις μέγα χάρμα καὶ ἠώοις κεράτεσσι, καῖσαρ, ἀνικάτων ἔκγονε Ῥωμυλίδων. αἰθερίην γένεσίν σεο μέλπομεν, ἀμφὶ δὲ βωμοὺς γηθοσύνης λοιβὰς σπένδομεν ἀθανάτοις. *Plato* Cratyl. οὐκ οἶσθα οἱ ἡμίθεοι οἱ Ἥρωες πάντες δήπου γεγόνασιν ἐρασθέντες ἢ θεὸς θνητῆς ἢ θνητοὶ θεᾶς Dio O. XV. p. 238. ἢ οὐκ οἶσθα τὰ τῶν Ἡρώων λεγόμενα γένη εὐθὺς εἰς θεοὺς οἱ ποιηταὶ ἀναφέρουσιν. ὥσε μηκέτι ἐξετάζεσθαι τὸ πρόσωπον. καὶ τούςγε πλείονας αὐτῶν φασὶν ἐκ Διὸς γεγενῆσθαι, ἵνα μὴ αὐτοῖς οὔτε βασιλεῖς καὶ οἱ οἰκισαὶ τῶν πόλεων καὶ ἐπώνυμοι εἰς τοιαῦτα ἐμπίπτωσιν, ἃ δοκεῖ παρὰ τοῖς ἀνθρώποις ὀνείδη εἶναι. Longus est eorum Catalogus, qui ex mortali femina diis geniti dicuntur, Inachus, Ancaeus, Minos, Æacus, Perseus, Hercules, Alexander, Scipio Africanus Jove; Ascalaphus, Jalmenus, Remus & Romulus, Marpesia & Lampedo, Marte; Pythagoras, Seleucus, Dionysius Junior, Augustus, Galerius, Plato, Apolline; Servius Tullius, Vulcano; Aratus Æsculapio; Aristomenes & Aristodamas ex daemone. De Aristobulo & Mariamne Δέλλιος ἐτερατεύετο λέγων, οὐκ ἐξ ἀνθρώπων αὐτῷ δοκεῖν, ἀλλὰ τινὸς θεοῦ γενέσθαι τοὺς παῖδας *Jos.* A. XV. 2. 6. *Varro* apud Augustin. de Civit. Dei III. 4. utile esse civitatibus dicit, ut se viri fortes, etiamsi falsum sit, ex Diis genitos esse credant, ut eo modo animus humanus, velut divinae stirpis fiduciam gerens, res magnas aggrediendas praesumat audacius, agat vehementius, & ob hoc impleat ipsa securitate felicius. *Justin.* Hist. 1. 4. 13. Duae his reginae fuerunt Marpesia & Lampedo, & ne successibus deesset auctoritas, genitas se Marte praedicabant. *Jamblich.* de Vit. Pythag. 2. λέγεται δὴ οὖν ἀγκαῖον —— γεγεννῆσθαι μὲν ἀπὸ Διὸς· εἴτε δι᾽ ἀρετὴν εἴτε διὰ ψυχῆς τι μέγεθος ταύτην τὴν φήμην αὐτοῦ ἀπενεγκαμένου, p. de Pythag. ὥσε ὑπὸ τῶν πολλῶν εἰκότως βεβαιοῦσθαι, τὸ θεοῦ παῖδα αὐτὸν εἶναι. Successor Imperatoris Romani vocabatur θεοῦ παῖς, imo quivis praeclarus homo ἄλκιμος θεοῦ παῖς apud *Liban.* T. 1. p. 25. A. *Ælianus* Tact. praef. ad Hadrianum υἱὲ θεοῦ. *Plinius* paneg. necdum Imperator necdum Dei filius eras. Cleomenes ap. Photium p. 1210. 23. *Philo* Leg. ad Caj. T. II. p. 567. 39. πᾶσα ἡ οἰκουμένη τὰς ἰσολυμπίους αὐτῷ τιμὰς ἐψηφίσατο —— δέχεται τὰς τιμὰς —— τῷ μεγέθει τῆς τοιαύτης ἡγεμονίας ἑπόμενος, ἢ διὰ τῶν τοιούτων πέφυκε σεμνοποιεῖσθαι. *Justinus* XV. 4. Seleucus — hujus quoque & virtus clara & origo admirabilis fuit: si quidem mater ejus Laudice, cum nupta esset Antiocho —— visa est sibi per quietem ex concubitu Apollinis concepisse. Huc refero, quae *Origenes* Celso l. 1. pluribus respondet: ἆρα γὰρ εὔλογον, τὸν τοσαῦτα ὑπὲρ τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων τολμήσαντα, ἵνα, ὅσον ἐπ᾽ αὐτῷ, πάντες Ἕλληνες καὶ βάρβαροι κρίσιν θείαν προσδοκήσαντες ἀποσῶσι μὲν τῆς κακίας, πάντα δὲ πράττωσιν ἀρεσκόντως τῷ τῶν ὅλων δημιουργῷ, παράδοξον μὲν μὴ ἐσχηκέναι γέννησιν, πασῶν δὲ γενέσεων παρανομωτάτην καὶ αἰσχίσην; &c. „ quomodo „ probabile est, eum qui tanta sit ausus pro hu„ mano genere, ut omnes Graeci pariter & bar„ bari metu judicii divini absisterent a vitiis, se„ que ad facienda, quae Deo mundi fabricatori „ placent, converterent, non mirandam habuisse „ nativitatem, sed omnium iniquissimam ac tur„ pissimam?"

Quamvis autem scriptura Christum stirpe divina satum, eoque Heroibus & praeclaris inter gentiles viris non minorem fuisse praedicet, studiose tamen cavit, ne haec generis claritas maculis ullis obscuraretur; non hic legis turpes Dei amores, non corporeas voluptates, non transformationes indecoras in taurum, cygnum, Amphitryonem, draconem, pluviam auream: sed omnia referuntur ad *Spiritum* Dei, ad spiritum illum sanctissimum atque castissimum. Quantum vero illae de Deorum furtis gentilium fabulae tum bonos offenderint, tum malos ad peccandum incitaverint, no-

22 σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν. (Τοῦτο δὲ ὅλον γέγονεν, ἵνα πλη-

αὐτῶν] αὐτοῦ 80. 90.

notum eſt: unde & veteres Ægyptii & juniores philoſophi ad ſenſum myſticum confugerunt, Deumque eadem plane ratione & Heroum illorum & totius univerſi patrem vocari docuerunt. *Plut.* Conviv. VIII. 1. περὶ τῆς λεγομένης ἐκ θεῶν γενέσεως. —— Ὑπολαβὼν δὲ Τυνδάρης ὁ Λακεδαιμόνιος, ἄξιον μὲν ἐστιν, ἔφη, περὶ Πλάτωνος ᾄδειν καὶ λέγειν· οὐδὲ ἐώκει ἀνδρός γε θνητοῦ παῖς ἔμμεναι ἀλλὰ θεοῖο. Τοῦ γὰρ θείου δέδια, μὴ δόξῃ τῷ φθαρτῷ μάχεσθαι τὸ γεννῶν οὐχ' ἧττον ἢ τὸ γεννώμενον —— ἀναθαῤῥῶ δὲ πάλιν, αὐτοῦ Πλάτωνος ἀκούων, πατέρα καὶ ποιητὴν τοῦτε κόσμου καὶ τῶν ἄλλων γεννητῶν τὸν ἀγέννητον καὶ ἀΐδιον θεὸν ὀνομάζοντος, οὐ διὰ σπέρματος που γενομένου, ἄλλῃ δὲ δυνάμει τοῦ θεοῦ τῇ ὕλῃ γόνιμον ἀρχὴν, ἀφ' ἧς ἔπαθε καὶ μετέβαλεν, ἐντεκόντος. —— καὶ οὐθὲν οἴομαι δεινὸν, εἰ μὴ πλησιάζων ὁ θεὸς ὥσπερ ἄνθρωποι, ἀλλὰ ἑτέραις τισιν ἁφαῖς δι' ἑτέρων καὶ ψαύσεσι τρέπει, καὶ ὑποπίμπλησι θειοτέρας γονῆς τὸ θνητόν. καὶ οὐκ ἐμὸς ὁ μῦθος, εἶπε, ἀλλ' αἰγύπτιοι τόντε ἄπιν οὕτως λοχεύεσθαί φασιν.

21. καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ] *Euripides* Jon. 74. Ἴωνα δ' αὐτὸν κτίστορ' Ἀσιάδος χθονὸς Ὄνομα κεκλῆσθαι θήσεται καθ' Ἑλλάδα.

Ἰησοῦν] In *lege* & *Prophetis* Hebraice ſcribitur יְהוֹשֻׁעַ, in Hagiographis autem, hoc eſt in libris *Chronicorum*, *Eſdrae* & *Nehemiae* contracte יֵשׁוּעַ, quod *Graeci interpretes*, *Siracides*, *Joſephus*. & *Philo* vertunt Ἰησοῦν. Eodem nomine appellabatur ſucceſſor Moſis, quem nos Joſuam vocamus: idque merito, cum nomini res conveniret, & debellatis Cananaeis, terra promiſſionis occupata, tribubusque & familiis ſingulis diviſa, Servatorem ſe Judaeorum praeſtaret, eaque perficeret, quae Moſes non poterat. At multo potiore jure iſtud nomen Jeſu noſtro competebat, qui populum ſuum a multo majori periculo liberatum ad multo majorem vitae aeternae felicitatem perduxit.

Pirke R. Eliezer. 32. Sex hominum nomina dicta ſunt antequam naſcerentur: nempe Iſaaci, Iſmaelis, Moſis magiſtri noſtri, Salomonis, Joſiae, & nomen regis Meſſiae S. D. Pſ. LXXII. 17. Cur vocatur nomen 'ejus jinnon? quia excitaturus eſt dormientes in pulvere. & *Bereſchith R.* XLV.

τὸν λαὸν αὐτοῦ] Joſephus per populum non alium intelligere potuit quam nationem Judaicam: qui plerumque in N. T. ea voce ſignificatur. . . . . Neque eo tempore aut Angelorum aut Hominum cuiquam innotuerat, beneficium Chriſti aeque ad gentes & ad Judaeos ſpectare.

σώσει —— ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν] τῷ σώζεσθαι opponitur τὸ ἀπολέσθαι, & τῇ σωτηρίᾳ ἡ ἀπώλεια. Servare ergo proprie dicitur is, qui non qualemcunque laeſionem aut nocumentum avertit, ſed qui ab interitu liberat: Salusque tanto major eſt, quo majus fuerat, quod imminebat, periculum, quoque major diuturniorque ſecuritas per depulſionem periculi obtinetur. 1. *Macc.* II. 44. ἔφυγον σωθῆναι 2. *Macc.* I. 11. ἐκ μεγάλων κινδύνων σεσωσμένοι *Cic.* de Divinat. 1. 34. Sacerdos dixiſſe dicitur: de ſalute Lacedaemoniis eſſe, non de victoria, cogitandum. *Arrian* Hiſt. Alex. VI. τὸν πτολεμαῖον ὑπερασπίσαι κειμένου, καὶ ἐπὶ τῷδε Σωτῆρα ἐπικληθῆναι *Plut.* Camillo p. 144. C. τῆς ἀπολωλυίας σωτῆρα πατρίδος. Lucull. p. 502. E. εὗρε καὶ δεσμωτήρια πολλῶν —— καθειργμένων, οἷς πάλαι τεθνάναι δοκοῦσιν οὐ σωτηρίαν, ἀλλ' ἀναβίωσιν, καὶ δευτέραν τινα γέννησιν ἡ Λουκούλλου χάρις παρέσχεν. *Act.* II. 40. σώθητε ἀπὸ τῆς γενεᾶς τῆς σκολιᾶς ταύτης Rom. V. 9. σωθησόμεθα ἀπὸ τῆς ὀργῆς. Peccata ſunt res periculi plena, quia hominem poenis graviſſimis reddunt obnoxium: ab hoc periculo eripit, liberat ſervatque Chriſtus, redemptione facta per ſanguinem ſuum, & venia per praedicationem Evangelii oblata.

Igitur per ſalutem hic intelligitur remiſſio peccatorum, non quae peccatori Spem impunitatis & licentiae faciat, ſed quae ſeriam reſipiſcentiam, emendationem vitae, animique a prioribus vitiis purgationem requirat; cujus conſequens eſt ſecuritas perfecta, & ſpes certa aeternae felicitatis. Quae omnia, ut ſua natura ſunt concatenata, voce ſalutis ſeu liberationis a periculo non imperfectae brevisque, ſed plenae & Deo dignae, ſignificantur. Similia Judaei tradunt de Moſe *Megilla* 14 1. *Mechilta* in Ex. XV. 20. *Midraſch Miſchle* XIV. 1. XXXI. 17. & in *Shemoth R.* 1. Miriam prophetavit: futurum eſt ut mater mea gignat puerum, qui *ſalvabit Iſraelem*: quando igitur natus eſt Moſes, impleta eſt domus tota lumine. Tunc pater ſtetit, & deoſculatus eſt caput filiae, dixitque ei: Filia mea, confirmatum eſt vaticinium tuum. Quin etiam Meſſiam peccata obſignaturum, iniquitates expiaturum, & aeternam juſtitiam reducturum Daniel praedixerat Cap IX. Et Judaei veteres per *ſalutem*, quam Jacob moriens expectabat, Meſſiam intelligunt, *Bereſchith R.* XCVIII. 19. cum videret Jacob pater noſter Danem, ſperabat ipſum eſſe Regem Meſſiam: at cum eum videret mortuum, dixit: & hic mortuus eſt, ſalutem tuam exſpecto, Domine. 20. cum videret eum pater noſter, ſperabat, ipſum eſſe, in cujus diebus redemptio obventura eſſet: cum autem eum vidit mortuum, ſtatim dixit: Salutem tuam exſpecto, Domine. Gen. XLIX. 18. Sir. XLVI. 2.

22. Haec ſcriptorum N. T. conſuetudo, dicta V. T. ad teſtimonium citandi, multorum calumniis ab omni aevo fuit expoſita; contendentibus Celſo, Porphyrio, Judaeis, aliiſque, Prophetas adduci teſtes pro Chriſto, de quo tamen nunquam cogitaverint, adeoque verba illorum in aliam mentem ab Apoſtolis deflexa atque detorta fuiſſe, ut ſimplicioribus fucum facerent, perſuaderentque, prophetas ſe habere conſentientes, & illorum auctoritate ſuam doctrinam confirmari. Accedat quis, ajunt, praejudicatis opinionibus vacuus ad lectionem V. T., utatur regulis bonae interpretationis, conſideret vim & uſum verborum, conſilium ſcriptoris, verba quae praecedunt, & quae ſequuntur, an credibile eſt, illum, his auxiliis adhibitis, in omnibus illis locis Chriſtum inventurum, quae in N. T. ad Chriſtum referuntur? annon contra de aliis plane rebus & perſonis, de Davide, de natione Judaica, de Salomone, Eſajae filio &c. ſermonem eſſe deprehendet? Qui ita ſentiunt, tenentur demonſtrare & Apoſtolos omnia iſta loca pro totidem vaticiniis de Chriſto habuiſſe, & nullum iſtorum locorum vaticinium de Chriſto proprie dictum continere. Ad poſterius quidem quod at-

πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ Κυρίου διὰ τοῦ προφήτου, λέγοντος· Ἰδοὺ, ἡ παρ- 23
θένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱὸν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἘΜΜΑ-
ΝΟΥΗ'Λ· ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον, μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός.) Διεγερθεὶς δὲ ὁ Ἰωσὴφ 24
ἀπὸ

22. διὰ] + Ἡσαΐȣ D. Versio Armena.
τοῦ] prius. — C D 1. Videntur existimasse, si pronomen bis repeteretur, ὑπὸ τοῦ κυρίȣ διὰ τοῦ προφήτȣ, orationem non ita molliter fluere.
λέγοντος] — 56. Versio Syra Armena, Arab.
23. ἕξει] λήψεται. 61. ex Versione τῶν O Esaiae VII. 14. ἕχει Hieron. ad Pammach. ad versionem A. Σ. Θ.
καλέσȣσιν] καλέσεις D. 2. a prima manu. Ev. 7. Euseb. ex Esaiae l. c. Editiones Bezae, Versio *Piscatoris* & *Belgica*. Juvat ipsum audire *Bezam* in Annotationibus Ed. 1. & 2. ita loquentem: Scio in plerisque exemplaribus legi καὶ καλέσȣσι — sed — secutus sum hac in re judicium meum. in Edd. vero 3. 4. 5. Scio in plerisque exemplaribus legi καὶ καλέσουσι, — sed praestat receptam Lectionem sequi. Ubi per *receptam lectionem* eam intelligit, quam ipse, *suum judicium secutus*, invitis plerisque exemplaribus primus typis ediderat. Bonum tamen factum, quod nemo hujus & superioris seculi Editorum lectionem a Beza receptam secutus est.

attinet, nobis longe secius videtur, qui existimamus, oracula v. gr. Danielis de septuaginta hebdomadibus, & Haggaei de gloria templi posterioris non nisi in Jesu impleta fuisse; non tamen audemus, quaecunque loca ex V. T. in N. citantur, in numero vaticiniorum de Christo referre: cum sciamus, hujus sententiae patronos se in maximas difficultates induisse, & Judaeis latissimum disputandi campum & innumerabiles latebras a Grammatica, ab accentibus & punctis, aperuisse; quin totam hanc tractationem tam subtilem & argutam esse, ut a paucissimis intelligatur, contra Judaeos vero aliosque sine fructu adhibeatur. Et sane, licet consilium eorum, qui cuncta haec vaticinia Christo asserere conantur, non improbemus, illisque adeo demus id quod volunt, fateantur tamen necesse est, omne oraculum ita natura sua cum obscuritate esse conjunctum, ut ad illius mentem eruendam requiratur animus aut valde perspicax aut valde docilis, quorum nec illud in plebe Christiana, nec hoc in iis, qui Religionem Christianam oppugnant, invenitur. Videamus igitur an alio, eoque simpliciori & expeditiori modo istud adversariorum telum frangi possit, & disquiramus, utrum scriptores N. T. omnia, quae ex V. citant, loca pro totidem de Christo vaticiniis habuerint, atque pro testimonio citaverint? Ut hoc statuamus, nulla nos cogit necessitas. Cum enim & voces singulas & modos loquendi omnes ab aliis accipere teneamur, quid impedit, quo minus ego duos, tres, quatuor, alterius scriptoris versus meos faciam, iisdemque verbis, eodemque ordine positis, mei animi sensa exprimam, quibus ille alia occasione sui animi sensa expressit? annon pleni sunt omnes Philosophorum Rhetorumque libri versibus Homericis, ad aliam significationem translatis? *Eustath.* in *Od.* T. p. 687. 52. τῷ ἐπὶ ἀμφινόμȣ ῥηθέντι —— ἐπὶ κακȣ́ργȣ ἀνδρὸς τις των σοφῶν ἐχρήσατο ὕστερον, τὸ μὲν σῶμα φυλάξας τῆς γραφῆς, παραποιήσας δὲ τὸν νȣ͂ν δεξιῶς, πρὸς ὅπερ ἐβȣ́λετο. & cum simili plane modo, Judaeorum scripta citationibus ex V. T. esse referta deprehendamus, quidni Matthaeo aliisque licuit eodem communi jure & consuetudine uti? Accessit ratio peculiaris, cum enim Messiam exspectarent, qui ex familia Davidis nasciturus & majestate sua omnem omnium regum gloriam longe superaturus esset, non poterant non, quicquid unquam de populo aut Rege Judaeorum magnifice dictum erat, ad Messiam referre, tanquam ad illum proprie spectans, utpote qui non extraneus & alienus, verum ex illorum genere & posteritate per continuam successionis seriem omnium majorum omnisque divini favoris haeres esset futurus.

Neque iis, quae hactenus diximus, obstat formula ἵνα πληρωθῇ, quae etiam μεταφορικῶς accipi solet. *Greg. Nyssen.* in Meletium, ἠκȣ́σατε τȣ͂ Ἱερεμίȣ φωνάς τινας σκυθρωπȣ̀ς καὶ γοώδεις —— οἶδά τινα τȣ͂ Ἱερεμίȣ καὶ ἄλλην φωνὴν —— ἐμὴν ποιȣ͂μαι τὴν ᾠδὴν ταύτην —— δότε μοι μικρὸν ὑπαλλάξαι τὸ γεγραμμένον. ap. *Asseman.* Biblioth. Orient. T. 1. 36. Angelus S. *Ephremo*: Cave, inquit, ne *in te impleatur*, quod scriptum est: Ephraim, ut vitula, quae repellit jugum ab humeris suis *Ose.* X. 11. & in Testam. T. 2. f. 231. & *Matth.* XV. 7. καλῶς προεφήτευσε περὶ ὑμῶν Ἡσαίας. *Luc.* IV. 21. σήμερον πεπλήρωται ἡ γραφὴ αὕτη ἐν τοῖς ὠσὶν ὑμῶν. Jac. II. 23. καὶ ἐπληρώθη ἡ γραφὴ ἡ λέγȣσα. quae oracula alio tempore impleta fuisse manifestum est, iterum vero per translationem impleta dicuntur, cum rei alibi narratae similis alia contigit. vid. 1. *Reg.* I. 14. Ita interpretatus est dicta ex *Psal.* XVI. XXI. LXVIII. citata *Theodorus Mopsuestenus*, patrum longe doctissimus, commentariis in Psalmos & XII. Prophetas. Qui, inquit, haec considerare nolunt, omnia verba ad Christum trahere conantur, ut, quae populo contigerunt, de Christo intelligant, Judaeisque ludibrium praebeant, ostendentibus ex verborum consequentia, nihil eorum ad Christum pertinere. *Synod. V. Cp.* Coll. 4. testim. 20. 21. 22. 23. 24. —— Et Evangelista quidem verba ex rebus assumens, eis usus est de Domino, sicut & in aliis diximus. Nam ad Dominum non pertinere in superioribus evidenter ostendimus. A. *Scultetus* exerc. LXII. Neque enim testimonia V. Pacti semper confirmandi, sed saepe illustrandi & concinnioris accommodationis gratia adhibentur in Novo. Quod qui non attendunt ii textus propheticos violentis illis applicationibus corrumpunt, reprehensiones transmutant in consolationes, & narrationes facti praeteriti transformant in promissiones rei futurae; adeoque Judaeis se ridendos proponunt. *Eusebius* H. E. II. 23. ex Hegesippo: καὶ ἐπλήρωσαν τὴν γραφὴν τὴν ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ γεγραμμένην *Esaj.* III. 10. de morte Jacobi justi. *Cosmas Indicopl.* V. p. 227. ὅσα δὲ ἕτερα ἐξέλαβον οἱ ἀπόστολοι ἐκ τῶν Ψαλμῶν, ȣ̓χ ὡς εἰς χριστὸν κυρίως εἰρημένα ἐξέλαβον, , ἀλλ' ὡς ἁρμόζοντα τῇ ὑποθέσει κ. τ. λ. *Anthol* IV. 23. 5. τῆς ἀρετῆς τὸν ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν· ἔννεπεν Ἀσκραῖος, δῶμα τόδε προλέγων. *Plut.* de fort. Alex. p. 331. D. ὥστε εἰπεῖν Ὅμηρον ὅτι τῷ αὐτῷ μέτρῳ τὴν μὲν Ἀγαμέμνονος ἀνδραγαθίαν κεκόσμηκε· τὴν δ' Ἀλεξάνδρȣ μεμαντευται. Ut finem faciam, iterum dico, facile me pati, ut quis vires suas

in

ἀπὸ τοῦ ὕπνου, ἐποίησεν ὡς προσέταξεν αὐτῷ ὁ ἄγγελος Κυρίου, καὶ παρέλαβε τὴν
25 γυναῖκα αὐτοῦ. Καὶ οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτὴν, ἕως οὗ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον,
καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἸΗΣΟΥ͂Ν. τοῦ

Procopius in Eſai. VII. 14. καλέσεις ἔχει, ἀλλ' οὐ καλέσουσιν, ὡς ἐσφαλμένως ἐν εὐαγγελίοις ἐγράφη.

24. διεγερθεὶς] ἐγερθεὶς C. a prima manu. 1. *Epiphan.* Haer. 51. forte quia cap. ſequentis com. 13. 14. 20. 21. ita ſcribitur. At praepoſitio διὰ intendit ſignificationem verbi, III. διακαθαριεῖ. 14. διεκώλυεν. Non ſemiſomnus, ſtatim atque e lecto ſurrexit, ſed poſtquam omnia iterum mature conſideraſſet, ſeque ad negotium gerendum compoſuiſſet.

ὁ] —— prius D. 72. Editiones Eraſmi, ſecunda excepta.

25. ἐγίνωσκεν] ἔγνω D. Codices Latini. τὸν] —— prius 1.

αὐτῆς] —— L D ex emendatione, quia ſuperfluum videbatur.

αὐτῆς τὸν πρωτότοκον] —— 1. Verſio *Copta.* Codex *Latinus* Martianaei, *Hieron.* adv. Helvid. Omiſſum de induſtria, judice J. Millio ad Comm. 18. ne cum Helvidio quis exiſtimaret, Mariam, poſtquam Jeſum in lucem edidiſſet, alios peperiſſe.

in hoc campo excerceat, multaque de Chriſto oracula inveniat, & gladio adverſarios aggrediatur, dummodo infirmioribus & minus exercitatis ſcuto uti concedat, ut vel hoc pacto periculum vitemus, dum juxta regulam Juris ſemper in obſcuris, quod minimum eſt, ſequimur. vid. *Sir.* XLVIII. 25.

προφήτου] vox Ægyptiis primum uſurpata. *Diogenes L.* prooem. αἰγύπτιοι —— φιλοσοφίας, ἧς τοὺς προεστῶτας ἱερέας εἶναι καὶ Προφήτας. *Lucian.* Dial. Mort. XIII. 1. οὐδὲν ὑγιὲς οἱ τῶν ἀμμωνίων προφῆται ἔλεγον. XIV. 1. χρήσιμον ἐδόκει σοι τὸ παρέχειν σεαυτὸν ἐξαπατηθησόμενον ὑπὸ τῶν Προφητῶν. 5. ὁ ἄμμων γόης καὶ ψευδομάντις ἠλέγχετο, καὶ οἱ Προφῆται κόλακες. *Ælian.* Nat. An. XI. 10. ἀπαντῶσι γραμματεῖς ἱεροὶ καὶ Προφῆται de Ægyptiis. *Macrob.* Saturn VII. 13. Adeo verum eſt, ita, ut dicis, Ægyptios opinari, ut ego ſacerdotes eorum, quos Prophetas vocant, cum in templo vidiſſem. *Orig.* in Rom. II. ult. apud Ægyptios —— ſacerdos —— aruſpex aut quorumlibet Sacrorum miniſter, vel, ut illi appellant, Propheta omnis circumciſus eſt. *Plut.* Numa p. 66. A. ὁ δὲ μέγιστος τῶν Ποντιφίκων, οἷον ἐξηγητοῦ καὶ Προφήτου, μᾶλλον δὲ Ἱεροφάντου τάξιν ἐπέχει —— κωλύων παρεκβαίνειν τὰ νενομισμένα & de Def. Orac. p. 412. B. ἐχεκράτους προφητεύοντος ἀνεῖλε νίκην καὶ κράτος πολέμου τοῖς Ἕλλησιν ὁ θεός. Alex. p. 680. D. ὁ μὲν Προφήτης αὐτὸν ὁ ἄμμωνος ἀπὸ τοῦ θεοῦ χαίρειν, ὡς ἀπὸ πατρὸς, προεῖπεν. *Pauſan.* Phoc. c. 6. ωλην δ' ὃς γένετο πρῶτος Φοίβοιο προφάτας. *Feſtus*: prophetas in Adraſto Julius nominat Antiſtites ſacrorum, oraculorumque interpretes. Quum capita viridi lauro velare imperant prophetae, ſancta ita caſte qui parant ſacra. *Apulej.* de Dogm. Plat. 1. Aſtrologiam ad usque Ægyptum ivit petitum, ut inde Prophetarum etiam ritus addiſceret. de Mundo: Veluti prophetae quidam Deorum majeſtate completi effantur.

23. ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον] *Polyb.* VI. 24. ἱππεῖς καὶ πεζοὺς ἐκλέγουσι, τοὺς καλουμένους ἐξτραορδιναρίους, ὃ μεθερμηνευόμενον ἐπιλέκτους δηλοῖ. & II. 15. τὸ γὰρ τρανς ἑρμηνευόμενόν ἐστι πέραν, διὸ τοὺς ἐπέκεινα τῶν ἄλπεων τρανσαλπίνους καλοῦσι. *Plut.* in Lat. μεθερμηνευόμενα κατὰ λέξιν.

μεθ' ἡμῶν ὁ θεός] *Il.* ω. 258. Ἕκτορα τ' ὃς θεὸς ἔσκε μετ' ἀνδράσιν, οὐδὲ ἐῴκει ἀνδρός γε θνητοῦ πάϊς ἔμμεναι, ἀλλὰ θεοῖο, quod etiam ad Platonem refertur apud *Plutarchum*, ut vidimus ad comma 20. Cum vero a Matthaeo ſcriptum ſit ὁ θεὸς, ſignificat Chriſtum eſſe eum, qui Deum nobis conciliat, nobisque divini favoris pignus eſt. Emanuel dicitur, ut Gabriel, Raphael, Ezechiel, Daniel. 2. Chron. XXXII. 8.

Nemo Judaeus haec Eſajae verba de Meſſia intellexit, ſed de filio ex puella, tum innupta, Eſajae naſcituro, poſt cujus nativitatem terra a metu Syrorum eſſet liberanda. Judaeos ſequuntur *Pellicanus* & *H. Grotius.*

24. προσέταξεν] ἐπίταγμα κάλλιον ἢ πρόσταγμα, καὶ ἐπιτάττω ἢ προστάττω. Thomas M.

25. οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτὴν] *Iſaeus* Orat. 2. πρὶν γνῶναι τὸν ἡμέτερον θεῖον αὐτὴν, ἢ ὅσοι, ἐκείνου γιγνώσκοντος, ἐπλησίαζον. *Plut.* de Virt. Mulier. p. 259. C. γύναιον-ἐγνωσμένον-ζῶντι τῷ Γαλάτῃ. Pompejo p. 638. C. ὅσαι δὲ τῶν Μιθριδάτου παλλακίδων ἀνήχθησαν, οὐδεμίαν ἔγνω. Eumene p. 583. D. Βαρσίνην γὰρ τὴν ἀρταβάζου πρώτην ἐν ἀσίᾳ γνοὺς ὁ ἀλέξανδρος, ἐξ ἧς υἱὸν ἔσχεν Ἡρακλέα. Bruto p. 986. A. ἐγνώκει τὴν Σερβιλίαν νεανίας ὢν ἔτι. Quaeſt. Rom. p. 273. B. γνωρισθεῖσαν δὲ τούτῳ. Romulo p. 20. B. ἔγνω τὴν Λαρεντίαν. Alexandro p. 676. D. οὔτε ἄλλην ἔγνω γυναῖκα πρὸ γάμου πλὴν Βαρσήνης. Catone min. p. 762. E. μίαν, ἣν ἔγημεν ἐξ ἀρχῆς, γνοὺς γυναῖκα. Pompejo p. 647. B. ἥτε σωφροσύνη τοῦ ἀνδρὸς μόνην γινώσκοντος τὴν γεγαμημένην. in Monit. Polit p. 818. B. ἀκούσας τὴν ἀδελφὴν ἐγνωκέναι τινὰ τῶν καλῶν καὶ νέων. Galb. p. 1056. E. οὐκ ἔφευγε Γαΐου καίσαρος υἱὸς λέγεσθαι —— ἐγνώκει γὰρ ὁ Γάϊος τὴν τεκοῦσαν αὐτόν. *Heliodor.* I. p. 14. εἰ δὲ με γνώσεται τις αἰσχρῶς. & II. p. 72. *Caeſar* de B. G. VI. 21. intra annum vero viceſimum feminae notitiam habuiſſe in turpiſſimis habent rebus. *Ovid.* Epiſt. Hypſipyles 43. non ego ſum furtim tibi cognita. & 133. Turpiter illa virum cognovit adultera virgo. *Claudian.* de R. P. 1. Impatiens neſcire torum, nullasque mariti Illecebras, nec dulce patris cognoſcere nomen. *Ovid. Metamorph.* IV. 594. Ille ſuae lambebat conjugis ora, inque ſinus caros, veluti cognosceret, ibat. *Horat.* Epiſt. II. 1. 132. Caſtis cum pueris ignara puella mariti. *Silius* II. 68. Haec ignara viri, vacuoque aſſueta cubili. *Ælian.* A. N. VIII. 17. εἶτα ἐμπλήσας ἕκαστος τὴν σύννομον, τὸ ἐντεῦθεν ἐπὶ τούτοις οὐκ οἶδεν αὐτήν. *Hermogenes* de Invent. IV. 8. ex Menandro. Ἔγνω με, τὸ γὰρ διεφθάρθαι καὶ ὑβρίσθαι σεμνῶς ἔγνω με εἰπὼν, ἐκόσμησε πρᾶγμα αἰσχρὸν σεμνοτέρᾳ λόγου συνθέσει. *Jamblich.* Vit. Pythag. 9. σπουδάζειν δὲ καὶ τοῦτο, ὅπως αὐτοί τε μόνας ἐκείνας εἰδήσωσι.

ἕως οὗ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον] Primogenitus eſt, ante quem alius natus non eſt, ſive deinde alii ſecuti fuerint ſive non. *Silius* IV. 787. Prima domus atque unica proles. Demonax 29. vero apud *Lucianum* Sophiſtam agit, dum ei qui ſibi πρῶτος καὶ μόνος τῶν Διαλεκτικῶν videbatur, objicit εἰ μὲν πρῶτος, οὐ μόνος, εἰ δὲ μόνος, οὐ πρῶτος.

Simile de Ariſtone memoriae proditum eſt. *Plut.* Conviv. VIII. 1. p. 715. E. ἅμα δὲ τῆς λεγομένης ἀρίστωνι τῷ Πλάτωνος πατρὶ γενέσθαι κατ' ὕπνον ὄψεως,

ἀπαγο-

Τοῦ δὲ Ἰησοῦ γεννηθέντος ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας, ἐν ἡμέραις Ἡρώδου τοῦ Βα- 1
σιλέως, ἰδοὺ, μάγοι ἀπὸ ἀνατολῶν παρεγένοντο εἰς Ἱεροσόλυμα, λέγοντες·
2 Ποῦ

1. δὲ] — 86. Ev. 24.
Ἰησοῦ] + Χριστοῦ 3. 9. 14. 73.
ἐν ἡμέραις Ἡρώδου τοῦ βασιλέως] — 30. 49. 55. 62. *Millio* Prol. 1477. suspecta fere sunt παρεμβλήσεως, quis, inquit, verba tam insignia absque omni erroris occasione praetermiserit? At facile est occasionem inveni-

ἀπαγορευούσης μὴ συγγίνεσθαι τῇ γυναικὶ, μηδὲ ἅψασθαι δέκα μηνῶν ἐμνημόνευσεν. Diog. L. III. 2. ἀθήνησιν ἦν λόγος, ὡραίαν οὖσαν τὴν Περικτιόνην βιάζεσθαι τὸν ἀρίστωνα, καὶ μὴ τυγχάνειν· παυόμενον δὲ τῆς βίας ἰδεῖν τὴν τοῦ ἀπόλλωνος ὄψιν. ὅθεν καθαρὰν γάμου φυλάξαι, ἕως τῆς ἀποκυήσεως. & *Hesych. Miles.* φασὶ δὲ, ὡς ἔκ τινος θείας ὄψεως ἡ μήτηρ αὐτοῦ ἔγκυος γέγονε, ἐπιφανέντος αὐτῇ τοῦ ἀπόλλωνος. καὶ, ἡνίκα ἔτεκε τὸν Πλάτωνα, τότε αὐτῇ ὁ ἀνὴρ συνεγένετο. & de Hercule *Hygin.* F. 29. sensit Amphitryon numen aliquod fuisse pro se, ex qua die cum ea non concubuit.

1. *Bethlehem* sex miliaria Romana aberat Hierosolymis austrum versus; *Eusebius* Βηθλεὲμ φυλῆς Ἰούδα, αἰλίας ἄποθεν σημείοις ς. πρὸς τὰ νότια, quem sequuntur *Hieronymus*, *Sulpicius Severus* & *Phocas*.

ἐν ταῖς ἡμέραις Ἡρώδου τοῦ βασιλέως] Hebraismus, tempore Regis Herodis. Notandum autem, historiam Evangelicam atque Apostolicam incipere ab Herode magno & desinere in Agrippa ultimo rege Judaeorum.

μάγοι] In *Actis* Apostolorum mentio fit Simonis & Elymae magorum. quatuor fere ista consensu veterum de Magis traduntur, fuisse Persas sive Parthos, Religionis Antistites, frequenter peregrinationes instituisse, & contemplationi astrorum vel potius Astrologiae operam dedisse. *Xenoph.* Cyr. Inst. IV. πρῶτον μὲν τοὺς Μάγους καλέσας τὰ τοῖς θεοῖς νομιζόμενα ἐπὶ τοιούτοις ἀγαθοῖς ἐξαιρεῖσθαι ἐκέλευσεν. *Diog. L.* procem. 1. τὸ τῆς φιλοσοφίας ἔργον ἔνιοί φασιν ἀπὸ βαρβάρων ἄρξαι· γενέσθαι γὰρ παρὰ μὲν Πέρσαις Μάγους, παρὰ δὲ Βαβυλωνίοις καὶ Ἀσσυρίοις Χαλδαίους. *Lucian.* Longaevis. 4. οἱ καλούμενοι Μάγοι, γένος τοῦτο μαντικὸν καὶ θεοῖς ἀνακείμενον, παρά τε Πέρσαις Πάρθοις καὶ Βακτρίοις — καὶ Μήδοις. Demonax. 23. μάγου τινος εἶναι λέγοντος, καὶ ἐπῳδὰς ἔχειν ἰσχυρὰς, ὡς ὑπ' αὐτῶν ἅπαντας ἀναπείθεσθαι καὶ παρέχειν αὐτῷ, ὁπόσα βούλεται. — ἔλεγε Μάγος τε εἶναι, καὶ δύνασθαι αὐτῷ ἀναγαγεῖν τοῦ παιδὸς τὸ εἴδωλον. *Herodian.* IV. 12. 8. Caracallam Μάγων τοὺς ἀρίστους ζητήσαντα, νεκυίᾳ δὲ χρησάμενον μαθεῖν περὶ τοῦ τέλους τοῦ βίου αὐτοῦ. *Plut.* Numa p. 70. D. καταγαγεῖν τὸν Δία μαγεύσαντας ἐκείνους. *Porphyr.* de Abstin. IV. 16. παρά γε μὴν τοῖς Πέρσαις οἱ περὶ τὸ θεῖον σοφοὶ καὶ τούτου θεράποντες Μάγοι μὲν προσαγορεύονται. τοῦτο γὰρ δηλοῖ κατὰ τὴν ἐπιχώριον διάλεκτον ὁ Μάγος. Οὕτω δὲ μέγα καὶ σεβάσμιον γένος τοῦτο παρὰ Πέρσαις νενόμισται, ὥστε καὶ Δαρεῖον τὸν Ὑστάσπου ἐπιγράψαι τῷ μνήματι πρὸς τοῖς ἄλλοις, ὅτι καὶ μαγικῶν γένοιτο διδάσκαλος. *Æschines.* οὔτε Φρυνώνδας, οὔτ' Εὐρύβατος, οὐδὲ ἄλλος τις πώποτε τῶν πάλαι πονηρῶν τοιοῦτος Μάγος καὶ γόης ἐγένετο. *Ammon.* Μάγον τόν τε φαρμακὸν ὡς αἰσχύνης ἐν τῷ κατὰ κτησιφῶντος. καὶ τὸν περὶ τοὺς θεοὺς ἱερουργὸν ὡς Ἡρόδοτος. [1. 140.] *Hesych.* μάγον — τὸν θεοσεβῆ καὶ θεόλογον καὶ ἱερέα οἱ Πέρσαι οὕτως λέγουσιν. *Sophocles* Oedipo Tyranno. ὑφεὶς μάγον τοιόνδε μηχανοῤῥάφον δόλιον ἀγύρτην, ὅστις ἐν τοῖς κέρδεσιν μόνον δέδορκε, τὴν τέχνην δ' ἔφυ τυφλός. *Plut.* Alex p. 666. A. ὅσοι δὲ τῶν Μάγων ἐν Ἐφέσῳ διατρίβοντες ἔτυχον, templi Ephesini conflagrationem de nativitate Alexandri M. interpretati sunt. — οἱ μάγοι ὀνείρους ἐξηγοῦνται. *Curtius* VII. 4. 8. Magnae artis, si modo ars est, non vanissimi cujusque ludibrium, magis professione quam scientia celeber. *Diogenes* L. Democrit. IX. 34 οὗτος μάγων τινῶν διήκουσε καὶ χαλδαίων, Ξέρξου τοῦ βασιλέως ἐπιστάτας τῷ πατρὶ αὐτοῦ καταλιπόντος — παρ' ὧν τά τε περὶ θεολογίας καὶ ἀστρολογίας ἔμαθεν ἔτι παῖς ὤν. Socrate II. 45. φησὶ δ' ἀριστοτέλης, Μάγον τινὰ ἐλθόντα ἐκ Συρίας εἰς ἀθήνας, τά τε ἄλλα καταγνῶναι τοῦ Σωκράτους, καὶ δὴ καὶ βίαιον ἔσεσθαι τὴν τελευτὴν αὐτοῦ. *Catull.* 91. Nascatur Magus ex gnati matrisque nefando Concubitu, & discat Persicum aruspicium. Nam Magus ex matre & gnato gignatur oportet, si vera est *Persarum* impia religio. *Cic.* de Divinat. I. 23. Quid ego, quae magi Cyro illi principi interpretati sunt, ex Dinonis Persicis libris proferam? nam cum dormienti ei sol ad pedes visus esset, ter eum scribit frustra appetivisse manibus, cum se convolvens sol elaberetur & abiret: ei magos dixisse quod genus sapientum & doctorum habetur *in Persis*, ex triplici appetitione solis, XXX. annos Cyrum regnaturum esse, portendi — Qua nocte templum Ephesiae Dianae deflagravit, eadem constat ex Olympiade natum esse Alexandrum, atque ubi lucem coepisset, clamitasse magos, pestem ac perniciem Asiae proxima nocte natam. & 41. eaque Divinationum ratio ne in barbaris quidem gentibus neglecta est — *in Persis* augurantur & divinant Magi, qui congregantur in fano commentandi caussa atque inter se colloquendi — nec quisquam rex Persarum potest esse, qui non ante magorum disciplinam scientiamque perceperit. *Plin.* H. N. XXIX. 3. ut est Magorum sollertia occultandis fraudibus sagax. *Horat.* Carm. I. 27. Quae saga, quis te solvere Thessalis Magus venenis, quis poterit Deus? *Vellej.* P. II. 24. Sulla — cum ad eum *legati Parthorum* venissent, & in iis quidam *magi* ex notis corporis respondissent, coelestem ejus vitam & memoriam futuram. *Senec.* Epist. 58. Hoc scis, puto, Platoni diligentiae suae beneficio contigisse, quod natali suo decessit, & annum unum atque octogesimum implevit sine ulla deductione. Ideo *Magi*, *qui forte Athenis erant*, immolaverunt defuncto, amplioris fuisse sortis quam humanae rati, quia consummasset perfectissimum numerum, quem novem novies multiplicata componunt. *Justin.* I. 1. primum artes magicas invenisse, & mundi principia siderumque motus diligentissime tractasse. *Apulej.* Apolog. I. 147. Si, quod ego apud plurimos lego, *Persarum* lingua Magus est, qui nostra sacerdos — sin vero more vulgari eum isti proprie magum existimant, qui communione loquendi cum diis immortalibus, ad omnia, quae velit, incredibili quadam vi cantaminum polleat. *Sabbath.* f. 75. 1. *Bava basra.* Dixit Raf: quicunque discit verbum unum a mago, reus est mortis. *Philo*,

2 Ποῦ ἐστιν ὁ τεχθεὶς βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων; εἴδομεν γὰρ αὐτοῦ τὸν ἀστέρα ἐν τῇ ἀνατολῇ,

re, vel in oscitantia librarii, vel quod ipsum offendit Hebraismus ἐν ἡμέραις, vel quod ista verba parum necessaria judicavit. Jure ergo Millio regerimus, quis absque omni additionis occasione haec addidisset?

Ἱεροσόλυμα] Ἱερουσαλὴμ C. L. 3. 4. 5. 9. 44. 45. 47. 63. 72. 73. 80. 106. Colb.

2. αὐτοῦ τὸν ἀστέρα] τὸν ἀστέρα αὐτοῦ Ed. *Compl.*

lo, quod omnis probus liber T. II. p. 456, 44. ἐν Πέρσαις μὲν τὸ μάγων, οἳ τὰ φύσεως ἔργα διερευνώμενοι πρὸς ἐπίγνωσιν ἀληθείας, καθ᾽ ἡσυχίαν τὰς θείας ἀρετὰς τρανωτέραις ἐμφάσεσιν ἱεροφαντοῦνταί τε καὶ ἱεροφαντοῦσιν. *Strabo* XV. p. 1106. A. παρὰ δὲ τοῖς Πέρσαις οἱ Μάγοι καὶ νεκυομάντεις καὶ ἔτι οἱ λεγόμενοι λεκανομάντεις καὶ ὑδρομάντεις.

ἀπὸ ἀνατολῶν & 2. ἐν τῇ ἀνατολῇ] Significat plagam mundi orientalem; & quod hic praecipue notandum est, Regnum Parthicum Regnum orientis vocari solet. *Antholog.* Epigramm. M S. ἀντιπάτρου εἰς τὸν καίσαρα μέλλοντα ἀπαίρειν ἐπὶ τοὺς Πάρθους, ἤδη ὑποσπόνδους. Στέλλευ ἐπ᾽ Εὐφρήτην Ζηνὸς τέκος, εἰς σὲ γὰρ ἤδη Ἠῷοι Πάρθων αὐτομολοῦσι πόδες. Στέλλευ ἄναξ δηεὶς δὲ φόβῳ κεκλασμένα τόξα, καῖσαρ πατρώων ἄρξαι ἀπ᾽ ἀντολέων. ῥώμην δ᾽ ὠκεανῷ περιτέρμονα πάντοθεν αὐτὸς Πρῶτος ἀνερχομένῳ σφράγισαι ἠελίῳ *Philo* de Leg. ad T. 2. p. 584. 9. οὐ παρῆσαν αἱ στρατιωτικαὶ δυνάμεις, ἃς δέδιεν ἔθνη τὰ ἑῷα, καὶ ἡγεμόνες αὐτῶν Παρθυαῖοι. *Ovid.* Metam. 1. 61. Eurus ad auroram, Nabathaeaque regna recessit, Persidaque, & radiis juga subdita matutinis. *Claudian.* de IV. Cos. Honorii: Si tibi Parthorum solium fortuna dedisset, care puer, terrisque procul venerandus eois Barbarus Arsacio consurgeret ore tiaras. *Justin.* H. IV. 1. 1. Parthi, penes quos, velut divisione orbis cum Romanis facta, nunc Orientis imperium est *Florus* II. 8. 2. Cum Persas & Orientem, Xerxem atque Darium cogitarent. *Jo. Malela* p. 185. Κωάδης βασιλεὺς βασιλευόντων, ἥλιος ἀνατολῆς, Φλαβίῳ Ἰουστινιανῷ καίσαρι, σελήνῃ δύσεως. *Hieron.* in *Esaj.* XLI. 2. ab Oriente] quidam ad Cyrum regem Persarum referunt, quod suscitaverit eum adversus Babylonios de Oriente XLVI. 11. ut putant Hebraei. & in XLIX. 12. Persas intelligimus, qui ad Orientem siti sunt. His adde, quod etiam in Thalmude Babylonico Judaea regio occidentalis vocatur illis nimirum qui in Babylonia habitabant, unde consequitur, Babyloniam in Judaea viventibus recte ad Orientem dici sitam: quod etiam accuratiores tabulae geographicae demonstrant; quae & Babylonem, & Ctesiphontem & Seleuciam, & Persidem ad Orientem Judaeae exhibent.

βασιλέως] *Etymol. M.* βασιλεὺς, βασιλέος, κοινῶς. βασιλέως ἀττικῶς.

εἰς Ἱεροσόλυμα] Cum tota ipsorum ars conjecturalis esset, non putabant regem illustrem in vico ignobili nasciturum, sed illum quaerendum esse in urbe regia, in ipso palatio, atque in familia quae tum regnabat.

2. αὐτοῦ τὸν ἀστέρα] Quomodo stella nova conspecta potuit illis indicare, Regem in Judaea natum esse? an Deus, qui stellam ipsis ostendit, simul, quid significaret declaravit? silentium Matthaei aliud suadet, qui enim narrat, illos divino oraculo in itinere monitos fuisse, ne ad Herodem reverterentur, sine dubio etiam prioris oraculi, si quod fuisset, mentionem fecisset. An sagacitate quadam naturali & usu rationis vel longa experientia edocti ad eam scientiam pervenerant? nec hoc dici potest; si enim ad seriem caussarum & effectorum vel ad naturam signorum attendimus, nihil in nova stella perspicimus, quod nativitatem Regis portendat. Superest igitur, ut illos ex regulis artis suae hoc habuisse existimemus: quae licet certissime futilis, vana atque fallax esset, casu tamen aliquando in verum incidere potuit. Admirabilis hinc elucet sapientia Dei qui hominum erroribus & sceleribus usus Josephum per scelus fratrum in Ægyptum deduxit, regem Babelis per haruspicia & sortes Judaeis immisit *Ezech.* XXI. 11. 12. & Magos hic per Astrologiam ad Christum direxit.

Stella autem nova apparente magnos viros aut natos aut denatos fuisse, multis veterum observatum est. *Jalkut Rubeni* f. 32. 3. Qua hora natus est Abrahamus pater noster, super quem sit pax, stetit quoddam sidus in oriente, & deglutivit quatuor astra, que erant in quatuor Coeli plagis. Dixerunt sapientes Nimrodi: natus est Tharae filius hac ipsa hora, ex quo egressurus est populus, qui haereditabit praesens & futurum seculum: si tibi placuerit, detur patri ipsius domus argento auroque plena, & occidat ipsum. *Justinus* H. XXXVII. 2. Hujus [Mithridatis] futuram magnitudinem etiam coelestia ostenta praedixerant: Nam eo quo genitus est anno, & quo regnare primum coepit, stella cometes per utrumque tempus LXX. diebus ita luxit, ut coelum omne conflagare videretur. *Seneca* Q. N. I. 1. Nos quoque vidimus non semel flammam ingentis pilae specie, quae tamen in ipso cursu suo dissipata est. Vidimus circa D. Augusti excessum simile prodigum: vidimus, cum de Sejano actum est: nec Germanici mors sine denunciatione tali fuit. Dices mihi: ergo tu in tantis erroribus es, ut existimes Deos mortium signa praemittere? & VII. 17. qui post necem Divi Julii ludis Veneris genitricis circa undecimam horam diei emersit. *Virgil.* Ecl. IX. 47. Ecce Dionaei processit Caesaris astrum. *Servius*: Cum Augustus Caesar patri ludos funebres celebraret, de medio stella apparuit —— quam quidam ad illustrandam gloriam Caesaris juvenis pertinere existimabant —— Vulcanius aruspex in concione dixit, cometen esse, qui significaret exitum noni seculi & ingressum decimi —— Hoc etiam Augustus in libro II. de memoria vitae suae complexus est. *Plinius* H. N. II. 23. Cometes in uno totius orbis loco colitur in templo Romae, admodum faustus Divo Augusto judicatus ab ipso, qui incipiente eo apparuit ludis, quos faciebat Veneri genetrici, non multo post obitum patris Caesaris, in collegio ab eo instituto. Namque his verbis id gaudium prodidit: Iis ipsis ludorum meorum diebus sidus crinitum per VII. dies in regione coeli, quae sub septentrionibus est conspectum. Id oriebatur circa XI. horam diei, clarumque & omnibus e terris conspicuum fuit. Eo sidere significari vulgus credidit, Caesaris animam inter Deorum immortalium numina receptam: quo

τολῇ, καὶ ἤλθομεν προσκυνῆσαι αὐτῷ. Ἀκούσας δὲ Ἡρώδης ὁ βασιλεὺς ἐταράχθη, 3
καὶ

αὐτῷ] αὐτὸν 15. Ev. 21. Ed. *Erasmi* 1.
3. Ἡρώδης ὁ βασιλεὺς] ὁ βασιλεὺς Ἡρώδης. D. 1. Euſ. D. 7. 2.

quo nomine id inſigne ſimulacro capitis ejus, quod mox in foro conſecravimus, adjectum eſt. Haec ille in publicum, interiore gaudio ſibi illud natum, ſeque in eo naſci arbitratus eſt, &, ut verum fateamur, ſalutare id terris fuit. *Lucan.* I. 529. crinemque timendi ſideris, & terris mutantem Regna cometen. *Juvenal.* VI. 407. Inſtantem Regi Armenio Parthoque cometen prima videt. *Lampridius* Alex. Sever. 13. Fertur pridie natalis ejus tota die apud Arcam Caeſaream ſtella primae magnitudinis viſa. *Diodor. Sic.* 11. 30. ἔςι δὲ ὅτε κομητῶν ἀςέρων ἐπιτολὰς —— ὠφελίμους τε καὶ βλαβερὰς, ὐ μόνον ἔθνεσι καὶ τόποις, ἀλλὰ καὶ βασιλεῦσι, καὶ τοῖς τυχοῦσιν ἰδιώταις. *Sueton.* Caeſ. 88. in deorum numerum relatus eſt, non ore modo decernentium, ſed & perſuaſione vulgi. ſiquidem ludis, quos primo conſecratos ei haeres Auguſtus edebat, ſtella crinita per ſeptem dies continuos fulſit, exoriens circa undecimam horam. Creditumque eſt, animam eſſe Caeſaris in coelum recepti· & hac de cauſſa ſimulacro ejus in vertice additur ſtella. Claudio 46. Praeſagia mortis ipſius praecipua fuerunt; exortus crinitae ſtellae, quam cometen vocant. Veſpaſiano 23. Cum inter prodigia caetera —— & ſtella crinita in coelo adparuiſſet —— ad Parthorum regem, qui capillatus eſſet, pertinere dicebat. *Claudian.* de IV. Coſ. Honorii —— cum ſolita miles te voce levaſſet —— viſa etiam medio populis mirantibus audax ſtella die —— apparet, quid ſigna ferant, ventura poteſtas claruit Aſcanio, ſubita cum luce comarum innocuus flagraret apex, Phrygioque volutus vertice fatalis redimiret tempora candor. At tua coeleſtes illuſtrant omina flammae. *Tacitus* A. XIV. 22. Sidus cometes effulſit, de quo vulgi opinio eſt, tanquam mutationem regis portendat. Igitur quaſi jam depulſo Nerone, quisnam deligeretur, inquirebant. Ut vero regem illum in Judaea natum crederent, fama impulſos fuiſſe puto; percrebuerat enim Oriente toto vetus & conſtans opinio, eſſe in fatis, ut eo tempore Judaea profecti rerum potirentur. Id —— Judaei ad ſe trahentes rebellarunt, *Sueton.* Veſpaſ. 4. ſimilia habent *Tacitus Hiſt.* V. 13. *Joſephus*, & ſcriptores N. T. qui etiam narrant multos Pſeudochriſtos ea occaſione prodiiſſe.

De Jeſu nativitate & Magorum adventu ita ſcribit *Chalcidius* in Timaeum Platonis C. VII. 126. Eſt quoque alia ſanctior & venerabilior hiſtoria, quae perhibet, ortu ſtellae cujusdam non morbos mortesque denunciatas, ſed deſcenſum Dei venerabilis ad humanae conſervationis, rerumque mortalium gratiam. Quam ſtellam cum nocturno itinere ſuſpexiſſent Chaldaeorum profecto ſapientes viri, & conſideratione rerum coeleſtium ſatis exercitati, quaeſiviſſe dicuntur recentem ortum Dei, repertaque illa majeſtate puerili veneratos eſſe, & vota Deo tanto convenientia nuncupaſſe.

Inexcuſabiles erant Judaei, qui ad novam iſtam ſtellam, quae Magos excitaverat, animum adtendere neglexerunt; licet vaticinium Bileami Num. XXIV. 17. de ſtella ex Jacobo oritura ad Meſſiam referrent. *Thargum Onkelos*: Surget rex ex Jacobo & Meſſias ungetur ex Iſraele, & occidet magnates Moab, & dominabitur omnibus filiis hominum. *Jonathan*: Regnabit Rex potens e domo Jacobi, ungetur Meſſias, & ſceptrum potens ex Iſraele. *Hieroſol.* Surget rex ex domo Jacobi & liberator ac dominator ex domo Iſraelis, & ad comma 7. ſurget rex eorum filiis eorum, & liberator eorum ex illis, & inter illos erit, & congregabit captivitatem eorum ab urbe adverſariorum —— & magnificabitur regnum Meſſiae Regis. *Maimonid.* Tract. Melakin. c. 11. 1. Sceptrum orietur ex Iſraele. Hic eſt Rex Meſſias. Et percutiet angulos Moabi. Hic eſt David. & dominabitur filiis Seth. Hic eſt rex Meſſias, de quo ſcriptum eſt, *Pſ.* LXXXVII. 8. dominabitur a mari ad mare, & a fluvio ad fines terrae. *Abeneſra* in l. Multi hanc ſtellam interpretantur de Meſſia. Quid quod iidem Judaei, poſtquam vix CXXX. anni a Chriſto nato elapſi eſſent, quendam, *Barchochebam* cognominatum, magna animorum conſenſione pro vero Meſſia habuerunt, ea praeſertim ratione ducti, quod nomen ejus *filium ſtellae* ſignificaret, adeoque Prophetia Bileami ei conveniret, donec maximo ſuo damno aliud edocti ſero nimis ſe deceptos agnoſcerent, & impoſtoris nomen in *Barchosbam*, quod filium mendacii denotat, immutarent. vid. *Buxt.* Lex. Thalm p. 1028.

Verbum προσκυνεῖν frequentius & quidem apud ſcriptores ἀττικωτέρους cum caſu quarto junctum occurrit: non tamen deſunt loca non ſolum N. T. & τῶν O. verum etiam apud profanos ſcriptores, in quibus cum caſu tertio conſtructum reperitur. *Lucian.* Navig. 37. οἱ βάρβαροι προσκυνείτωσαν ἡμῖν. *Ælian* H. A. X. 24. ταύτῃ τοι καὶ προσκυνοῦσιν. *Plut.* in Camill. 145. C. ὅτε λουκρήτιος ἔφη, προσκυνήσας τῷ θεῷ, προσίθεσθαι τὴν ἑαυτοῦ γνώμην. *Xiphilin.* de Decebalo: καὶ ἐς τὴν γῆν πεσὼν καὶ προσκυνήσας αὐτῷ. *Ælian.* V. H. 1. 21. Ἰσμηνίας αἰσχύνης χωρὶς πῶς Περσῶν βασιλεῖ προσεκύνησεν. *Polyb.* V. 86. τῇ γὰρ οἰκίᾳ ταύτῃ μᾶλλον ἀεί πως οἱ κατὰ κοίλην Συρίαν ὄχλοι προσκυνοῦσι.

Προσκυνεῖν reſpondet voci Hebraicae השתחוה & ſignificat, toto corpore in terram ſe proſternere honoris exhibendi cauſſa. Comm. 2. πεσόντες προσεκύνησαν. *Gen.* XLIII. 26. 1. *Cor.* XIV. 25. πεσὼν ἐπὶ πρόσωπον προσκυνήσει. *Schebuos f.* 16. 2. *& Horajoth f.* 4. 1. inclinatio ſuper faciem, incurvatio in genua, adoratio, extenſio manuum pedumque. Ritus erat Perſicus, *Herodot.* I. 134. οἱ συντυγχάνοντες δ' ἀλλήλοισι ἐν τῇσι ὁδοῖσι, τῷδε ἄν τις διαγνοίη εἰ ὅμοιοί εἰσιν οἱ ἐντυγχάνοντες. ἀντὶ γὰρ τοῦ προσαγορεύειν ἀλλήλους φιλέουσι τοῖσι στόμασι. ἢν δὲ ᾖ οὕτερος ὑποδεέστερος ὀλίγῳ, τὰς παρειὰς φιλέονται· ἢν δὲ πολλῷ ᾖ οὕτερος ἀγεννέστερος, προσπίπτων προσκυνεῖ τὸν ἕτερον, quum in via ſibi occurrunt, ex hoc quis cognoſcat, an pares ſint: nam ſalutationis loco mutuo ora oſculantur: quod ſi alter fuerit inferior paulo, malas oſculantur: ſin autem alter multo fuerit ignobilior, proſtratus adorat alterum. *Polyaen.* p. 328. εἰς γόνυ κλίναντες ταῖν χεροῖν διατρίβετε τὴν γῆν —— οἱ δὲ Πέρσαι, σχῆμα προσκυνήσεως ἰδόντες.

τες. & 622. οἱ Σατράπαι καταπηδήσαντες Δάρειον προσεκύνησαν καὶ βασιλέα Περσῶν ἐςήσαντο. *Plut.* de Am. frat. p. 488. F. ἀποδειχθέντος τοῦ Ξέρξȣ βασιλέως ὁ μὲν ἀριμένης εὐθὺς —— προσεκύνησε τὸν ἀδελφόν. *Lucian.* Navigio 30. ὦ βασιλεῦ, ὑποκύψας ἐς τὸ Περσικὸν προσκυνῶ σε περιαγαγὼν ἐς τȣ̓πίσω τὼ χεῖρε. *C. Nepos* Conon. 3. neceſſe eſt enim, ſi in conſpectum veneris, venerari te Regem, quod προσκυνεῖν illi vocant. *Liban.* O. XIX. p. 484. C. προσκυνοῦσιν, ὥσπερ οἱ Πέρσαι τὸν δεσπότην. *Xenophon.* Rer. Graec. IV. νῦν δὲ ἔξεςι σοὶ μεθ' ἡμῖν γενομένῳ, μηδένα προσκυνοῦντα, μηδὲ δεσπότην ἔχοντα ζῆν καρπȣ́μενον τὰ σαυτοῦ. *Seneca* Troad. 709. Dominique pedes ſupplice dextra ſtratus adora. *Joſeph.* A. VI. 13. de Davide & Saule, ἐπιςραφέντος δὲ τοῦ βασιλέως προσκυνεῖται αὐτὸν πεσὼν ἐπὶ πρόσωπον, ὡς ἔθος. Par igitur eſt, ubi de Rege agitur, exiſtimare, Magos eo honore Jeſum proſecutos fuiſſe, quo Regem ſuum ſolebant. Notandum vero Graecos Romanosque nemini mortalium hunc honorem exhibuiſſe, apud quos nonniſi in ſacris proſterni mos erat. *Eurip.* Phoeniſſ. 300. γονυπετεῖς ἕδρας προσπιτνῶ σ', ἄναξ, τὸν οἴκοθεν νόμον σέβȣσα & Oreſt. 1507. προσκυνῶ σ' ἄναξ νόμοισι βαρβάροισι προσπεσὼν O. οὐκ ἐν Ἰλίῳ τάδ' ἐςὶν, ἀλλ' ἐν ἀργείᾳ χθονί. *Iſocrat.* in Panegyr. notantur Perſae θνητὸν μὲν ἄνδρα προσκυνοῦντες, & apud *Curtium* VIII. 7. 13. Alexandro exprobrat Calliſthenes: Tu Macedonas voluiſti genua tibi ponere, venerarique te ut Deum. *Livius* XXX. 16. de Legatis Carthagin. more adulantium, accepto credo ritu ex ea regione, ex qua oriundi erant, procubuerunt. *Athenaeus* VI. p. 251. D. Δημάδην δὲ ι. ταλάντοις ἐζημίωσαν ὅτι θεὸν εἰσηγήσατο Ἀλέξανδρον· καὶ Δημαγόραν δ' ἀπέκτεινον, ὅτι πρεσβεύων ὡς βασιλέα προσεκύνησεν αὐτὸν. Et *Libanius* conqueritur eos, quos Baſilius M. ipſi miſerat, nimium ipſi honorem habuiſſe Epiſt. 1594. μικροῦ δέ με καὶ Καππαδόκην ἔθηκαν, ἀεί μοι τὸ προσκυνῶ σε προσάδοντες. Δεῖ δὲ ὅμως ἀνέχεσθαι Βασιλέως κελεύοντος. *Ælianus* V. H. 1. 21. laudat Iſmeniae Thebani τὸ σοφὸν ἅμα καὶ ἑλληνικὸν, cum enim monitus fuiſſet, τὸν εἰς ὀφθαλμȣ̀ς ἐλθόντα τοῦ βασιλέως μὴ πρότερον λόγȣ μεταλαγχάνειν, πρὶν ἢ προσκυνῆσαι αὐτὸν —— περιελόμενος τὸν δάκτυλον ἔρριψεν ἀδήλως παρὰ τȣ̀ς πόδας —— καὶ ταχέως ἐπικύψας, ὡς δὴ προσκυνῶν, πάλιν ἀνείλετο αὐτὸν, καὶ δόξαν μὲν ἀπέςειλε τῷ Πέρσῃ προσκυνήσεως, ȣ̓ μὴν ἔδρασεν ȣ̓δὲν τῶν ἐν τοῖς ἕλλησιν αἰσχύνην φερόντων. *Eſther.* III. Cum igitur Matthaeus, qui ignorare non potuit, quo loco adoratio hominis mortalis apud Graecos haberetur, nihilominus Chriſtum a Magis adoratum fuiſſe tanquam rem ipſi valde honorificam & glorioſam litteris conſignarit, non obſcure Graecis imprimis lectoribus ſignificavit, Chriſto, qui, ut modo narraverat, non ſanguine humano ſed ſtirpe divina ſatus eſſet, adorationis honorem jure deberi, quod apertius alibi declaravit XXVIII. 9. Conf. *Luc.* XXIV. 52. *Heb.* I. 6.

3. ἐταράχθη] Si, quod prae ſe ferebant, verbis Prophetarum fidem habuiſſent, & ſpem in Meſſia jamjam adventuro poſuiſſent, quid erat cauſſae, cur illius nativitate audita turbarentur? Meſſias rex eſt coeleſtis & totius humani generis ſervator, cujus beneficium non ſolum ad Herodem ipſum omnesque ejus ſubditos, ſed & ad omnes in univerſum homines ſpectabat: en ego, inquit angelus, ingentem vobis nuntio laetitiam toti populo futuram: videlicet vobis hodie natum eſſe ſervatorem, qui eſt Chriſtus Dominus in oppido Davidis. *Luc.* II. 10. 11. Non abs re igitur vetus Eccleſia in hymno quaeſivit: Hoſtis Herodes impie, Chriſtum venire quid times? Non eripit mortalia, qui regna dat coeleſtia. Fac porro, ipſos ex praejudicio gentis cogitaſſe de Meſſia, qui imperium in Judaeam ſibi deſtinatum, more aliorum principum, vi occupaturus, hoſtesque debellaturus eſſet, quid vel haec cogitatio habebat, quod aut Herodem Septuagenarium & aegrotum, & adulto iſto infante non ſuperſtitem futurum, aut Hieroſolymitanos tyrannidis Herodis pertaeſos & qualemcunque potius Regem quam Herodem optantes jure perturbare poterat? Duas tamen deprehendimus iſtius conturbationis cauſſas, animum ſibi male conſcium, & recordationem eorum, quae inter initia regni Herodis acciderant. Primo tyranni ſemper ſunt ſuſpicaces & meticuloſi (*Tacit.* H. IV. 83. Ptolemaeus, ut ſunt ingenia regum, pronus ad formidinem. *Silius* II. 499. &, quantum terrent, tantum metuentia regna. *Senec.* Oedip. 705. Qui ſceptra duro ſaevus imperio regit, Timet timentes, metus in auctorem redit. Thyeſt. 607. vos, quibus rector maris atque terrae jus dedit magnum necis atque vitae, Ponite inflatos tumidosque vultus: quicquid a vobis minor extimeſcit, Major hoc vobis dominus minatur. omne ſub regno graviore regnum eſt.) Matthaeus, quod ſcriptoribus S. alias ſolemne eſt, unico verbo tanquam in tranſitu indolem & characterem morum Herodis accuratisſime exprimit. Herodes imperium, vi & fraude quaeſitum, iisdem artibus retinuerat; cumque ipſe Hyrcano, Ariſtobulo atque Antigono legitimis haeredibus e medio ſublatis regnum invaſiſſet, metuebat ne eodem modo ipſe dejiceretur, ſuſpicionibus, creſcente inprimis aetate, indulgebat, hisque excruciabatur; hinc factum, ut hoc tempore filios Antipatrum, Ariſtobulum, & Alexandrum, regni affectati reos perageret, & laqueo necaret, quae Fl. Joſephus prolixe narrat. Familia Regia, cum ditioribus & tota Sadducaeorum ſecta poſt hanc vitam nihil metuebat: quare ſapientiſſima Dei providentia ita res diſpoſuit, ut in hac ipſa vita conſcientia male factorum agitati metuerent, eoque pacto poenas darent. Cur denique Phariſaei, quorum magna pars, ficta atque ſimulata pietatis ſpecie, fallebant, Meſſiae τȣ̃ καρδιογνώςȣ adventu nunciato turbati fuerint, dicere non eſt neceſſe. Alteram anxietatis atque perturbationis cauſſam diximus fuiſſe memoriam motuum inter initia regni Herodis excitatorum: tum enim Parthi, duce Pacoro regis filio, Hieroſolymis & tota Judaea occupatis Antigonum regem conſtituerunt: Hyrcano rege auribus abſciſſis in captivitatem abducto, & Herode vix fuga ſibi conſulente. donec multis praeliis commisſis, urbe direpta & incenſa per Parthos, & paullo poſt per Romanos obſeſſa atque expugnata, & Antigono ſecuri percuſſo, aegre finis bello imponeretur. Horum temporum pericula atque calamitates animo revolventes, non ſecus ac ſi novae Parthorum incurſiones a magis iſtis, ceu Parthorum legatis, denunciarentur, anxiis cogitationibus agitabantur.

ἐταράχθη πᾶσα Ἱεροσόλυμα] Ἱεροσόλυμα pluralis eſt vox generis neutrius, πᾶσα vero eſt feminina ſingularis. Deeſt vox ἡ πόλις. Ita legitur *Eſther.* III. 15. in editione Hexaplari, ἡ δὲ πόλις Σȣσα ἐταράσσετο. IX. 18. ἐν Σȣ́σοις τῇ πόλει *Xenoph* Paed. 2. τὸ δὲ ἀκριβοῦν τὰς τάξεις σφόδρα ἐδόκει αὐτῷ ἀγαθὸν εἶναι, καὶ εἰς τὸ μὴ ταράττεσθαι, καὶ εἰς τὸ, εἰ ταραχθεῖεν, θᾶττον καταςῆναι.

4. πάν-

καὶ πᾶσα Ἱεροσόλυμα μετ' αὐτοῦ. Καὶ συναγαγὼν πάντας τοὺς Ἀρχιερεῖς καὶ 4
Γραμ-

πᾶσα] — D.

4. πάντας τὺς ἀρχιερεῖς] Etiam vicarius Pontificis, & Pontifices exauctorati, & Pontifici sanguine proxime conjuncti, & stationum sacerdotalium principes, Pontifices seu summi sacerdotes nuncupantur. Vicarium *Maimonides* Halach. l. Abodath jom haccipurim c. 1. vocat כהן גדל אחר Pontificem alium, & *Hordjioth* f. 17. col. 4. eodem die visi sunt bini ejus filii Pontifices. *Jos.* A. XVII. 4. 6. συμβαίνει δὲ καὶ ἕτερον ἀρχιερέα κατασῆναι πρὸς μίαν ἡμέραν. & XX. 8. ἐξάπτεται δὲ καὶ τοῖς ἀρχιερεῦσι στάσις πρὸς τὺς ἱερεῖς, καὶ τὺς πρώτυς τοῦ πλήθυς τῶν Ἱεροσολυμιτῶν —— τοσαύτη δὲ τὺς ἀρχιερεῖς κατέλαβεν ἀναίδεια καὶ τόλμη. Capita familiarum sacerdotalium appellantur שרי הכהנים 2. *Paralip.* XXXVI. 14. & 1. *Par.* XXIV. 6. ἄρχοντες τῶν πατριῶν τῶν Ἱερέων. *Act.* IV. 4. Pontifici Annae junguntur Cajaphas, Joannes, Alexander, καὶ ὅσοι ἦσαν ἐκ γένυς ἀρχιερατικοῦ. *Josepho* sacerdotes exauctorati hoc nomine frequenter veniunt, de Vita §. 38. ἔπειθεν τὺς ἀρχιερεῖς Ἄνανον καὶ Ἰησοῦν τὸν τοῦ Γαμαλᾶ. B. II. 12. 6. τὺς ἀρχιερεῖς Ἰωνάθην καὶ Ἀνανίαν. IV. 3. 6. ὁ ἀρχιερεὺς Ἰωνάθης υἱὸς ἀνάνυ 7. ὁ γεραίτατος τῶν ἀρχιερέων ἄνανος, & 9. οἵτε δοκιμώτατοι τῶν ἀρχιερέων Γαμαλᾶ μὲν υἱὸς Ἰησοῦς, Ἀνάνυ δὲ ἄνανος & 4. 3. ὁ μετὰ ἄνανον γεραίτατος τῶν ἀρχιερέων Ἰησοῦς & 5. 2. τὺς δ' ἀρχιερεῖς ἀνεζήτυν καὶ —— τὸν μὲν ἄνανον τῆς πρὸς τὸν δῆμον ἐννοίας, τὸν δὲ Ἰησοῦν τῶν ἀπὸ τοῦ τείχυς λόγων ἐπέσκωπτον & VI. 2. 2. πρὸς τὺς ῥωμαίυς κατέφυγον, ὧν ἦσαν ἀρχιερεῖς μὲν Ἰώσηπος τε καὶ Ἰησοῦς —— πολλοὶ δὲ τῶν ἄλλων εὐγενῶν τοῖς ἀρχιερεῦσι συμμεταβάλλοντο. A. XX. 9. 2. ὁ δὲ ἀρχιερεὺς ἀνανίας —— εἶχε δὲ οἰκέτας πάνυ μοχθηρὺς, οἱ —— ἐπὶ τὰς ἅλωνας πορευόμενοι τὰς τῶν ἱερέων δεκάτας ἐλάμβανον βιαζόμενοι —— οἵτε ἀρχιερεῖς ὅμοια τοῖς ἐκείνυ δύλοις ἔπραττον. Illud porro ex Josepho constat, Pontifices exauctoratos non solum apud plebem magna gratia floruisse, verum etiam a successore in consilium fuisse adhibitos, imo veste sacerdotali amictos fuisse B. IV. 3. 10. περικείμενος τὴν ἀρχιερατικὴν ἐσθῆτα ζῶ.

Γραμματεῖς τῦ λαῦ] 2. *Macc.* VI. 18. ἐλεάζαρος δέ τις τῶν πρωτευόντων γραμματέων. *Josepho* Macc. 5. ἀνήρ τις ὀνόματι ἐλεάζαρος, τὸ γένος Ἱερεὺς, τὴν ἐπιστήμην νομικός. Septem vero fratribus ὁ παιδευτὴς ἡμῶν vocatur. c. 9. A. XVI. 7. 3. συνεχὲς δὲ διαπειλοῦσιν, εἰ τύχοιεν αὐτοὶ ποτὲ τῆς ἀρχῆς, τὺς μὲν ἐκ τῶν ἄλλων γυναικῶν παῖδας Ἡρώδη γεγενημένυς Κωμογραμματεῖς καταστήσειν· ἁρμόσειν γὰρ εἰς τοιαύτην χρείαν τὸ νῦν ἐπιμελὲς αὐτῶν καὶ πρὸς παιδείαν ἐσπυδασμένον. & B. 1. 24. 3. αὐτὺς δὲ κωμῶν γραμματεῖς, ἐπισκώπτοντες ὡς παιδευομένυς ἐπιμελῶς. A. XVII. 6. 2. τῶν πατρίων ἐξηγηταὶ νόμων ἄνδρες καὶ δήμῳ προσφιλεῖς, διὰ παιδείαν τοῦ νεωτέρυ. & B. 1. 33. 2. δύο ἦσαν σοφισαὶ κατὰ τὴν πόλιν, μάλιστα δοκοῦντες ἀκριβοῦν τὰ πάτρια —— τύτοις ἐκ ὀλίγοι προσῄεσαν τῶν νέων ἐξηγυμένοις τὺς νόμυς. B. VI. 5. 3. κατὰ νυκτὸς ἐννάτην ὥραν τοσοῦτον φῶς περιέλαμψεν τὸν βωμὸν καὶ τὸν ναὸν, ὡς δοκεῖν ἡμέραν εἶναι λαμπρὰν, καὶ τοῦτο παρέτεινεν ἐφ' ἡμίσειαν ὥραν. ὃ τοῖς μὲν ἀπείροις ἀγαθὸν ἐδόκει, τοῖς δ' ἱερογραμματεῦσι πρὸς τῶν ἀποβεβηκότων εὐθέως ἐκρίθη. *Matth.* XXIII. 2. 7. dicuntur sedere in sede Mosis, & amare ab hominibus vocitari Rabbi. & comm. 34. enumerat Christus προφήτας, καὶ σοφὺς, καὶ γραμματεῖς. Quae differentia illustratur ex Gem. *Sota* Cap. 9. R. Eliezer magnus dicere solebat, inde ex quo templum vastatum est, *Sapientes* coeperunt similes esse *scribis*, scribae Hassani, Hassan denique ipsi plebi. *Chethuboth* f. 105. 1. ביתי סופרים sunt ludi literarii. R. Salomo explicat ללמוד תינוקות ad institutionem puerorum, & ad cod. Sabath f. 31. Scribas interpretatur תלמודי תינוקית. *Targum Hieros.* in *Gen.* XLIX. 7. dividam tribum Simeonis, ut sint *scribae Doctores legis*, in congregatione Jacob: Tribum autem Levi dividam in domibus disquisitionum מדרשיא 10. non deficient Scribae Doctores legis de filiis filiorum ejus. Similia Tharg. Jonathanis. *Shebath* f. 119. 2. Dixit R. Juda dixisse Rabum: quid est quod scriptum est 1. *Chron.* XVI. 22. ne attingatis unctos meos, & prophetis meis ne male faciatis. Ne attingatis unctos meos: hi sunt pueri ludi litterarii, & prophetas meos ne laedatis: hi sunt discipuli *sapientum.* Dixit Resch Lakisch nomine R. Jehudae principis: Mundus non consistit nisi propter halitum puerorum domus magistri בית רבן. Rabh Papa ad Abhaeum, meus igitur, inquit, & tuus halitus quorsum? Halitus, inquit Rabha Papa, qui cum peccato conjunctus est, non est similis illi, in quo non est peccatum. Atque iterum Resch Lakisch dixit nomine R. Jehudae principis: Non cogunt pueros ludi littetarii feriari, ne quidem extruendi sanctuarii gratia. Rursus Resch Lakisch ad R. Jehudam principem, ita, inquit, accepi a majoribus meis: Omnis urbs, in qua non sunt pueri, qui frequentant ludum litterarium, ea vastatur; Rabina dixit: eam anathemati devovent. γραμματεὺς ergo idem est quod praeceptor, magister, litterator, quod teste Hieronymo significantius Graece dicitur γραμματεὺς in Matth. VIII. 19. *Siracides* XXXVIII. 24. σοφία γραμματέως ἐν εὐκαιρίᾳ σχολῆς, ubi pluribus docet, nec aratorem, nec fabrum nec figulum muneri scribae idoneos esse. *Vajikra* R. IX. Hi sunt scribae qui docent pueros in veritate —— aliquando transibam domum scribae & audiebam vocem puerorum dicentium: Legem nobis dedit Moses *Deut.* XXXIII. XXX. Scribae qui docent pueros *Thanchuma* p. 20. 1. *Esth. R.* III. 9. Vidit Mardochaeus tres pueros venientes e domo scribae. *Schemoth* R. XXVIII. Rex carnis & sanguinis non potest facere bellum, & esse scriba docens pueros. II. 5. Hi sunt scribae, qui non edunt nec bibunt nec dormiunt, sed scribunt Thephillin & Mesusas Ps. CVI. 3. *Midrasch Thehillin* XCII. 14. plantati in domo Domini. Dixit R. Chanan f. Passi: Hi sunt pueri in domo scribae. XVI. 11. ubi scriba? ubi docentes pueros?

ἐπυνθάνετο] *Ammon.* ἐρωτᾷν καὶ πυνθάνεσθαι διαφέρει —— Πεῦσις ἐσὶ λέξις, πρὸς ἣν ἐκ ἐσὶ συμβολικῶς ἀποκρίνεσθαι· οἷον, πῦ οἰκεῖ ἀρίστων; φησὶν γὰρ, ἐν τῷδε τῷ τόπῳ· καὶ πῆ ἔβη ἀνδρομάχη; —— ὐ γὰρ ἐνεχώρει ἐνταῦθα συμβολικῶς εἰπεῖν, ναὶ καὶ ὐ —— Πεῦσις μακρᾶς πράξεως ἀπαγγελία —— ἐρωτᾷν μέν ἐσι τὸ θέλειν κεφαλαιώδη λαβεῖν ἀπόφασιν ἢ ναὶ καὶ ὐ, Πυνθάνεσθαι δὲ τὸ κατὰ διεξόδυ ἀξιῦν πρᾶγμα, οἷον, πῶς ἐπολεμήσατε; *Donatus* in Andr. IV. 5. 6. Interrogatio est, cui ne-

5 Γραμματεῖς τοῦ λαοῦ, ἐπυνθάνετο παῤ αὐτῶν ποῦ ὁ Χριστὸς γεννᾶται. Οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ·

4. παῤ αὐτῶν] —— D. 47. 52. 56. Versio *Saxon.* *J. Millius* Prol. 1421. suspicans verba παῤ αὐτῶν ex c. 7. irrepsisse: nobis praetermissa videntur a librariis, quia putabant abesse posse.

necessario respondetur aut etiam aut non: percontatio, cui nihil horum. Ut si quis dicat: ubi habitabat Chrysis, dicatur ecce hic: percontatio, ut si quis dicat, cur adulterium commisisti? *Isaeus* de Agniae haered. ταῦτα ἓν ἀξιοῦτε πυνθάνεσθαι παῤ αὐτῶν.

ὁ χριστὸς] *Diog. L.* Aristippo 11. 76. πρὸς χαρώνδαν εἰπόντα, τις ὁ μεμυρισμένος; ἐγώ, φησιν, ὁ κακοδαίμων, καμοῦ κακοδαιμονέστερος ὁ Περσῶν βασιλεύς. Haec appellatio ad regem Judaeis per Prophetas promissum translata est primum *Dan.* IX. 25. 26. & ab eo tempore Judaeis usurpata. *Targ. Jonath.* & Hieros. *Gen.* III. 15. in diebus regis Messiae. XXXV. 21. T. Jon. ultra turrim Eder, qui est locus, ex quo revelabitur rex Messias in fine dierum. XLIX. 1. T. Jon. finis, quo venturus est rex Messias, absconditus fuit ab eo. 10 T. Onkelos, donec veniat Messias, *Jon. & Hieros.* usque ad tempus quo veniet rex Messias. 11. Jon. & Hieros. quam pulcher est Rex Messias, qui exsurget de domo Juda. 12. quam pulchri sunt oculi regis Messiae! *Exod.* XII. 42. *T. Hieros.* Moses egreditur e deserto & Messias egredietur ex Roma. XVII. 16. *T. Jonath.* verbum Domini perdet Amalecitas in tres generationes; a generatione hujus seculi, & ab aetate Messiae, & ab aetate seculi futuri. XL. 9. *T. Jon.* & sanctificabis illud propter coronam regni domus Juda, & regem Messiam, qui liberaturus est Israelem in fine dierum. *Num.* XI. 26. *T. Hieros.* & per manus regis Messiae ipsi corruunt (Gog & Magog.) XXIII. 21. *T. Jon.* & clangor regis Messiae clangit inter eos. XXIV. 7. T. Hier. & magnificabitur regnum Regis Messiae. 17. *Onkelos.* & ungetur rex Messias. *T. Jon.* & ungetur Messias. 20. *T. Jon.* & finis illorum in diebus regis Messiae. 24. finis vero horum & istorum erit, quod cadent per manus Regis Messiae. *Deut.* XXV. 19. *T. Jon.* etiam diebus regis Messiae non oblivisceris. XXX. 40. *T. Jon.* & inde adducet vos per manum regis Messiae. *Ruth.* I. 1. decem fames graves decretae sunt coelitus esse in mundo, a die quo creatus est mundus, usque dum veniat Rex Messias. III. 15. David, & Daniel cum sociis suis, & Rex Messias, 1. *Sam.* II. & exaltabit regnum Messiae sui. 2. *Sam.* XXIII. 3. Dixit, se velle mihi constituere Regem, qui est Messias, qui exurget, & dominabitur in timore Domini 1. *Reg.* IV. 33. & prophetavit de regibus domus Davidis, qui dominari debebant; in mundo hoc & in mundo futuro Messiae. *Psalm.* II. 2. & ad certandum contra Messiam ejus. XVIII. 32. propter miracula & liberationem, quam praestabis Messiae tuo. XXI. 2. Domine in potentia tua liberabitur rex Messias. 8. propter ea quod rex Messias confidit in Domino. XLV. 3. Pulchritudo tua, rex Messias. LXL. 7. ad dies regis Messiae. 9. & in die quo ungetur rex Messias ut regnet. LXXII. 1. Sententias juris tui regi Messiae des. LXXX. 18. & propter regem Messiam, quem roborasti tibi. *Eccles.* I. 11. cum generationibus, quae erunt in diebus Messiae regis. VII. 25. & secretum diei, quando venturus est rex Messias, quis est, qui inveniat illud per sapientiam? *Cantic.* 1. 8. usque ad tempus, quo mittam regem Messiam, & 17. dixit Salomo propheta, quam pulchra est domus Sanctuarii domini, quae aedificata est per manus meas, ex lignis cedrinis: sed pulchrior est domus sanctuarii, quae aedificanda est in diebus regis Messiae, cujus trabes erunt ex cedris, quae sunt in Paradiso. IV. 5. duo liberatores tui, qui te liberaturi sunt, Messias filius David & Messias filius Ephraim. sic & VII. 3. 14. dicetur Regi Messiae. VIII. 1. isto tempore revelabitur rex Messias. 2. ducam te, rex Messias., 4. dicet rex Messias. *Esajae* IV. 2. In tempore isto erit Messias Domini gaudio & honori. IX. 6. Messias pacis. X. 27. & confringentur populi per Messiam. XI. & prodibit rex ex filiis Isai, & Messias ex filiis filiorum ejus ungetur. 6. in diebus Messiae Israelitarum multiplicabitur pax in terra. XIV. 29. ex filiis filiorum Isai egredietur Messias. XVI. 1. erunt afferentes tributa Messiae Israelis. 5. tunc Messiae Israelis apparabitur in bono folium ejus. XXVIII. 5. in die isto erit Messias Domini exercituum in coronam gaudii. XLII. 2. ecce servus meus Messias. XLII. 10. & servus meus Messias, in quo acquievi. LII. 13. ecce prosperabitur servus meus Messias LIII. 10. videbunt regnum Messiae sui. *Jerem.* XXIII. 5. Et suscitabo Davidi Messiam justum, & regnabit rex, & prosperabitur. XXX. 6. & servient coram Domino Deo suo, & obedient Messiae filio David regi suo, quem suscitabo eis. 21. & ungetur rex illorum ex ipsis, & Messias eorum ex ipsis revelabitur. XXX. 13. adhuc discet populus per Messiam 15. suscitabo David Messiam justitiae. *Thren.* II. 2. proclamabis libertatem populo tuo domui Israel per Messiam IV. 22. & liberabimini per manus Messiae. *Hos.* III. 5. Et obedient Messiae filio Davidis regi ipsorum, XIV. 8. sedebunt in umbra Messiae sui. *Mich.* IV. 8. Tu autem, Messia Israel, qui absconditus es propter peccata Israel, tibi obventurum est regnum. V. 2. ex te coram me prodibit Messias, ut sit exercens dominatum in Israel. *Habac.* III. 13. revelatus es ad liberandum populum tuum ad liberandum Messiam tuum. 18. propter signa miraculosa & redemtionem, quam facies Messiae tuo. *Zach.* III. 8. ecce ego adduco servum meum Messiam, qui revelabitur. IV. 7. & revelabit Messiam, cujus nomen ab aeterno dictum est, & dominabitur in omnia regna VI. 12. ecce virum, Messias est nomen ejus, qui revelabitur & magnificabitur, & aedificabit templum Domini. X. 4. ab ipso rex ejus, ab ipso Messias ejus., *Midrasch Thehillin* XCIII. 2. Haec est una ex VII. rebus quae ascenderunt in cogitationem ante creationem mundi, nomen regis Messiae S. D. Ps. LXXII. 17. Et cur nomen ejus vocatur *jinnun*? quia excitaturus est dormientes in pulvere. *Bereschith* R. VIII. 1. R. Simeon f. Lakisch: & movebatur Spiritus Dei super aquas: hic est spiritus regis Messiae S. D. & requiescet super eum spiritus Domini. LXIII. 10. adducam vobis primum, Hic est rex Messias S. D. dixit R. Chani nomine R. Isaac propter meritum: & facietis vobis

αὐτῷ· Ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας· οὕτω γὰρ γέγραπται διὰ τοῦ προφήτου· Καὶ σὺ 6
Βηθλεὲμ, γῆ Ἰούδα, οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα· ἐκ σοῦ γὰρ ἐξελεύ-
σεται ἡγούμενος, ὅστις ποιμανεῖ τὸν λαόν μου τὸν Ἰσραήλ. Τότε Ἡρώδης λάθρα 7
καλέσας τοὺς μάγους, ἠκρίβωσε παρ' αὐτῶν τὸν χρόνον τοῦ φαινομένου ἀστέρος. Καὶ 8
πέμψας

5. & 1. Ἰουδαίας] Verf. *Vulg.* Juda vel Judae, ex emendatione Hieronymi qui in hunc locum, *Librariorum*, inquit, „ hic error eſt. Putamus enim ab Evangeliſta primum editum, ſicut in ipſo Hebraico legimus, *Judae* non „ Judaeae. Quae eſt enim aliorum gentium Bethlehem, ut ad diſtinctionem ejus hic Judaeae poneretur? Ju- „ dae autem idcirco ſcribitur; quia eſt & alia Bethlehem in Galilaea." Proclivis quidem erat mutatio Judaeae in Judae: at non tam facilis erat librariorum Graecorum aberratio ut pro Ἰούδα bis omnes ſcriberent Ἰουδαίας. Legitur quidem *Jud.* XVII. .7 XIX. 1. & *Ruth.* I. 1. 2. in Graeca verſione Βηθλεὲμ Ἰούδα, nihil tamen obſtat, quo minus eadem vox ad formam Graecam inflecteretur manente eodem ſignificatu Βηθλεὲμ Ἰουδαίας, nec omnino neceſſe erat, ut alia *Bethlehem gentium* quaereretur, cum tempore Matthaei non tota Palaeſtina ſed ejus quarta pars, a Samaria, Galilaea & Peraea diſtincta, nomine Judaeae veniret, vid. III. 5.

οὕτω] οὕτως legunt ubique veteres, & plerique recentiores, ut & editio *Complut. Eraſmi*, *Colinaei*, *Bogardi*, etiam ſequente litera conſona Nec ratio erat hanc ſcripturam immutandi. *Etymol. M.* ὅτε μὲν ἐπιφέρεται σύμφωνον, ἐξέρχεται τὸ σ. ὅτε δὲ φωνῆεν, φυλάττει τὸ σ. ἔστι δὲ τὸ οὕτως ἀναλογικώτερον τοῦ οὕτω. Ἐπειδὴ τὰ ἀπὸ τριγενῶν ὀνομάτων γινόμενα μεσότητος ἐπιρρήματα εἰς ως λήγειν ὀφείλει, ὅταν δὲ μὴ τριγενῆ ᾖ, εἰς ω λήγεται, κύκλος, κύκλω. Ἴδωμεν οὖν εἰ τοῦτο τριγενὲς, οὗτος, οὗτοι, αὗται, ταῦτα, οὕτως ἄρα τὸ ἀνάλογον, τὸ δὲ οὕτω κατ' ἔλλειψιν. *Thomas M.* τὸ οὕτως ἐπαγομένου μὲν φωνήεντος μετὰ τοῦ σ. ἐκφέρεται, οἷον οὕτως ἔχω δόξης· ἐπαγομένου δὲ συμφώνου χωρὶς τοῦ σ. οἷον, γέγονεν οὕτω ταῦτα. Εἰ δὲ εἴρηται καὶ ἐπαγομένου συμφώνου μετὰ τοῦ σ. ἀλλὰ ἁμάρτημα τῶν γραφέων ἐστί. Vide ſupra ad 1. 2.

γὰρ] — L.

6. γῆ Ἰούδα] τῆς Ἰουδαίας D. 61. Verſio *Syra.* quod planius eſt, judice Beza.

οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα] — E. a prima manu.

vobis die primo Num. XXIII. 40. primus ad Sion ecce ipſi Eſ. XLI. 27. LXXXV. 10. Dixit R. Chona —— baculum tuum. Hic eſt rex Meſſias S. D. & egredietur virga de ſtirpe Iſai. *Eſai.* XI. 1. virgam fortitudinis tuae mittet Dominus e Zion Pſ. CX. 2. XCVIII. 12. incurvatus excubavit. A Perez usque ad Zedeciam incurvatus excubavit, a Zedecia usque ad regem Meſſiam incurvatus jacuit. 13. donec veniat Schilo. Hic eſt rex Meſſias. 14. Dixit R. Chanin: non opus habent Iſraelitae doctrina regis Meſſiae tempore futuro. S. D. *ipſum gentes* requirent, *Eſ.* XI. non Iſraelitae. Si ita eſt cur venit rex Meſſias & cur venit ad congregandam captivitatem Iſraelis, & ad dandum ipſis triginta praecepta S. D. Zach. XI. 12. *Schir. R.* VIII. 10. octo principes Mich. V. 4. Iſai, Saul, Samuel, Amos, Zephanias, Elias & rex Meſſias. Unctio autem praecipue denotat poteſtatem regiam. *R. Salomo* in *Pſ.* CV. 15. כל משיחה לשון שררה וגדולה omnis unctio ſignificat principatum & magnitudinem. & XLV. 8. omni voci magnitudinis convenit dictio unctionis, prout fieri ſolet in Regibus. *Greg. Nyſſ.* de perfectione p. 709. τῇ δὲ τοῦ χριστοῦ προσηγορίᾳ κυρίως καὶ πρώτως τὸ βασιλικὸν διασημαίνεται κράτος. Lactant. IV. 7. Chriſtus non proprium nomen eſt, ſed nuncupatio poteſtatis & regni: ſic enim Judaei reges ſuos appellabant. Sed exponenda hujus nominis ratio eſt propter ignorantium errorem, qui eum immutata littera Chreſtum ſolent dicere. Erat Judaeis ante praeceptum, ut ſacrum conficerent unguentum quo perungi poſſent ii, qui vocabantur ad ſacerdotium vel ad regnum. Et ſicut nunc Romanis indumentum purpurae inſigne eſt regiae dignitatis adſumtae, ſic illis unctio ſacri unguenti nomen ac poteſtatem regiam conferebat —— In quibusdam Graecis ſcripturis, quae male de Hebraeis interpretata ſunt, ἠλειμμένος id eſt unguento curatus ſcriptum legitur. *Aquilae* verſionem intelligit teſte Origene in *Jo.* IV. 24.

ποιμανεῖ τὸν λαὸν] Solent reges vocari paſtores *Il.* β. 243. ἀγαμέμνονα ποιμένα λαῶν. *Virgil.* Ecl. V. 43. Daphnis ego in Sylvis, hinc usque ad ſidera notus, Formoſi pecoris cuſtos formoſior ipſe. Servius: Si ad Caeſarem referas, hoc dicit, Boni populi optimus imperator. *Sueton. Tiber.* 32. Praeſidibus onerandas tributo provincias ſuadentibus reſcripſit: Boni paſtoris eſſe tondere pecus non deglubere. *Xenoph.* Paed. VIII. ὅτι παραπλήσια ἔργα ἐστὶ νομέως ἀγαθοῦ καὶ βασιλέως ἀγαθοῦ. *Dio Chryſ.* Orat. IV. p. 66. A. αὐτὸ δὲ τοῦτο ἔοικε δηλοῦν [ὅμηρος] καὶ ὅταν ἐγκωμιάζων τινὰ λέγῃ τῶν βασιλέων ποιμένα λαῶν. τοῦ γὰρ ποιμένος οὐκ ἄλλό τι ἔργον ἢ πρόνοια καὶ σωτηρία, καὶ φυλακὴ προβάτων, ὥστε κατοπτεύειν, οὐ μὰ Δία καὶ σφάττειν καὶ δέρειν. Eleganter David & ipſe prius paſtor & in loco paſcuis abundante natus 2. *Sam.* V. 2. VII. 7. & hic Chriſtus Bethlehemi natus, ut populum paſcerent, a Deo ordinati dicuntur.

6. Magno conſenſu Judaei tradunt Meſſiam Bethlehemi naſciturum. *Jo.* VII. 42. *Targum* in l. ut vidimus ad comm. 4. vocem ὁ χριστὸς. *Pirke R. Elieſer* C. 3. Unde vero probabis, nomen Meſſiae fuiſſe ante mundum conditum? ex Pſ. LXXII. 17. Et alia Scriptura dicit: & tu Bethlehem Juda an parva es inter Principes Judae? & egreſſiones ejus ſunt ab initio h. e. quum mundus nondum eſſet conditus. *Echa R.* 1. 13. quid ſignificat tetendit rete pedibus meis: Traditio R. Simon f. Juchai: ſi videris equum Perſicum alligatum in terra Iſraelis exſpecta pedes Meſſiae S. D. *Mich.* V. 4. & 1. 16. ex *Berachoth Hieroſ.* f. 5. 1. Accidit cuidam viro aranti, ut mugiret bos ejus; tranſiit Arabs, dixitque: liga bovem tuum & aſellum tuum, quia natus eſt Rex Meſſias, redemtor Judaeorum. Dixit ei: quodnam ei nomen eſt? Reſpondit: *Menahem* eſt nomen ejus. Quod eſt nomen patri ejus? reſpondit: Hiskias. Ubi habitant? in birath malcha (arba) *Bethlehemi Judaeae.* Vendidit ille vir boves & aratrum, & factus eſt venditor faſciarum infantum. Intravit urbem, & exivit ad urbem, intravit provinciam, & exivit in provinciam, donec eo veniret. Venerunt omnes pagani (al. Mulieres) ut emerent ab eo; Mater vero illa Menahemi pueri non emit ab eo. Dixit: cur

πέμψας αὐτοὺς εἰς Βηθλεέμ, εἶπε· Πορευθέντες, ἀκριβῶς ἐξετάσατε περὶ τοῦ παιδίου·
9 ἐπὰν δὲ εὕρητε, ἀπαγγείλατέ μοι, ὅπως κἀγὼ ἐλθὼν προσκυνήσω αὐτῷ. Οἱ δὲ
ἀκούσαντες τοῦ βασιλέως, ἐπορεύθησαν· καὶ ἰδοὺ, ὁ ἀστὴρ, ὃν εἶδον ἐν τῇ ἀνατολῇ,
10 προῆγεν αὐτοὺς, ἕως ἐλθὼν ἔστη ἐπάνω οὗ ἦν τὸ παιδίον. Ἰδόντες δὲ τὸν ἀστέρα,
ἐχά-

ἐλαχίστη] μὴ D. Codices Latini *Tertull. Cypr.* Versio *Syra. Æthiop. Opus Imperf. Hilar. Ambros.* probante *J. Millio.* qui, pro μὴ, inquit, quod dilutius paullo videbatur, irrepsit postea ex margine οὐδαμῶς. Prol. 392. Quis vero ipsi temere affirmanti facile crediderit, eam, quae omnium Graecorum codicum est lectio, ex margine irrepsisse? nobis contra multo est vero similius, scripturam Matthaei veram & primam a Latinis, ut eam cum loco Michae conciliarent, aliquantum dilutam atque emollitam fuisse.

γὰρ] — Editio *Erasmi* I.

γὰρ] + μοί. C. K. 2. 12, ex emendatione 34. 39. 67. Ev. 16. *Edd. Erasmi Protev. Jacobi, Theodoret.* κτρ:πτ. 16. 17. ex Micha.

7. ἠκρίβωσε] ἠκριβασεν D.

8. εἰς] ἐν 2. εἶπεν] + αὐτοῖς D. Versio Syr.

ἀκριβῶς ἐξετάσατε] ἐξετάσατε ἀκριβῶς C. a prima manu D. 1. 82. Versio *Ital. Vulg. Copt. Protevang. Jacobi*; *Eusebius* Dem. IX. 1. mutarunt ordinem, ne cum praecedenti πορευθέντες jungeretur ἀκριβῶς.

ἐπὰν] ὅταν D.

9. ἔστη] — 1. ἐστάθη C D. *Orig.* in Matth. IX. 13. *Eus.* D. l. c. Ad mentem Grammaticorum, *Ammonius.* Σταθῆναι καὶ στῆναι διαφέρει· σταθῆναι μὲν γάρ ἐστι τὸ ὑφ' ἑτέρου· στῆναι δὲ, τὸ κατ' ἰδίαν ὁρμὴν καὶ προαίρεσιν· οἷον ἐστάθη ὁ ἀνδριὰς, ὑφ' ἑτέρου, ἐστάθη ἡ νόσος. Ἔστη δ' ὁ ἄνθρωπος δι' αὐτοῦ. & *Thomas M.* in v. σταθῆναι. Has tamen formulas scriptores sacri non sequuntur, qui de morbo dicunt ἔστη ἡ ῥύσις τοῦ αἵματος, & de hominibus σταθεὶς ὁ Ἰησοῦς, ὁ Ζακχαῖος, ὁ Πέτρος *Luc.* VIII. 44. XVIII. 11. 40. XIX. 8. *Act.* II. 14. XVII. 22. &c.

ἐπάνω οὗ ἦν τὸ παιδίον] ἐπάνω τοῦ παιδίου. D.

cur non emis fascias puero tuo? Respondit ei: quia genitura pueri mei mala est. Dixit: quare? Respondit: quia e vestigio, cum venit, vastata est domus sanctuarii. Dixit ei: confidimus nos in Domino mundi, & ad pedes ejus reaedificatum iri. Dixitque ei: accipe de illis fasciis, & post dies ego veniens domum tuam accipiam mercedem tuam. Accepit illa & abiit. Post dies dixit vir iste: Ibo & videbo illum puerum, quid agat. Venit ad eam dixitque: Puer quid agit? Respondit: nonne dixi tibi, genituram ejus gravem esse, & ad pedes ejus omen ejus? quia ab illa hora venti & turbines deportarunt eum & abierunt. Dixit R. Aban: quid opus est, ut hoc discamus ex Arabe, annon scriptura plena est. S. D. *Esai.* X. 34. & XI. 1. 2.

A verbis versionis τῶν o, quae Hebraica satis exprimunt, & quae alias sequi solet Matthaeus, hic recessit, libertate sua usus, & dummodo mentem verborum retineret, de minutiis parum sollicitus. Illud vero ipsum, quod Michae Bethlehem minima, Matthaeo vero nequaquam minima dicatur, amice conspirat. Bethlehem enim & vicus parvus atque ignobilis erat: & nativitate Messiae futurus erat clarissimus. Ita conciliat *R. Salomo*: digna quidem eras ut esses parva in familiis Judae, propter vitium Ruthae Moabitidis, quod tibi adhaeret, verum ex te prodibit mihi Messias filius David, & ita ipse dicit: Lapidem quem reprobarunt aedificantes &c.

7. ἠκρίβωσε] perquisivit, & accurate cognovit atque perdidicit, diligentissime pervestigavit. Vers. *Vulg* diligenter didicit. *Syr.* didicit. *Isocrat.* . . . οἱ τὰ ἐκείνων ἀκριβοῦντες *Herodian.* I. 2. 14. τοῖς τὰ Ῥωμαίων οὐκ ἀκριβοῦσι & 15. 4. συνῆσαν δὲ παιδεύοντες αὐτὸν οἱ τοξικὴν ἀκριβοῦντες. *Xen.* paed. 1. ὁ διδάσκαλός με, ὡς ἤδη ἀκριβοῦντα τὴν δικαιοσύνην καὶ ἄλλοις καθίστη δικάζειν. *Cic.* de Orat. I. 33. etsi utile est etiam subito saepe dicere tamen illud utilius, sumto spatio, ad cogitandum paratius atque accuratius dicere. *Aristides* a M. Anton. ad subitam declamationem vocatus, οὐ γὰρ ἐσμὲν τῶν ἐμούντων, inquit, ἀλλὰ τῶν ἀκριβούντων, *Philostratus* V, Soph.

11. *Eunap.* Proaeres.

τὸν χρόνον] annum, mensem, diem, quo primum apparuisset. Haec enim Astronomi studiose notare solebant.

φαινομένου] Non stellae solum fixae, verum etiam Halones, Perihelia, & Cometae Aristoteli phaenomena vocantur.

8. πέμψας αὐτοὺς εἰς Βηθλεέμ] misit eos cum mandatis tanquam legatos, *Act.* X. 5. 32. XV. 22. XX. 17.

ἀκριβῶς ἐξετάσατε] *Herodian.* VII. 6. 13. ἔνθα μόνος τὰ ἀπόῤῥητα καὶ κρυπτὰ δοκοῦντα ὑπὲρ σωτηρίας τοῦ βασιλέως ἠρεύνα τε καὶ ἐξέταζε. *Isocr.* in Busir. ἀκριβέστερον ἐξετάζειν. Areop. λίαν ἀκριβῶς ἐξετάζειν τὰ ἁμαρτήματα. *Lucian.* de Conscrib. Histor. 10. ἀργυραμοιβικῶς δὲ τῶν λεγομένων ἕκαστα ἐξετάζοντας. *Polyb.* V. 81. διὰ τὸ μὴ καλῶς ἐξητακέναι. Observamus Mathaeo copiam verborum non defuisse, qui eleganter modo ἐπυνθάνετο παρ' αὐτῶν, modo ἠκρίβωσεν, modo ἀκριβῶς ἐξετάσατε scripsit.

ὅπως κἀγὼ ἐλθὼν προσκυνήσω αὐτῷ] His verbis iterum ingenium Herodis accurate depingitur; erat enim homo callidus, astutus & vafer, qui aliud in lingua, aliud in pectore gerebat, quique Aristobulum in lacu natantem specie amicitiae mergi jusserat, & ingentem postea luctum simulaverat, narrante *Josepho* A. XV. 3. 3, 4.

9. *Polybius* III. 4. λοιπόν ἐστι Ῥωμαίων ἀκούειν, καὶ τούτοις πειθαρχεῖν ὑπὲρ τῶν παραγγελλομένων.

Ubi magi ad eum locum pervenerant, in quo erat infans Jesus, stella desiit procedere, atque evanuit. *Servius* in Æneid. I. 367. Varro in secundo Rerum divinarum dicit, ex quo de Troja est egressus Æneas, Veneris eum per diem quotidie stellam vidisse, donec ad agrum Laurentium veniret: in quo *eam non vidit ulterius*, qua re cognovit, terras esse fatales. unde Virgilius hoc loco: Matre Dea monstrante viam. Simili indicio montem Moriam Abrahamo monstratum fuisse narrant Judaei. σχ. MSS. in Gen. XXII. 14. Ἑβραῖός τις ἔλεγεν, ὅτι δὴ ἀστέρα εἶδεν ἐκεῖ ἱστάμενον, ᾧ προσέχων ὥδευεν· κατὰ τὸ γεγονὸς ἐπὶ τῶν μάγων ἐν τῇ τοῦ Χριστοῦ λόγου γεννήσει τῇ ἐκ παρθένου. Conf. *Bereschith* R.

LVI.

ἐχάρησαν χαρὰν μεγάλην σφόδρα. Καὶ ἐλθόντες εἰς τὴν οἰκίαν, ~εὗρον· τὸ παιδίον 11
μετὰ Μαρίας τῆς μητρὸς αὐτοῦ· καὶ πεσόντες προσεκύνησαν αὐτῷ· καὶ ἀνοίξαντες
τοὺς θησαυροὺς αὐτῶν, προσήνεγκαν αὐτῷ δῶρα, χρυσὸν, καὶ λίβανον, καὶ σμύρναν.
Καὶ

~εἶδον

11. εὗρον] εἶδον GDEKLM. 1. 2. a prima manu 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 15. 16. Colb. duo 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 68. 70. 71. 72. 73. 74. 76. 78. 80. 83. 84. 86. 87. 89. 90. 103. 104. 106. Ev. 1. 2. 3. 4. 7. 8. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 24. Edit *Compl. Plant. Colin. Steph.* 1. 2. *Bengelii.* Versio *Syra*, *Copta*, *Æthiop. Arab.* Codices *Latini*, *Opus Imperf. Juvencus*, *Leo* Serm. IV. in Epiph. *Origenes* in Matth. XIX. 13. *Euseb.* D. VII. 2. & IX. 1. *Chrysost. Theophylactus*, *Euthymius*, *Elias* Cretensis in Nazianz. de filio 1. extr. *Chrysocephalus.* prob. *Millio* prol. 673. *Erasmus* in codicem vitiosum Theophylacti incidens, qui pro εἶδον habebat εὗρον, codicem 2. quem typographis edendum dedit, sua manu correxit, cui Stephanus editione tertia, reclamantibus, ut fatetur, omnibus suis Codicibus temere adstipulari non dubitavit.

τὸ παιδίον] τὸν παῖδα D. ut & comm. 13. 14. 20. 21.

προσεκύνησαν αὐτῷ] προσεκύνησαν αὐτὸν 15.

LVI. 2. *Æneid.* 11. 692. de coelo lapsa per umbram stella facem ducens multa cum luce cucurrit, illam summa super labentem culmina tecti Cernimus Idea clarum *se condere* sylva, Signantemque vias. *Clemens* Strom. 1. τῷ Θρασυβούλῳ νύκτωρ πῦρ ἑωρᾶτο προηγούμενον ὅπερ αὐτοὺς ἀπταίστως προπέμψαν κατὰ τὴν Μουνιχίαν ἐξέλιπεν *Apollon.* Rhod. IV. 294. ὣς ἄρ' ἔφη· τοῖσι δὲ θεὰ τέρας ἐγγυάλιξεν αἴσιον, ᾧ καὶ πάντες ἐπευφήμησαν ἰδόντες σέλλεσθαι τὴν δ' οἶμον· ἐπιπρὸ γὰρ ὁλκὸς ἐτύχθη Οὐρανίης ἀκτῖνος, ὅπῃ καὶ πόρσιμον ἦεν. *Sophocles* Oedip. Tyr. 805. ἄστροις τὸ λοιπὸν ἐκμετρούμενος χθόνα. σχ. παροιμία ἐπὶ τῶν μακρὰν ὁδὸν καὶ ἔρημον πορευομένων. Idem Timoleonti in Siciliam naviganti obtigisse narrant *Plut.* & *Diod S.* XVI. 66. δι' ὅλης τῆς νυκτὸς προηγεῖτο λαμπὰς καιομένη κατὰ τὸν οὐρανὸν, μέχρις οὗ συνέβη τὸν στόλον εἰς τὴν Ἰταλίαν καταπλεῦσαι. *Justinus* XII. 16. 5. Prodigia magnitudinis ejus in ipso ortu nonnulla apparuere. Nam ea die, qua natus est, duae aquilae tota die perpetes supra culmen domus patris ejus sederunt.

10. ἐχάρησαν χαρὰν μεγάλην σφόδρα] *Plat.* in Philaebo. δέξαιο ἂν σὺ Πρώταρχε ζῆν τὸν βίον ἅπαντα ἡδόμενος ἡδονὰς τὰς μεγίστας. *Plaut.* Pers. V. 1. 24. bene ei, qui hoc gaudio gaudeat. *Terent.* Andria V. 5. 8. Hunc scio mea solide solum gavisurum gaudia. Caelius ad *Ciceron.* Ep. VIII. 2. postridie Hortensius in theatrum introiit, puto, ut suum gaudium gauderemus 1. *Reg.* I. 40. εὐφραινόμενοι εὐφροσύνην μεγάλην. 1. *Chron.* XXIX. 9. ὁ βασιλεὺς εὐφράνθη εὐφροσύνῃ μεγάλῃ. Ed. Comp. *Jo.* III. 29. χαρᾷ χαίρει. *Esther.* R. III. 2. ut hoc Mardochai audivit, risit, & gavisus est gaudio magno. *Massechet Derech Arez rabba* 3. gavisi sunt gaudio maximo.

ἐχάρησαν] Grammatici forma passiva hujus verbi non utuntur. *Thomas.* χαιρήσεις, οὐ χαρήσῃ. ἀριστοφάνης ἐν Πλούτῳ· οὔτοι μὰ τὴν Δήμητραν χαιρήσεις ἔτι. *Moeris.* χαιρήσεις ἀττικῶς. χαιρήσῃ ἑλληνικῶς *Aristoph.* Pace 290. ὡς ἥδομαι, καὶ τέρπομαι καὶ χαίρομαι. σχολ. Δάτις σατράπης Περσῶν βασιλέως —— ἐξελληνίζειν βουλόμενος εἶπεν —— χαίρομαι. καὶ ἐβαρβάρισε. Ἔδει γὰρ εἰπεῖν χαίρω. ἅμα δὲ οὗτος εἶπε πρὸς τὸ ὁμοιοκατάληκτον. Οὐκ εἴρηται δὲ τὸ χαίρομαι, αὐτὸ γὰρ τὸ χαίρω αὐτοπαθὲς ὂν προυφήρπασεν αὐτοῦ τὸ σημαινόμενον. λέγεται δὲ τὸ τοιοῦτο Δατισμός. LXX. tamen interpretes & N. T. scriptores communem usum retinent, & Alex. in problem. bis habet οἱ χαιρόμενοι. *Eurip.* Oreste 1122. ὥς' ἐκδακρῦσαι γ' ἔνδοθεν κεχαρμένην. *Hesych* κεχάραντο ἐχάρησαν. κεχαροίατο χαρεῖεν.

11. Thesaurus hic non significat ipsum aurum & res pretiosas reconditas, sed conditorium, arcam, saccum, in quo reconduntur. *Eurip.* Jon. 923. οἴμοι μέγας θησαυρὸς ὡς ἀνοίγνυται κακῶν. *Joseph.* A. IX. 8. 2. ξύλινον κατασκευάσας θησαυρὸν —— ὀπὴν ἐν αὐτῷ μίαν ἤνοιξεν. ἔπειτα —— ἐκέλευσεν ἕκαστον ὅσον βούλεται βάλλειν εἰς αὐτὸν διὰ τῆς ὀπῆς —— κενοῦντες δὲ τὸν θησαυρόν. & XVII. 10. 2. ἐκράτουν τοῦ θησαυροῦ, καθ' ὃν ἱερὰ ἦν χρήματα. *Philostrat.* 47. ἀνοίξας τοὺς θησαυροὺς ἐδείκνυ τῷ ἀνδρὶ τὰ χρήματα. *Herodian.* II. 6. 11. θησαυροὺς χρυσοῦ πεπληρωμένους. III. 13. 9. θησαυρούς τε καὶ νεὼς πάντα ἐδείκνυε χρημάτων πλήρη. *Heysch.* θησαυρὸς εἰς ἀναθημάτων καὶ χρημάτων ἱερῶν ἀπόθεσιν οἶκος. *Senec.* Epist. 115. Colitur autem non taurorum opimis corporibus contrucidatis, nec auro argentoque suspenso, nec in thesauros stipe infusa, sed pia & recta voluntate. *Servius* ad Georg. IV. 228. servataque mella Thesauris. Thesauris id est repositionibus, quasi diceret apothecis. *Curtius* V. 2. incredibilem ex Thesauris summam pecuniae egessit. *Herodot.* II. 121. οἰκοδομέων τὸν θησαυρὸν τοῦ βασιλέως. 150. χρήματα ἐόντα μεγάλα, καὶ φυλασσόμενα ἐν Θησαυροῖσι καταγαίοισι. VI. 125. ἤιε ἐς τὸν θησαυρόν —— ἐξήιε ἐκ τοῦ θησαυροῦ.

δῶρα] Reges cum donis adire & toti Orienti & Persis sive Parthis praecipue in more positum fuit. Vid. *Gen.* XXXII. 13. XLIII. 11. 24. 1. *Sam.* X. 27. XXV. 18. 27. 1. *Reg.* X. 2. *Ps.* LXX. 10. 15. *Esaj.* LX. 6. *Ælian.* V. H. I. 31. Περσικὸς νόμος περὶ τοῦ δῶρα προσφέρειν τῷ βασιλεῖ. Νόμος οὗτος Περσικὸς ἐν τοῖς μάλιστα ὑπ' αὐτῶν φυλαττόμενος, ὅταν εἰς Πέρσας ἐλαύνῃ βασιλεύς· πάντες αὐτῷ Πέρσαι κατὰ τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν ἕκαστος προσκομίζει. —— καὶ ὀνομάζεται δῶρα. *Seneca* Epist. 17. Reges Parthos non potest quisquam salutare sine munere.

παιδίον] βρέφος, τὸ ἄρτι γεγονός· παιδίον τὸ τρεφόμενον ὑπὸ τηθῆς. παιδάριον τὸ περιπατοῦν, καὶ ἤδη λέξεως ἀντιλαμβανόμενον· παιδίσκος, ὁ τῆς ἐχομένης ἡλικίας· παῖς ὁ δι' ἐγκυκλίων ἤδη μαθημάτων δυνάμενος ἰέναι. *Eustath.* in Il. θ. p. 618. 51. N. 944. 18. & Od. O. 585, 13. ex Alexio.

λίβανον] Grammatici contendunt λίβανον arborem dici, λιβανωτὸν vero thus. *Phrynich.* p. 18. λίβανον λέγε τὸ δένδρον· τὸ δὲ θυμιώμενον λιβανωτόν. εἰ καὶ διὰ τὴν ποιητικὴν λίβανον καὶ τοῦτο Σοφοκλῆς λέγει. ἄμεινον γὰρ Μένανδρος ἐν τῇ Σαμίᾳ φησὶ, φέρε τὸν λιβανωτὸν, σὺ δ' ἐπίθες τὸ πῦρ. *Aristoph.* in Plut. 703. σχολ. ἄλλο λίβανος, καὶ ἄλλο λιβανωτόν. Λίβανος μὲν γὰρ αὐτὸ τὸ δένδρον, λιβανωτὸς δὲ ὁ καρπὸς

τοῦ

12 Καὶ χρηματισθέντες κατ' ὄναρ μὴ ἀνακάμψαι πρὸς Ἡρώδην, δι' ἄλλης ὁδοῦ ἀν-
13 εχώρησαν εἰς τὴν χώραν αὐτῶν. Ἀναχωρησάντων δὲ αὐτῶν, ἰδοὺ, ἄγγελος Κυρίου
φαίνεται κατ' ὄναρ τῷ Ἰωσὴφ, λέγων· Ἐγερθεὶς παράλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα
αὐτοῦ,

τοὺς θησαυροὺς] *Epiphan.* Expos. Cathol. ἤνοιξαν τὰς πήρας ἑαυτῶν, ἢ τοὺς θησαυροὺς, ὡς ἔχει ἔνια τῶν ἀντιγράφων.
λίβανον καὶ σμύρναν] σμύρναν καὶ λίβανον Versio *Syr. Æthiop.*
σμύρναν] ζμύρναν D.
12. χώραν αὐτῶν] ἑαυτῶν χώραν 1. Codices *Latini.*
13. ἀναχωρησάντων δὲ αὐτῶν] αὐτῶν δὲ ἀναχωρησάντων D. ἀναχωρησάντων δὲ τῶν μάγων 12. 16. 61. *Evang.* 1. 8. 11. 12. 16. 17. propter initium Lectionis Ecclesiasticae.
φαίνεται κατ' ὄναρ] κατ' ὄναρ φαίνεται C. *Theophyl.* ut comm. 19. & I. 20.

τοῦ λιβάνου. *Hesych.* Λίβανος τὸ δένδρον καὶ τὸ ὄρος· λιβανωτὸς δὲ ὁ καρπὸς αὐτοῦ, εἶδος θυμιάματος. *Pollux* VII. 196. λιβανοπῶλαι. *Suidas* λιβανωτὸν καὶ λιβανωτὸς ὁ καρπὸς τοῦ λιβάνου· λίβανος δὲ αὐτὸ τὸ δένδρον. *Theophrast.* H. Plant. IX. 1. ὁ λίβανος καὶ ἡ σμύρνα, δάκρυα δὲ καὶ ταῦτα. 3. περὶ δὲ λιβανωτοῦ καὶ σμύρνης καὶ βαλσάμου, καὶ εἴ τι τοιοῦτον ἕτερον, ὅτι μὲν καὶ δι' ἀποτομῆς γίνεται καὶ αὐτομάτως, εἴρηται. 4. γίνεται ἐν ὁ λίβανος, καὶ ἡ κασσία, καὶ ἔτι τὸ κινάμωμον ἐν τῇ τῶν Ἀράβων χώρᾳ, νήσῳ περί τε Σάβα. *Thomas* λίβανος καὶ τὸ δένδρον καὶ τὸ θυμιώμενον· λιβανωτὸς δὲ μόνον τὸ θυμιώμενον. *Ammonius*, λίβανος κοινῶς καὶ τὸ δένδρον καὶ τὸ θυμιώμενον. *Jamblichus* V. Pythag. p. 18. ἐπέθυε δὲ θεοῖς λίβανον, κέγχρους, πόπανα, κηρία, καὶ τὰ ἄλλα θυμιάματα. *Arrian.* periplo maris Erythraei λίβανος ὁ περατικός. *Dionys.* περιηγ. ἠδ' ὀδὺς, ἢ σμύρνης, ἠ εὐόδμου καλάμοιο, Ἠ καὶ θεσπεσίοιο πεπαινομένου λιβάνοιο. *Diogenes* L. VIII. 20. ἡ διὰ λιβάνου μαντική. *Eustathius* Il. ω. p. 148. λιβανομάντεις οἱ διὰ τῶν ἐπιθυμιωμένων μαντεύοντες. Magi faciebant medicinam, & tus atque myrrham adhibebant, *Plinius* H.N. XXIV. 99. &c. Ita singulari divina providentia factum est, ut paupertati Josephi subvenirent Magi, eumque ad fugam viatico instruerent. Nam praeter aurum, poterant tus & myrrha (quae scriptores plerumque jungere solent) medicis caro vendi. *Plut.* de Sullae funeratione p. 475. τοσοῦτον πλῆθος ἀρωμάτων —— ἔχτε λιβανωτοῦ πολυτελοῦς καὶ κιναμώμου. & Alexandr. p. 679. C. κατέπεμψε Λεωνίδῃ τῷ παιδαγωγῷ τάλαντα λιβανωτοῦ φ. καὶ σμύρνης ρ. *Apulej.* Apol. 1. & si thus & casiam & murrham, caeterosque id genus odores, funeri tantum emtos arbitreris, cum & medicamento parentur. *Aristot.* Probl. 12. 1. τῶν θυμιαμάτων, ὥσπερ ἡ σμύρνη τῶν Ἰατρῶν. *Silius* XIII. 474. Ægyptia tellus Claudit odorato post funus stantia saxo Corpora — Exhausto instituit Pontus vacuare cerebro Ora virum, & longum myrrhata reponit in aevum. Thus quidem & murrham nonnisi in Arabia nasci *Herodotus* III. 107. auctor est: & 97. Ἀράβιοι δὲ χίλια τάλαντα ἀγίνεον λιβανωτοῦ ἀνὰ πᾶν ἔτος. ταῦτα μὲν οὗτοι δῶρα πάρεξ τοῦ φόρου βασιλέϊ ἐκόμιζον. *Strabo* tamen L. XVI. p. 1129. τοῦ λιβάνου βέλτιστον τὸν πρὸς τῇ Περσίδι esse affirmat. Ex eodem vero *Strabone* discimus merces istas juxta mare rubrum natas, per sinum Persicum deportatas, atque ita per Babyloniam, Mesopotamiam, Syriam in Palaestinam venisse. φέρει δὲ λιβανωτὸν ἡ καταβανία, σμύρναν δὲ ἡ χατραμωτῖτις, καὶ ταῦτα δὲ καὶ ἄλλα ἀρώματα μεταβάλλονται τοῖς ἐμπόροις. Ἔρχονται δὲ πρὸς αὐτοὺς ἐξ Ἐλανῶν μὲν εἰς Μειναίαν ἐν Ο. ἡμέραις —— Γαβαῖοι δ' ἐς τὴν Χατραμωτῖτιν μ. ἡμέραις ἀφικνοῦνται XVI. p. 1113. & 1124. διαδεχόμενοι δ' οἱ σύνεγγυς τὰ φορτία, τοῖς μετ' αὐτοὺς παραδιδόασι μέχρι Συρίας καὶ Μεσοποταμίας. *Plin.* H. N. XII. 40. His commerciis Carras oppidum aperuere, quod est illis nundinarium; inde Gabbam omnes petere solebant dierum XX. itinere, & Palaestinam Syriam. —— Mihi ad Persas etiam prius ista portasse, quam in Syriam aut Ægyptum videntur, *Herodoto* teste, qui tradit singula millia talentum turis annua pensitasse *Arabas* regibus Persarum.

12. χρηματισθέντες] moniti a Deo. *Jos.* A. XI. 8. 4. κατακοιμηθέντι δὲ μετὰ τὴν θυσίαν ἐχρημάτισεν αὐτῷ κατὰ τοὺς ὕπνους ὁ θεὸς θαρρεῖν. 2. *Maccab.* II. 4. χρηματισμοῦ γενηθέντος, & alibi passim apud LXX. Interpp. Hinc *Aquilae* χρηματιστήριον locus ex quo oracula edi solebant, & *Joseph.* A. XI. 3. 2. de Rege Persarum καθίσας ἐν ᾧ χρηματίζειν εἰώθει τόπῳ. *Lucas* etiam & *Paulus* septies per χρηματισμὸν & χρηματίζειν divinum responsum intelligunt. *Diod. S.* III. 6. τοὺς γὰρ θεοὺς αὐτοῖς ταῦτα κεχρηματικέναι; & XV. 10. περὶ δὲ χρησμῶν ἔφησε μὴ χρηματίζειν τὸν θεὸν καθόλου.

κατ' ὄναρ] Ad artem Magorum non solum spectabat Astrologia, verum etiam Onirocritice: attendebant igitur & mutationibus in coelo ortis & somniis sive suis sive aliorum. *Herodot.* VII. 19. μετὰ ταῦτα τρίτη ὄψις ἐν τῷ ὕπνῳ ἐγένετο, τὴν οἱ μάγοι ἔκριναν ἀκούσαντες φέρειν τε ἐπὶ πᾶσαν γῆν, δουλεύσειν τε οἱ πάντας ἀνθρώπους & c. 37. ὁ ἥλιος ἐκλιπὼν τὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἕδρην ἀφανὴς ἦν --- ἀντὶ ἡμέρης τε νὺξ ἐγένετο. ἰδόντι καὶ μαθόντι τοῦτο τῷ Ξέρξῃ ἐπιμελὲς ἐγένετο, καὶ εἴρετο τοὺς μάγους, τὸ θέλει προφαίνειν τὸ φάσμα. οἱ δὲ ἔφαναν, ὡς Ἕλλησι προδεικνύει ὁ θεὸς ἔκλειψιν τῶν πολίων. λέγοντες ἥλιον εἶναι Ἑλλήνων προδέκτορα, σελήνην δὲ σφέων. Licet autem tunc in interpretatione somnii Xerxis & defectionis solis conjectura ipsos turpiter fefellisset, hic tamen somnium a Deo immissum recte agnoverunt. *Theodotio* etiam in Versione Danielis hanc ob caussam conjectores somniorum μάγους vocavit.

ἀνεχώρησαν] Secesserunt, occulto itinere, & se receperunt in patriam. *Cic.* Attic. IX. 4. εἰ πολιτικὸν τὸ ἡσυχάζειν ἀναχωρήσαντά ποι τῆς πατρίδος τυραννουμένης. *Theophrast.* de Iride 9. αὕτη δὲ ἀρίστη ἐν ἑλωδίοις, οὐκ ἐν τῇ πρὸς θάλασσαν χώρᾳ, ἀλλ' ἐν τῇ ἀνακεχωρηκυίᾳ. *Herodian.* I. 12. 13. τουτέστι κομμόδου ἐν τοῖς ἀνακεχωρηκόσι τόποις ἡδοναῖς σχολάζοντος.

13. κατ' ὄναρ] Cum securi dormirent Josephus & Maria, donis Magorum ditati: Deus pro eorum salute vigilat, eosque de periculo imminente certiores reddit. Jubentur ergo fugere in Ægyptum, quae Bethlehemo fuit provincia proxima, ita ut illam intra paucos dies attingere possent. Ægyptus post Antonii & Cleopatrae mortem in provinciam Romanam redacta fuerat; plurimi autem Judaei sedes ibi fixerant, qui Graece loquentes versionem Graecam librorum sacrorum adornaverant, quin etiam templum auctore Onia exstruxerant.

lana mixtus *Æn.* V. 312. lato quam circumplectitur auro Balteus, & tereti subnectit fibula gemma. *Servius*: Balteus dicitur non tantum quo cingimur, sed etiam a quo arma dependent. *Persius* IV. 44. Ilia subter coecum vulnus habes, sed lato balteus auro praetegit. Ex zona judicium faciebant Judaei, utrum quis dives esset an pauper. *Chol.* f. 108. 8. *Moed Katon.* 14. 1. איזורו מוכיח עליו Cingulum ejus arguit ipsum esse pauperem.

Locustae genus erat mundum & esui licitum *Levit.* XI. 21. 22. *Therumoth* f. 28. 2. mentio fit locustarum mundarum & immundarum. *Pirke R. Eliezer* c. 9. Die Quinto produxit Deus ex aqua omnia genera locustarum, masculos & femellas, immundas & mundas. Hieros. *Nedarim.* f. 40. 2. qui voto se obligat ad Abstinentiam carnium, ei interdicatur carne piscium & locustarum. de profanis III. fol. 65. 1. Locustae Nasiraeis ad comedendum licitae. *Berachoth. Targ. Jonathan.* Exod. X. 19. VI. 3. pro locustis benedicunt: per cujus verbum omnia. Cibus erat vilis *Aristoph.* Acharnens. 1115. quaerit: πότερον ἀκρίδες ἥδιον ἐστιν ἢ κίχλαι; σχολ. διασύρει τὸν Λάμαχον, ὡς ἀκρίδας ἐσθίοντα ἢ ὅτι πρότερον εὐτελεῖ ἐχρῆτο τῇ διαίτῃ. *Beda* de locis S. c. 14. notissimas esse locustas in Palaestina, quae corpusculis in modum digiti manus exiguis & brevibus in herbis facile captae, coctaeque oleo, *pauperem victum* praebent. *N. Clenardus* Ep. ultima ad Jacobum Latomum: Fesae vidisses coelum opertum locustarum agminibus, quae hic non solum saltant, sed avium ritu volant. Jam coram video minas priorum prophetarum multis in locis: nocte una fata perdunt universa. Bellum strenue cum iis gerunt rustici, nam plaustra plena locustis advehunt Fesam: nam hos hostes vulgo hic comedunt. Ego tamen sum tam *delicatus*, ut malim perdicem unam quam locustas viginti. Licet autem quidam populi istum cibum aversarentur, multi tamen alii eo & olim vescebantur & hodie vescuntur. *Agatharchides* V. 27. ὑπὸ δὲ τὴν ἐαρινὴν ἰσημερίαν, ὅτε λίβες παρ' αὐτοῖς καὶ ζέφυροι πνέουσιν, παμμεγεθῶν ἀκρίδων πλῆθος ἀμύθητον ἐκ τῆς ἀνιστορήτου μετὰ τῶν ἀνέμων παραγίνεται χώρας, τῇ μὲν δυνάμει τῆς πτήσεως τῶν ὀρνίθων μικρὸν ἀπαλλάττον, μακρὸν δὲ τῷ σώματι. ἀπὸ τούτου δὲ τοῦ ζώου τρέφονται πάντα τὸν χρόνον, ἄλλως τε τούτοις καὶ ταριχευμένοις χρώμενοι. & ex eo *Diod.* S. III. 11. βραχὺ δὲ τούτων ἀπέχοντες ἀκριδοφάγοι κατοικοῦσι τὰ συνορίζοντα πρὸς τὴν ἔρημον. *Strabo* XVI. p. 1118. A. de Æthiopibus. ζῶσι δ' ἀπὸ τῶν ἀκρίδων, ἃς οἱ ἐαρινοὶ λίβες καὶ ζέφυροι πνέοντες μεγάλοι συνελαύνουσιν εἰς τοὺς τόπους· ἐν ταῖς χαράδραις δὲ ἐμβάλλοντες ὕλην καπνώδη, καὶ ἐφάψαντες μικρὸν, ὑπερπετάμεναι γὰρ τὸν καπνὸν σκοτοῦνται καὶ πίπτουσι. Συγκόψαντες δ' αὐτὰς μεθ' ἁλμυρίδος μάζας ποιοῦνται καὶ χρῶνται. *Eustath.* in Od. θ. p. 303. ἦσαν δὲ καὶ οἱ ἐξ ἀκρίδων ζῶντες —— οἱ καὶ ἀκριδοφάγοι διὰ τοῦτο ἐκαλοῦντο. *Dioscorid.* II. 57. 46. de locustis χρῶνται δ' αὐτῇ κατακόρως οἱ κατὰ Λέπτιν Λίβυες. *Plin.* VI. 30. pars quaedam Æthiopum locustis tantum vivit. & XI. 29. Parthis & hae in cibo gratae. *Solinus*. . . . Confines Mauritaniae certo tempore locustas terrestres legunt, duratasque salsugine in praesidium vitae solas habent. *Porphyr.* de Abstinent. I. 25. στρατῷ πεινῶντι κατὰ τὴν Λιβύην ἐνέπεσε νέφος ἀκρίδων. ἐν τοῖς Γαδείροις καὶ τόδε συνέτυχε. *Plut.* Συμπος. ζ. σοφῶν p. 147. D. γεωργοῦ γὰρ, ἀκρίδας καὶ ὄρνιθας ἀντὶ πυρῶν καὶ κριθῶν συγκομίζειν ἐθέλοντος, οὐδὲν διαφέρει τύραννος, ἀνδραπόδων μᾶλλον ἄρχειν ἢ ἀνδρῶν βουλόμενος. *Hieron.* adv. Jovinian. II. 6. Apud Orientales & Libyae populos, quia per desertum & calidam eremi vastitatem locustarum nubes reperiuntur, locustis vesci moris est: hoc verum esse Joannes quoque Baptista probat. Compelle Phrygem & Ponticum, ut locustas comedat, nefas putabit. *Joannes Leo* in Descript. Africae l. 9. p. 461. Arabiae deserta & Libyae populi locustarum adventum pro felici habent omine: nam vel elixas vel ad solem desiccatas in farinam tundunt atque edunt. *Hermolaus Barb.* in Dioscorid. Coroll. 256. Hodie quoque locustas comedunt Ægyptii.

μέλι ἄγριον] *Plinius* XI. 15. tertium genus mellis minime probatum silvestre, quod ericaeum vocant. *Diodor.* S. XIX. 104. de Nabataeis φύεται —— παρ' αὐτοῖς τὸ πέπερι ἀπὸ τῶν δένδρων; καὶ μέλι πολὺ τὸ καλούμενον ἄγριον, ᾧ χρῶνται ποτῷ μεθ' ὕδατος. *Hegesias* qui de agricultura scripsit ἀγριομέλισσα ἐπεκαλεῖτο. Vilius fuit mellis genus, cum tamen omne mel inter viles cibos reputaretur. *Eustath.* in Il. λ. Πυθαγόρας εὐτελέστατα διαβιοὺς, πολλάκις μέλιτι μόνῳ ἠρκεῖτο ex *Diog. L.* VIII. 19. *Jos.* B. IV. 8. 3. circa fontem Hierichuntinum τῶν δὲ φοινίκων ἐπαρδομένων γένη πολλὰ, ταῖς γεύσεσι καὶ ταῖς παρηγορίαις διάφορα. τούτων οἱ πιότεροι πατούμενοι καὶ μέλι δαψιλὲς ἀνιᾶσι, οὐ πολλῷ τοῦ λοιποῦ χεῖρον· καὶ μελιττοτρόφος δὲ ἡ χώρα. Conf. *Cantic.* V. 1. 1. *Sam.* XIV. 25. 26. *Berachoth* f. 38. 1. mel palmarum. *Cetuboth* f. 111. 2. Dixit R. Jacob Dosthai, a Lydda ad Ono sunt III. M. aliquando ante diluculum profectus ambulavi ad talos usque in melle ficuum. *Schir Haschirim R.* III. 5. ad *Es.* XXXIX, 2. R. Juda dixit: mel silvestre, ut lapidem, ostendit illis. *Anthol.* I. 38. 3. εὔκολος Ἑρμείας, ὦ ποιμένες, ἐν δὲ γαλάκτι χαίρων καὶ δρυΐνῳ σπενδόμενος μέλιτι.

Joannes utebatur victu vestituque parabili, facili, ac vili; vinum non bibebat, & frequenter jejunabat *Matth.* XI. 18. *Luc.* I. 15. VII. 33. non paupertate coactus, erat enim sacerdotis filius unicus: sed sua voluntate, tum ut severitas morum responderet doctrinae ipsius, quae discipulis crebra jejunia imperabat IX. 14. tum etiam ut hoc modo & corpus & animum firmaret, seque ad subeunda intrepide pericula & ad mortem post diuturnam custodiam oppetendam praepararet.

5. ἐξεπορεύετο —— Ἱεροσόλυμα] *Longin.* XXIII. XXIV. φημὶ δὴ τῶν κατὰ τοὺς ἀριθμοὺς —— ταῦτα κοσμεῖν· —— καὶ τὰ ἐκ τῶν πληθυντικῶν εἰς τὰ ἑνικὰ ἐπισυναγόμενα ἐνίοτε ὑψηλοφανέστατα. Ἔπειθ' ἡ Πελοπόννησος ἅπασα διειστήκει ex *Demosth.* pro Cor. *Cic.* O. in Pison. 22. mihi ipsa Roma, sedibus suis convulsa, obviam procedere visa est. Observamus hic discrimen inter Joannem & Jesum; ut Joannem audirent, debebant urbe exire, & ad illum in desertum accedere: Jesus vero auditores suos ultro adiit, infr. IV.

6 Ἰορδάνου. Καὶ ἐβαπτίζοντο ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ὑπ' αὐτοῦ, ἐξομολογούμενοι τὰς ἁμαρτίας

Ἰορδάνῃ] + ποταμῷ CM. 1. 5. 6. 11. 51. 53. 59. 60. 71. 74. 76. 89. 90. 91. 106. ex emendatione. Evang. 3. 22. Verſio *Syra* utraque, *Copta*. *Æthiop*. *Arab*. *Origenes* in Jo. I. 25. *Baſil*. de Bapt. I. *Euthymius* ex Marco; nihil autem erat neceſſe, ut Matthaeus, ad homines in Palaeſtina viventes ſcribens, adderet Jordanem eſſe Fluvium.

IV. 23. *Act*. X. 38. Non una erat ratio, cur ex tota Judaea, Joannis audiendi gratia, concurſus fieret. Inde ab incunabulis erat in ore hominum *Luc*. I. 66. 67. acceſſit ſingulare vitae genus, abſtinentia, veſtis prophetae, doctrina de Adventu Meſſiae & calamitatibus imminentibus, quibus addo turbatum eorum temporum ſtatum, & conſcientiam peccatorum, quae homines incertos reddebant, quo ſe verterent.

6. ἐβαπτίζοντο] βαπτίζειν eſt merſare, tingere, corpore vel parte corporis, quod baptizari dicitur, aquas ſubeunte. *Cic*. N. D. II. 3. cum cavea liberati pulli non paſcerentur, mergi eos in aquam juſſit, ut biberent, quoniam eſſe nollent. *Joſ*. A. XV. 2. 3. de morte Ariſtobuli βαροῦντες ἀεὶ, καὶ βαπτίζοντες ὡς ἐν παιδιᾷ, νηχόμενον οὐκ ἀνῆκαν, ἕως καὶ παντάπασιν ἀποπνῖξαι. & IX. 10. 2. de Jona κινδυνεύοντος καταδῦναι τοῦ σκάφους, τελευταῖον δ' ὑπερβιαζομένου τοῦ κακοῦ, καὶ ὅσον οὔπω μέλλοντος βαπτίζεθαι τοῦ σκάφους. *Dio* XLI. p. 111. ἀπώλοντο —— ἐν αὐτοῖς τοῖς σκάφεσι ὑπὸ τοῦ βάρους αὐτῶν βαπτισθέντες. Judaei quos baptizaturi erant, totos in aquam immergebant *Erubhim* f. 4. b. l. 7. *Succa* f. 6. a. l. 13. Omnis baptizandus neceſſe habet, totum immergat corpus, cum denudatum eſt, vice una: & ſi piloſus fuerit, omnem capitis comam immergat ſimul. Et Joannes baptizabat in Jordane fluvio, in Ænon, quia ibi erant aquae multae *Jo*. III. 23. & Chriſtus, cum baptizaretur in aquam deſcendit inf comm. 16. Et Chriſtiani in Baptiſmo dicuntur exuere veſtes Gal. III. 27. lavari *Tit*. III. 5. ſepeliri ſub aquis *Rom*. VI. 4. quae omnia non aſperſionem ſed merſionem ſignificant.

Vetuſtiſſimi mortalium Baptiſmos ſive ablutiones ad Religionem cultumque numinis pertinere judicarunt, tum ut munditiem & puritatem commendarent, tum ut ritu ſolemni caverent, ne quis irreverenter ac temere ad res ſacras accederet. *Æneid*. II. 717. Tu, genitor, cape Sacra manu, patriosque penates: me bello e tanto digreſſum & caede recenti Attrectare nefas, donec me flumine vivo abluero. *Apulei*. l. XI. Confeſtim diſcuſſa pigra quiete alacer exurgo, meque protinus purificandi ſtudio marino lavacro trado, ſepties ſubmerſo fluctibus capite —— Deam ſic apprecabar. *Juvenal*. VI. 521. Hibernum fracta glacie deſcendet in amnem, Ter matutino Tiberi mergetur, & ipſis vorticibus timidum caput abluet. *Perſius* II. 15. Haec ſancte ut poſcas, Tyberino in flumine mergis Mane caput bis terque, & noctem flumine purgas. *Horat*. Serm. II. 3. 289. Jupiter, ingentes qui das adimiſque labores, Mater ait pueri menſes jam quinque cubantis, Frigida ſi puerum quartana reliquerit, illo mane die, quo tu indicis jejunia, nudus in Tiberi ſtabit. . . . . εἶτ' ἀνεθὲν τῆς νόσου τὸ ἑλληνικὸν πλῆθος ἐπὶ τὴν συνήθη τοῖς ἀπηλλαγμένοις ὁδὸν ἐτράπη· λέγω δὲ τοὺς ὀνομαζομένους ἀποτροπιασμοὺς τε καὶ καθαρμούς. *Eurip*. Alceſt. 157. ὕδασι ποταμίοις λευκὸν χρόα Ἐλούσατ', ἐκ δ' ἑλοῦσα κεδρίνων δόμων Ἐσθῆτα, κόσμον τ' εὐπρεπῶς ἠσκήσατο· καὶ στᾶσα πρόσθεν ἑστίας κατηύξατο. *Plut* Ariſtide p. 331. D. ἧκεν εἰς Δελφοὺς, ἁγνίσας δὲ τὸ σῶμα καὶ περιρανάμενος. *Eurip*. Jone 94. τὰς κασταλίας ἀργυροειδεῖς Βαίνετε δίνας. καθαραῖς δὲ δρόσοις ἀφυδρανάμενοι στείχετε ναούς. *Macrob*. Sat. III. 1. Conſtat Diis ſuperis ſacra facturum corporis abblutione purgari. *Herodot*. II. 37. λοῦνται δὲ δὶς τῆς ἡμέρης ἑκάστης ψυχρῷ, καὶ δὶς ἑκάστης νυκτός. *Plaut*. Aulular. III. 6. 43. eo lavatum, ut ſacrificem. IV. 2. 5. nunc lavabo, ut rem divinam faciam. *Porphyr*. de Abſtin. IV. 7. Sacerdotes Ægyptii τρὶς τῆς ἡμέρας ἀπελούσαντο ψυχρῷ. Cum autem ablutio iſta ſacra praeparatio eſſet ad preces & ſacrificia & vota, quibus Deus propitius reddebatur, factum eſt, ut ſolo baptiſmo, qui reliquas cultus divini partes praecedebat, expiatio, & purificatio, & propitiatio perfici diceretur. *Eurip*. Iphig. in Tauris 1193. θάλασσα κλύζει πάντα τ' ἀνθρώπων κακά. *Ovid*. Faſt. II. 35. Omne nefas omnemque mali purgamina cauſſam credebant noſtri tollere poſſe ſenes. Graecia principium moris fuit. illa nocentes Impia luſtratos ponere facta putat. —— Ah nimium faciles, qui triſtia crimina caedis Fluminea tolli poſſe putetis aqua! Similia obſervabant Judaei tum ex praeſcripto legis tum etiam ſua voluntate. *Judith* XII. 7. 8. prius lota ad preces fundendas acceſſit ἐβαπτίζετο ἐπὶ τῆς πηγῆς τοῦ ὕδατος. καὶ, ὡς ἀνέβη, ἐδέετο τοῦ κυρίου θεοῦ Ἰσραήλ. XVI. 18. ἡνίκα ἐκαθαρίσθη ὁ λαὸς, ἀνήνεγκαν τὰ ὁλοκαυτώματα αὐτῶν. *Joma*. III. 3. quinque lotiones —— lavabat Sacerdos Magnus die Expiationis. *Philo* T. I. 273, 47. Deum eſſe immutabilem. εὔηθες εἰς μὲν τὰ ἱερὰ μὴ ἐξεῖναι βαδίζειν, ὃς ἂν μὴ πρότερον λουσάμενος φαιδρύνηται τὸ σῶμα, εὔχεσθαι δὲ καὶ θύειν ἐπιχειρεῖν ἐπὶ κεκηλιδωμένῃ καὶ πεφυρμένῃ διανοίᾳ. & de *Sacrificant*. p. 251, 29. τὸ γε μὴν σῶμα —— λουτροῖς καὶ περιῤῥαντηρίοις καθαίρει, καὶ οὐκ ἐᾷ περιῤῥανάμενον εἰσάπαξ ἢ ἀπολουσάμενον εὐθὺς εἴσω περιβόλων ἱερῶν παρέρχεσθαι. *Joſ*. B. II. 8. 5. de Eſſeniis μέχρι πέμπτης ὥρας ἐργασάμενοι συντόνως, ἔπειτα πάλιν εἰς ἓν ἀθροίζονται χωρίον, ζωσάμενοί τε σκεπάσμασι λινοῖς, οὕτως ἀπολούονται τὸ σῶμα ψυχροῖς ὕδασι, καὶ μετὰ ταύτην τὴν ἁγνείαν —— παραγίνονται εἰς τὸ δειπνητήριον & 7. τῷ δὲ ζηλοῦντι τὴν αἵρεσιν αὐτῶν οὐκ εὐθὺς ἡ πάροδος, ἀλλ' ἐπ' ἐνιαυτὸν ἔξω μένοντι τὴν αὐτὴν ὑποτίθενται δίαιταν —— ἐπειδὰν δὲ τούτῳ τῷ χρόνῳ πεῖραν ἐγκρατείας δῷ —— καθαρωτέρων τῶν πρὸς ἁγνείαν ὑδάτων μεταλαμβάνει. παραλαμβάνεται δὲ εἰς τὰς συμβιώσεις οὐδέπω. *Joma*. III. 2. 3. Nemo atrium ingreditur ſacro functurus officio, quin prius aquae ſe immerſerit —— exeunte aliquo extra murum atrii, ſi, ut commoraretur aliquandiu, egreſſus fuerat, reverſus debet ſe immergere. Conf. 2. *Reg*. V. 10-14. Iſtae igitur luſtrationes ſive purgationes toties erant iterandae, quoties nova labes contracta fuiſſet.

At hic agitur de uno ſolemni Baptiſmo, ſemel & in perpetuum adminiſtrando nec unquam poſtea repetendo. Hujus ritus veſtigia inveniuntur in Baptiſmo Proſelytorum. Nimirum magno conſenſu hodie a Judaeis traditur, ſi quis ex gentibus ad Religionem Judaicam acceſſiſſet, & ipſum cum uxore & liberis, etiam infantibus, fuiſſe baptizatum. Idem vero etiam veterum Judaeorum teſtimoniis eſt comprobandum. Nihil quidem reperitur apud Phi-

Philonem, aut Joſephum, aut in Targum Onkelos, aut in Miſna. Verum in *Thargum Jonathanis* in Pentateuchum ejus fit mentio, ubi de Proſelytis ſermo eſt, *Exod.* XII. 44. circumcides eum & baptizabis eum. *Peſachim Miſna* VIII. 8. Qui Proſelytus factus eſt veſpera Paſchatis; domus Sameae dicit: Baptizetur & edat Paſcha ſuum veſperi. *Semachoth Miſna* VII. ſi non vult fieri proſelyta: ſed ſi vult proſelyta fieri, baptizat eam, & libertatem illi donat, & ſtatim eſt licita. *Cethuboth Miſna* I. 2. *Jebamoth* f. 60. 2. & *Piccurim Hieroſ.* I. nomine R. Simeonis f. Jochai, *Kidduſchin* f. 78. I. mentio fit Proſelytarum, infra tertium aetatis annum ac diem primum in gremium Eccleſiae Judaicae receptarum. *Cetuboth* f. 11. I. —— R. Chunna inquit: proſelytum parvulum baptizant ad ſententiam Senatus. unde hoc diſcimus? quia id ipſi prodeſt. In rebus autem homini profuturis non ſemper expectant ejus conſenſum. Nota eſt theſis Miſchnica: abſolvunt hominem etiam neſcium, ſed non condemnant niſi conſcium.—— Sermo in eo eſt de proſelyto, cujus filii filiaeque ſimul cum eo accedunt, qui in eo acquieſcunt, quod fecit pater: quod ſi adoleverint, poſſunt ex ſententia Rab Joſeph abſtergere. *Jebamoth Hieroſ.* f. 8. 4. R. Ezechia dicit: ecce invenit infantem expoſitum, & baptizat eum in nomine ſervi. *Berachoth Hieroſ.* f. 6. 3. In diebus R. Joſuae f. Levi conati ſunt quidam extirpare hanc immerſionem, feminarum Galilaearum gratia, eo quod illae prae frigore ſterileſcerent. *Sota* f. 12. 2. *Megilla* f. 13. I. Quando *Exod.* II. 5. filia Pharaonis deſcendiſſe dicitur in flumen, ut lavaretur, R. Joannes inquit, deſcendiſſe eam, ut ſe ablueret ab idololatrico cultu domus patris ſui. *Philo* de vita Moſis T. II. p. 82, 47. λȣτροῖς καὶ περιῤῥαντηρίοις χρῆσθαι μέλλȣσαν. *Cherituth* f. 9. I. Rab inquit: quomodo patres veſtri non introierunt in foedus niſi per circumciſionem, baptiſmum & ſanguinis aſperſionem —— ſed baptiſmus unde probatur? ex *Exod.* XXIV. 6. non enim hoc eſt ſine baptiſmo. *Avoda Sara* f. 57. I. R. Simi f. Chaja: qui ſibi comparat ſervos e gentibus, qui circumciſi ſed non baptizati ſunt, aut filios ancillarum, qui circumciſi ſed non baptizati ſunt, ſputum & veſtigium eorum in platea eſt immundum. & Rabba R. Nachmani, faciunt vinum immundum: contra ſi circumciſi & baptizati ſunt. R. Samuel dixit, dixiſſe R. Nachmanem: qui accipit ſervos a gentibus, etiamſi circumciſi & baptizati fuerint, faciunt vinum libaminis. de *Repudiis* . . . Jethro proſelytus factus eſt circumciſione & baptiſmo. . . . proſelyti non ingrediuntur in foedus niſi tribus hiſce, circumciſione, baptiſmo, & ſacrificio pacifico. *Kidduſchin* f. 62. 2. & *Jebamoth* f. 46. 2. Proſelytus tribus rebus opus habet. *Jebamoth* f. 46. I. R. Chia f. Abba cum apud Gablam divertiſſet, vidit filias Iſraelitarum impraegnatas a proſelytis circumciſis quidem ſed non baptizatis —— Reverſus ad R. Johannem, qui ei dixit. egredere ac proclama, filios eorum eſſe ſpurios —— R. Jochanan (& *Avoda Sara* f. 59. 5.) nunquam enim in aeternum aliquis reputatur proſelytus, donec circumciſus etiam baptizetur: nam antequam baptizatus fuerit, aeſtimatur alienigena, f. 46. 2. de baptizato, qui non circumciſus eſt, nemo in hoc mundo litem movet, quo minus ſit legitimus, ſed diſputant de circumciſo, qui non fuit baptizatus. Pro eo R. Elieſer ad patres provocat: R. Joſua vero baptiſmum patrum etiam extitiſſe affirmat. Unde nam id habet? an *Exod.* XIX. 10. *& lavent veſtes ſuas.* Si enim baptiſmus neceſſarius eſt, ubi nulla lotio veſtium jubetur, quanto magis erit neceſſarius, ubi lotionis veſtium expreſſa fit mentio? — Sapientes dicunt: baptizatus, qui non circumciditur, & circumciſus, qui non baptizatur, neuter eſt proſelytus donec & circumcidatur & baptizetur. -- R. Joſe: ſi quis venerit dicens: circumciſus ſum, at non baptizatus, curant eum baptizari. — R. Juda ait, baptiſmum eſſe principale. --- R. Oshaja f. R. Chija accedenti proſelyto, qui circumciſus quidem, ſed non baptizatus erat, dixit: exſpecta hic usque in craſtinum, & baptizari te curabimus. f. 47. 2. non niſi poſt ſanatum circumciſionis dolorem baptizabantur, eo quod aquae vulneri eſſent noxiae. f. 71. I. proſelytus, qui circumciſus eſt, ſed non baptizatus? Dixit R. Aſe: Traditur aperte, circumciſos fuiſſe & baptizatos & feciſſe Paſcha in munditie. 78. I. Ethnica ſi proſelytiſſa facta ſit, cum jam eſt gravida, filius non opus habet baptiſmo. —— non baptizant proſelytum noctu. *Berachoth* f. 47. 2. Non indicunt benedictionem alienigenae. Textus eſt de proſelyto circumciſo ſed non baptizato. Dixit etiam R. Eſra, dixiſſe Johannem: in aeternum proſelytus non eſt, niſi ſit & circumciſus & baptizatus. Non baptizatus, eſt alienigena. *Bereſchith R.* XLIII. R. Jodan dixit: viros & mulieres reduxit, parvulos non reduxit: ſteterunt & proſelyti facti ſunt, & collegerunt turpitudines patrum ſuorum. XLVI. qui emit foetum ancillae gentilis, R. Jochanan dixit: circumcidat die octavo. *Ruth R.* I. 4. Traditio nomine R. Meir: Non faciunt proſelytum neque baptizant Ammonitam, ſed Ammonitidem. *Tanchuma* f. 180. I. duxerunt uxores Moabitides, quas nec baptizaverant nec proſelytas fecerant. *Mechilta* f. 15. I. ad *Ex.* XII. 48. R. Nathan dixit: non dixit Textus, *circumcidetur ei*, niſi ut adducat ſervum baptizatum ante dominum ſuum, & exeat liber. Factum in Beluria, ut baptizarent partem ancillarum ante dominam, & partem poſt eam. Delata eſt res ad Sapientes, qui reſponderunt: baptizatas ante eam eſſe liberas, poſt eam ancillas; & ſervierunt ei nihilominus ad diem mortis ejus.

ἐξομολογȣ́μενοι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν] *Plut.* Numa p. 71. A. Ρωμύλου μὴ βȣληθέντος ἐξομολογήσασθαι — τὴν ἀφαίρεσιν τȣ̃ ἀλλοτρίȣ p. 76. F. τὸ δυσκαρτέρητον ἐξομολογȣμένη τῆς κοινωνίας. Coriolan. p. 215. C. τȣ̃το δ᾽ ἀμέλει καὶ τὸν ἐπαμινώνδαν φασιν ἐξομολογήσασθαι τὸ πάθος. Anton. 943. D. καλῶς ἔφη πεποίηκας, ὦ Γεμίνιε, τὴν ἀλήθειαν ἄνευ βασάνων ἐξομολογησάμενος. *Heliodor.* IX. 12. τὴν πάλαι ἱκεσίαν ἐπιτείνειν αὐτȣ̀ς, καὶ εἰς τὸ παντελὲς ἐξομολογεῖσθαι οἰηθεὶς. *Lucianus* Hermot. 75. ὀκνȣ̃σιν ἀναστρέφειν, αἰδούμενοι εἰ δεήσει τηλικούτȣς αὐτȣ̀ς ὄντας ἐξομολογήσασθαι ὅτι πράγματα παίδων ἔχοντες οὐ συνίεσαν. confeſſio autem erroris, profeſſio eſt deſinendi *Hilar. in Pſalm.* CXXXV. I. CXXXVII. I. *Arrian.* Alex. VII. 29. ἀλλὰ μεταγνῶναί τε, ἐφ᾽ οἷς ἐπλημμέλησεν, μόνῳ εἶδα τῶν πάλαι βασιλέων ἀλεξάνδρῳ ὑπάρξαι ὑπὸ γενναιότητος. Οἱ δὲ πολλοὶ, εἰ καί τι ἔγνωσαν πλημμελήσαντες, οἱ δὲ τῷ προηγορεῖν αὐτȣ̃, ὡς καλῶς δὴ πραχθέντος, ἐπικρύψειν οἴονται τὴν ἁμαρτίαν, κακῶς γιγνώσκοντες. Μόνη γὰρ ἔμοιγε δοκεῖ ἴασις ἁμαρτίας, ὁμολογεῖν τε ἁμαρτόντα, καὶ δῆλον εἶναι ἐπ᾽ αὐτῷ μεταγινώσκοντα· ὡς τοῖς παθȣ̃σι τι ἄχαρι ȣ̓ παντὶ χαλεπὰ τὰ παθήματα φαινόμενα, εἰ ὁ δράσας αὐτὸ ξυγχωροίη, ὅτι ȣ̓ καλὰ ἔδρασεν. αὐτῷ τε τινι ἐς τὸ

μέλ-

7 τίας αὐτῶν. Ἰδὼν δὲ πολλοὺς τῶν Φαρισαίων καὶ Σαδδουκαίων ἐρχομένους ἐπὶ τὸ

7. ἐρχομένους] —— 13.

μᾶλλον ταύτην ἐλπίδα ἀγαθὴν ὑπολειπομένην, μήποτε ἂν παραπλήσιον ἁμαρτεῖν, εἰ τοῖς πρόσθεν πλημμεληθεῖσιν ἀχθόμενος φαίνοιτο. A peccatore requiritur, ut publice fateatur ſe peccaſſe *Pſal.* XXXII. 3. 4. 5. *Prov.* XXVIII. 13. *Act.* XIX. 18. *Jac.* V. 16. Magis tamen generalem quam particularem culpae confeſſionem factam eſſe credimus, tum quia longo peccandi habitu & conſuetudine obſtrictis ad ſingula enarranda memoria & tempus defeciſſet, tum quia circumſtante diverſi ſexus, diverſae aetatis, adde & hypocritarum, turba non conſultum fuiſſet ſingularia facinora confiteri.

7. τῶν φαρισαίων καὶ Σαδδουκαίων] De iſtis Judaeorum ſectis multa habent Joſephus & Thalmudici. I. Origo earum videtur referenda ad tempora poſt Captivitatem Babylonicam, cum Judaea eſſet in poteſtate Regum Syriae & Ægypti, Alexandri M. ſucceſſorum, tunc enim a Graecis Philoſophia Platonica & Pythagorea imbutis multa de immortalitate animarum & de potentia ſpirituum audientes avide, ut ſe ſolarentur, arripuerunt. Sub Ptolemaeo primo Ægypti rege tribus ante Chriſtum natum ſeculis vixit Antigonus Socho, ſucceſſor Simonis Juſti, praeſes Synedrii Hieroſolymitani. Is dicebat: Ne ſitis tanquam ſervi, qui ſerviunt magiſtro ea conditione, ut recipiant mercedem. ſed eſtote tanquam ſervi, qui ſerviunt magiſtro non ea conditione, ut accipiant mercedem, ſitque timor coelorum ſuper vos. *Aboth.* I. 3. addit R. Nathan. Per. 5. Erant hujus Antigoni diſcipuli duo, qui dictata ejus immutarunt, quorum diſcipuli immutantes pariter quae edocti erant ſuos inſtituerunt. Illi poſtea hoc modo docuerunt. Quid patribus noſtris in mentem venit ut haec traderent? Num poſſibile eſt, operarium toto die laborare, & veſperi mercedem non accipere? Si vero patres noſtri vitam futuram cognoviſſent & reſurrectionem mortuorum, hoc ſane modo non docuiſſent. Hi a lege ſe ſeparabant, a quibus binae poſtea emanarunt ſectae, Sadducaei a Sadoco dicti, & Baithuſaei a Baithuſo. Eodem tempore viri Synagogae magnae Phariſaeiſmi fundamenta jecerunt jubentes ſepem facere legi. *Aboth* I. 1. qui vero ſepem legi faciebant, hoc eſt qui religione quadam ducti plura obſervabant quam Lege aut praeceptum erat aut vetitum, vocabantur ἀσιδαῖοι חסדים 1. *Macc.* II. 42. Eo ſenſu ſumitur *Sota* III. 4. ubi mentio fit ſancti ſtatui, & f. 212. quiſnam eſt pius inſipiens? ſi femina in flumine periclitetur, & dicat, non extraham eam, ne alioquin nuditatem ejus conſpiciam. in *Gem.* vero *Hieroſ.* Qui videt puerum pereuntem in flumine, & dicit: cum exuero phylacteria mea, educam illum. Dum ille exuit phylacteria, alter exuit animam. In fine *Jobi* apud LXX. Interpretes mentio fit reſurrectionis mortuorum. καὶ ἐτελεύτησεν Ἰὼβ πρεσβύτερος καὶ πλήρης ἡμερῶν, γέγραπται δὲ αὐτὸν πάλιν ἀναστήσεσθαι, μεθ' ὧν ὁ κύριος ἀνίστησιν quae & Ariſteas apud *Euſeb.* P. 9. citavit, & Theodotio in ſua Verſione ſervavit. Secundus vero *Maccabaeorum* liber clare oſtendit, dogma de reſurrectione mortuorum, deque praemiis ac poenis poſt hanc vitam, martyres ad alacritatem & conſtantiam incitaſſe VI. 26. & c. VII. toto de ſeptem fratibus. 9. 11. 14. 23. 29. 36. *Joſ.* A. XIII. 5. 9. κατὰ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον τρεῖς αἱρέσεις τῶν Ἰουδαίων ἦσαν —— ὧν ἡ μὲν φαρισαίων ἐλέγετο, ἡ δὲ Σαδδουκαίων, ἡ τρίτη δὲ ἐσσηνῶν. loquitur autem de temporibus Jonathanis Maccabaei. & XVIII. 1. 2. Ἰουδαίοις φιλοσοφίαι τρεῖς ἦσαν ἐκ τοῦ πάνυ ἀρχαίου τῶν πατρίων ſub Archelao rege.

II. Duo autem erant praecipua capita diſſenſus Phariſaeorum & Sadducaeorum; prius verſabatur circa varios ritus & cerimonias a Phariſaeis inſtitutas traditasque, a Sadducaeis vero repudiatas. *Joſ.* A. XIII. 10. 6. νόμιμα πολλά τινα παρέδοσαν τῷ δήμῳ οἱ Φαρισαῖοι ἐκ πατέρων διαδοχῆς, ἅπερ οὐκ ἀναγέγραπται ἐν τοῖς Μωϋσέως νόμοις, καὶ διὰ τοῦτο ταῦτα τὸ Σαδδουκαίων γένος ἐκβάλλει, λέγον ἐκεῖνα δεῖν ἡγεῖσθαι νόμιμα τὰ γεγραμμένα, τὰ δ' ἐκ παραδόσεως τῶν πατέρων μὴ τηρεῖν. καὶ περὶ τούτων ζητήσεις αὐτοῖς καὶ διαφορὰς συνέβαινε γενέσθαι μεγάλας: poſterius erat de immortalitate animarum; Phariſaeis ſtatuentibus ψυχὴν πᾶσαν μὲν ἄφθαρτον, μεταβαίνειν δὲ εἰς ἕτερον σῶμα τὴν τῶν ἀγαθῶν μόνην, τὴν δὲ τῶν φαύλων ἀϊδίῳ τιμωρίᾳ κολάζεσθαι. Σαδδουκαῖοι δὲ —— ψυχῆς τε τὴν διαμονήν, καὶ τὰς καθ' ᾅδου τιμωρίας καὶ τιμὰς ἀναιροῦσι *Joſ.* B. II. 8. 14. & A. XVIII. 1. 3. 4. Οἱ γὰρ φαρισαῖοι —— ἄν τε ὁ λόγος κρίνας παρέδωκεν ἀγαθῶν, ἕπονται τῇ ἡγεμονίᾳ, περιμάχητον ἡγούμενοι τὴν φυλακὴν ὧν προαγορεύειν ἠθέλησε. τιμῆς γε τοῖς ἡλικίας προήκουσι παραχωροῦσιν, οὐδὲν ἐπ' ἀντιλέξει τῶν εἰσηγηθέντων ταῦτα θράσει ἐπαιρόμενοι —— ἀθάνατόν τε ἰσχὺν ταῖς ψυχαῖς πίστις αὐτοῖς εἶναι, καὶ ὑπὸ χθονὸς δικαιώσεις τε καὶ τιμάς, οἷς ἀρετῆς ἢ κακίας ἐπιτήδευσις ἐν τῷ βίῳ γέγονε, καὶ ταῖς μὲν εἰργμὸν ἀΐδιον προστίθεσθαι, ταῖς δὲ ῥαστώνην τοῦ ἀναβιοῦν —— Σαδδουκαίοις δὲ τὰς ψυχὰς ὁ λόγος συναφανίζει τοῖς σώμασι. φυλακῆς δὲ οὐδαμῶν τινῶν μεταποίησις ἢ τῶν νόμων. πρὸς γὰρ τοὺς διδασκάλους σοφίας, ἣν μετίασιν, ἀμφιλογεῖν ἀρετὴν ἀριθμοῦσιν. *Berachoth.* IX. 1. ad coronidem omnium orationum in templo dixerunt: *in ſeculum;* ortis vero Sadducaeis dicentibus non eſſe niſi unum ſeculum, inſtitutum eſt ut diceretur: a ſeculo in ſeculum.

III. Sectae Phariſaeorum addicta fuit plebs & mulierculae: cum Sadducaeis vero faciebant principes, nobiles atque divites. Unde ſatis patet, non rei evidentia permotos ad hanc vel illam ſectam ſe contuliſſe: ſed prout cuique commodum erat. Mulierculae meticuloſae & ſuperſtitioſae delectabantur ceremoniis; plebs etiam quidlibet potius ſibi imponi patiebatur, quam ut legem Dei naturalem & moralem ſervaret; putabatque id praeſtando, quod non debebat, a praeſtatione debiti redimere ſe poſſe. Divites contra & nobiles, ut eo ſecurius in hac vita voluptatibus indulgerent & dominatione abuterentur, omni futurarum poenarum metu, qui ipſis moleſtus fuiſſet, cupide ſemet exſolviſſe videntur. *Joſ.* A. XIII. 10. 5. 6. Phariſaei τοσαύτην δὲ ἔχουσι τὴν ἰσχὺν παρὰ τῷ πλήθει, ὡς καὶ κατὰ βασιλέως τι λέγοντες καὶ κατὰ ἀρχιερέως, εὐθὺς πιστεύεσθαι. μαθητὴς δ' αὐτῶν ἦν καὶ Ὑρκανὸς —— καὶ δὴ καλέσας αὐτοὺς ἐφ' ἑστίασιν καὶ φιλοφρόνως ὑποδεξάμενος —— poſtea vero ad Sadducaeos Rex Hyrcanus tranſiit —— αὐτὸν ἐπιπαροξύνειν Ἰωνάθης, καὶ διέθηκεν οὕτως ὥστε τῇ Σαδδουκαίων ποιεῖσθαι προσθέσθαι μοίρᾳ, τῶν φαρισαίων ἀποστάντα, καὶ τάτε ὑπ' αὐτῶν κατα-

τὸ βάπτισμα αὐτοῦ, εἶπεν αὐτοῖς· Γεννήματα ἐχιδνῶν, τίς ὑπέδειξεν ὑμῖν φυγεῖν

τὸ βάπτισμα] τῷ βαπτίσματι 53.
ὑπέδειξεν ὑμῖν] ὑμῖν ὑπέδειξεν 80.
8. καρποὺς ἀξίους] καρπὸν ἄξιον CDEKLM. 1. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 27. 34. 35. 36. 37. 38. a prima manu 39. 40. a prima manu 41. 42. 44. 45. 46. 47. 51. 52. 53. 54. 55. 57. 58. 59. 60. 62. 63. 68. 70. 72. 76. 80. 82. 84. 85. 86. 87. 89. 90. 106. Evang. 3. 11. 18. 19. 21. 22. 24. Editt. *Complut. Colin.* duae priores *Stephani*, *Plantin. Beng.* Verſio *Copta*, *Latina*, *Lutheri* Edd. Vett. *Belgica* vetus, Sy-

σταθέντα νόμιμα τῷ δήμῳ καταλῦσαι καὶ τοὺς φυλάττοντας αὐτὰ κολάσαι. μῖσος οὖν ἐντεῦθεν αὐτῷ τε καὶ τοῖς υἱοῖς παρὰ τοῦ πλήθους διεγένετο. —— τῶν μὲν Σαδδουκαίων τοὺς εὐπόρους μόνον πειθόντων, τῶν δὲ Φαρισαίων τὸ πλῆθος σύμμαχον ἐχόντων. Adeo vero Phariſaei valuerunt gratia apud plebem, ut Alexander Hyrcani filius moriens Reginae conſilium daret, συνεβούλευεν αὐτῇ —— τοῖς Φαρισαίοις ἐξουσίαν τινὰ παρασχεῖν, τούτους γὰρ ἐπαινοῦντας αὐτὴν διὰ τῆς τιμῆς, εὔνουν καταστήσειν αὐτῇ τὸ ἔθνος, δύνασθαι δὲ πολὺ παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις τούτους ἔφασκε, βλάψαι τε μισοῦντας, καὶ φίλους διακειμένους ὠφελῆσαι —— μάλιστα γὰρ πιστεύεσθαι παρὰ τῷ πλήθει, περὶ ὧν ἂν καὶ φθονοῦντες τὶ χαλεπὸν λέγωσιν, αὐτόν τε προσκροῦσαι τῷ ἔθνει διὰ τούτους ἔλεγεν ὑβρισθέντας παρ' αὐτοῦ. & 16. 1. 2. πάντα τοῖς Φαρισαίοις ἐπιτρέπει ποιεῖν, οἷς καὶ τὸ πλῆθος ἐκέλευσε πειθαρχεῖν, καὶ εἴτι δὲ καὶ τῶν νομίμων Ὑρκανὸς ὁ πενθερὸς αὐτῆς κατέλυσεν, ὧν εἰσήνεγκαν οἱ Φαρισαῖοι κατὰ τὴν πατρῴαν παράδοσιν, τοῦτο πάλιν ἀποκατέστησε. τὸ μὲν οὖν ὄνομα τῆς βασιλείας εἶχεν αὐτὴ, τὴν δὲ δύναμιν οἱ Φαρισαῖοι. Hinc Ariſtobulus Alexandrae filius ἔδεισε, μὴ ἀποθανούσης ἐπὶ τοῖς Φαρισαίοις τὸ πᾶν γένος αὐτῆς ὑπάρξειεν. XVIII. 1. 3. 4. δι' αὐτὰ τοῖς τε δήμοις πιθανώτατοι τυγχάνουσι, καὶ ὁπόσα θεῖα εὐχῶν τε καὶ ἱερῶν ποιήσεως ἐξηγήσει τῇ ἐκείνων τυγχάνουσι πρασσόμενα, εἰς τόσονδε ἀρετῆς αὐτοῖς αἱ πόλεις ἐμαρτύρησαν: at de Sadducaeis εἰς ὀλίγους τε ἄνδρας οὗτος ὁ λόγος ἀφίκετο, τοὺς μέντοι πρώτους τοῖς ἀξιώμασι —— προσχωροῦσι δ' οὖν οἷς ὁ Φαρισαῖος λέγει, διὰ τὸ μὴ ἄλλως ἀνεκτοὺς γενέσθαι τοῖς πλήθεσιν. XVII. 3. 4. ἦν γάρ μόριόν τι Ἰουδαϊκῶν ἀνθρώπων ἐπ' ἀκριβείᾳ μέγα φρονοῦν τοῦ πατρίου νόμου, οἷς χαίρειν τὸ θεῖον προσποιουμένων ὑπῆκτο ἡ γυναικωνῖτις, Φαρισαῖοι καλοῦνται, βασιλεῦσι δυνάμενοι μάλιστα ἀντιπράσσειν, προμηθεῖς, κἀκ τοῦ προὔπτου εἰς τὸ πολεμεῖν τε καὶ βλάπτειν ἐπηρμένοι. Παντὸς γοῦν τοῦ Ἰουδαϊκοῦ βεβαιώσαντος δι' ὅρκων ἦ μὴν εὐνοῆσαι καίσαρι καὶ τοῖς βασιλέως πράγμασι, οἵδε οἱ ἄνδρες οὐκ ὤμοσαν ὄντες ὑπὲρ ϛ. χιλίους, καὶ αὐτοὺς βασιλέως ζημιώσαντος χρήμασιν, ἡ Φερώρου γυνὴ τὴν ζημίαν ὑπὲρ αὐτῶν εἰσφέρει. Vit. 39. ἔδοξεν αὐτοῖς πέμπειν ἄνδρας κατὰ γένος μὲν διαφέροντας, τῇ παιδείᾳ δ' ὁμοίους· ἦσαν δ' αὐτῶν δημοτικοί μεν δύο Ἰωνάθης καὶ Ἀνανίας, Φαρισαῖοι τὴν αἵρεσιν. ὁ δὲ τρίτος Ἰόζαρος ἱερατικοῦ γένους, Φαρισαῖος καὶ αὐτός. Σίμων δ' ἐξ ἀρχιερέων νεώτατος ἐκείνων. B. 1. 5. 2. παραφύονται δὲ αὐτῇ εἰς τὴν ἐξουσίαν Φαρισαῖοι σύνταγμά τι Ἰουδαίων δοκοῦν εὐσεβέστερον εἶναι τῶν ἄλλων, καὶ τοὺς νόμους ἀκριβέστερον ἀφηγεῖσθαι. τούτοις περισσὸν δή τι προσεῖχεν ἡ Ἀλέξανδρα, σεβομένη περὶ τὸ θεῖον. Οἱ δὲ τὴν ἁπλότητα τῆς ἀνθρώπου κατὰ μικρὸν ὑπιόντες ἤδη καὶ διοικηταὶ τῶν ὅλων ἐγίνοντο —— ἐκράτει δὲ τῶν μὲν ἄλλων αὐτὴ, Φαρισαῖοι δ' αὐτῆς 29. 2. Herodes Pherorae uxori objicit ὅτι Φαρισαίοις χορηγήσειε μισθοὺς κατ' αὐτοῦ, & II. 8. 2. 14. τρία γὰρ παρὰ Ἰουδαίοις εἴδη φιλοσοφεῖται, καὶ τοῦ μὲν αἱρετισταὶ Φαρισαῖοι, τοῦ δὲ Σαδδουκαῖοι, τρίτον δὲ —— ἐσσηνοὶ —— δύο δὲ τῶν προτέρων Φαρισαῖοι μὲν οἱ δοκοῦντες μετὰ ἀκριβείας ἐξηγεῖσθαι τὰ νόμιμα, καὶ τὴν πρώτην ἐπάγοντες αἵρεσιν —— Σαδδουκαῖοι δὲ τὸ δεύτερον τάγμα.

Notamus autem Joſephum ſectae Phariſaeorum ſeſe addixiſſe, Vit. 2. περὶ ἑκκαίδεκα δὲ ἔτη γενόμενος ἐβουλήθην τῶν παρ' ἡμῖν αἱρέσεων ἐμπειρίαν λαβεῖν. τρεῖς δ' εἰσὶ αὗται. Φαρισαίων μὲν ἡ πρώτη. καὶ Σαδδουκαίων ἡ δευτέρα. Τρίτη δὲ ἡ ἐσσηνῶν —— ἐννεακαίδεκα δ' ἔτη ἠρξάμην τε πολιτεύεσθαι τῇ Φαρισαίων αἱρέσει κατακολουθῶν, ἣ παραπλήσιός ἐστι τῇ παρ' Ἕλλησι Στωϊκῇ λεγομένῃ Conf. de B. III. 8. 5. Unde juſta oritur ſuſpicio, ubi Phariſaeorum humanitatem & clementiam laudat, Sadducaeorum vero aſperitatem atque ſaevitiam vituperat, Sadducaeis iniquiorem fuiſſe. B. II. 8. 14. Φαρισαῖοι μὲν φιλάλληλοί τε καὶ τὴν εἰς τὸ κοινὸν ὁμόνοιαν ἀσκοῦντες. Σαδδουκαίων δὲ καὶ πρὸς ἀλλήλους τὸ ἦθος ἀγριώτερον, αἵ τε ἐπιμιξίαι πρὸς τοὺς ὁμοίους ἀπηνεῖς ὡς πρὸς ἀλλοτρίους. & A. XIII. 14. 6. ἄλλως τε καὶ φύσει πρὸς τὰς κολάσεις ἐπιεικῶς ἔχουσιν οἱ Φαρισαῖοι. Cum enim Sadducaei optimatibus, Phariſaei plebejis ſtuderent, conſequens erat, ut plebs a nobilitate contemneretur, nobilitas vero plebi eſſet exoſa; quae res non magis optimatibus quam plebi vitio vertenda erat. Porro fieri poterat, ut diſſenſus Sadducaeorum inter ſe juſtas haberet rationes: conſpiratio vero plebis ſeditioſa & tumultuoſa eſſet. Clementiam denique non alio exemplo probat, quam quod reis Majeſtatis parcendum eſſe ſuaſerunt, cui indulgentiae ceu Reipublicae noxiae ſeveritas neceſſaria recte à Sadducaeis praelata fuiſſe videtur. Caeterum non mitiſſimos fuiſſe Phariſaeos, inde etiam patet, quod Alexander rex moriens illos non alia via placari poſſe credidit, quam ſi regina cadaver ipſius Phariſaeis traderet, illiſque poteſtatem faceret, illi, ſepulturae honore privato, illudendi, ſive aliam quamcunque injuriam ex iracundia inferendi XIII. 15. 5. & 16. 2. αὐτοὶ τούτων ἕνα σφάττουσι Διογένην, καὶ μετ' αὐτὸν ἄλλους ἐπ' ἄλλοις. & quid humani exſpectari poterat ab hominibus, qui, teſte Joſepho, ad Stoicos quam proxime accedebant?

Contra Sadducaeos frequenter diſputant Thalmudici. De ſanctitate vero & hypocriſi Phariſaeorum habent ſequentia. *Schabbath.* f. 13. 1. Non comedet immundus ex Phariſaeis cum immundo ex plebejis. *Chagiga* c. 2. §. 7. *Cholin* f. 38. 1. *Nidda.* f. 33. 2. Veſtes plebejorum ſunt calcatio Phariſaeis, veſtes Phariſaeorum calcatio edentibus Terumam, veſtes edentium Terumam calcatio edentibus res ſacras, veſtes edentium ſacra ſunt calcatio reſpectu aquae luſtrationis. (Calcatio intelligitur veſtium, quae a polluto calcatae fuerunt, quarumque tactus ita alios polluit, ut merſatione opus habeant.) *Sota.* c. 3. §. 4. Mulier phariſaea, & plagae Phariſaeorum mundo exitium ferunt. Per plagas autem intelligunt additiones ad legem. in *Gemara* f. 22. 2. *Aboth. Nathan* 37. Tradunt magiſtri: ſeptem ſunt genera Phariſaeorum, Phariſaeus Sichemita, Phariſaeus allidens, Phariſaeus venae ſector, Phariſaeus piſtilli, Phariſaeus quaerens quid teneatur, & ſe id facturum, Phariſaeus ex amore, Phariſaeus ex metu. Phariſaeus Sichemita eſt, qui imitatur factum Sichemi. (qui circumciſus eſt non amore Dei, ſed ut Dina poti-

8 Φυγεῖν ἀπὸ τῆς μελλούσης ὀργῆς; Ποιήσατε οὖν ~καρποὺς ἀξίους τῆς μετανοίας.
~καρπὸν ἄξιον

9 Καὶ

τα posterior, *Æthiop. Arab.* Origenes in Jo. I. 25. εἴρηται ἑνικῶς καρπὸν ἄξιον, *Irenaeus* 3. 9. *Petrus Alex.* Can. 3. *Didym. Alex.* c. Manicheos, *Nyssenus* de Christi Baptismo bis, *Chrysost.* in Gen. H. 31. in Lazar. H. 6. *Juvencus*, *Lucifer* 11. bis. *Pacianus* Epist. 3. *Adriani* Isagoge extrema. *Beza* in Annotat. Edit. 1. & 2. H. *Grotius*, *Simonius*, *J. Millius* prol. 1373. Numero plurali habet Lucas.
τῆς —— D.

potiretur) Pharisaeus allidens qui pedes allidit, Pharisaeus venae sector, ex mente R. Nachmanis f. Isaac est qui sanguine parietes conspergit, Pharisaeus pistilli, censente Rabba f. Silo est qui capite demisso incedit instar pistilli. Pharisaeus quaerens quid teneatur, & se id facturum pollicens, hoc utique bonum est, sed qui dicit: ad quid porro teneor & faciam. Pharisaeus ex amore, Pharisaeus ex metu. Dixerunt Abai & Rabba ad Mischnae autorem: non huc referendi erant Pharisaeus ex amore & Pharisaeus ex metu. —— Rex Jannai dixit uxori suae: Nec Pharisaeos, nec non Pharisaeos extimesce, sed illos fucatos qui similes sunt Pharisaeis: quorum opera cum sint paria operibus Simri, poscunt tamen mercedem, qualis obtigit Pineaso. f. 22. 1. Mulier Pharisaea. Interpretatio. Tradunt Magistri: juvencula jugiter orans & vidua vagatrix —— ecce istae orbem devastant. Itane? atqui dixit R. Jochanan: didicimus metum peccati a juvencula, & mercedis impetrationem a vidua. Metum peccati a juvencula. Quippe audivit R. Jochanan juvenculam quandam in faciem procidentem orantemque: Arbiter universi, creasti paradisum, creasti etiam gehennam, impios creasti, creasti itidem justos: Ita velis obsecro, ne in me homines impingant. Mercedis impetrationem a vidua. Vidua enim quaedam, in cujus vicinia erat Synagoga, quoque die tamen venit & preces in auditorio R. Jochananis peregit; quare is ad eam, Filia mea, inquit, annon Synagoga est in vicinia tua? Respondit illa, Magister, annon etiam itioni suum repositum est praemium? Supradicta in eam tantum quadrant, quae similis est Jochani filiae Retibi. Joma f. 19. 20. quamvis nos Sadducaei sumus, timemus tamen a Pharisaeis Nidda. f. 33. 2.

ἐρχομένους ἐπὶ τὸ βάπτισμα αὐτοῦ] venientes ut ab eo baptizarentur. Conf. Comm. 11. & 13. & Luc. III. 7. Licet enim plerique Pharisaeorum baptismum Joannis, quem *omnis* populus & tota Judaea suscipiebat, non reciperent *Luc.* VII. 30. *Matth.* XXI. 25. nihil tamen impedit, quo minus statuamus, saltem quosdam imo *multos* illum suscepisse. Conf. *Jo.* VII. 48. XII. 42. inter initia praecipue praedicationis, antequam Sectae illi invisus esset. *Xenoph.* Cyropaed. 1. p. 23. ἦλθον ἐπ' ἀργύριον. Oeconom. p. 651. ἐπὶ πῦρ ἐλθόντος σου καὶ μὴ ὄντος παρ' ἐμοῦ, εἰ ἄλλοσε ἡγησαίμην, ὁπόθεν σοι εἴη λαβεῖν. Cyrop. 6. p. 106. ἐδήλωσεν ἐφ' ἃ ἥκοι p. 121. ἔδοξεν αὐτῷ ἐπιτήδειος εἶναι ἀράσπας ἐλθεῖν ἐπὶ τοῦτο. *Polyb.* X. 31. πάντας ἐπὶ παραπλήσιον ἥξειν. Matth. XXVI. 50.

γεννήματα ἐχιδνῶν] Inf. XII. 34. XXIII. 33. *Sophocles* Trachin. 1106. δεινῆς ἐχίδνης θρέμμα. *Philo* de Leg. ad Cajum T. 11. p. 570, 24. τούτων ἦσαν οἱ πλείους αἰγύπτιοι, πονηρὰ σπέρματα κροκοδείλων καὶ ἀσπίδων τῶν ἐγχωρίων ἀναμεμαγμένοι τὸν ἰὸν ὁμοῦ καὶ θυμὸν ἐν ταῖς ψυχαῖς. *Donatus* in Ter. Eunuch. V. 1. 9. quid ais venefica) aptum convicium —— in ancillas, venefica, lupa, *vipera* & sacrilega. *Florus* IV. 12. Nihil illa caede per paludes perque silvas cruentius; nihil insultatione barbarorum intolerantius, praecipue tamen in caussarum patronos: aliis oculos, aliis manus amputabant, unius os sutum recisa prius lingua, quam in manu tenens barbarus, tandem, inquit, vipera sibilare desiste. Pallio pietatis & autoritatis tecti isti Judaeorum doctores, lingua sua animis simpliciorum falsa & superstitiosa dogmata instillando nocebant. *Demosth.* Aristogit. 1. ὅταν συκοφάντην καὶ ἔχιν τὴν φύσιν ἄνθρωπον ἴδητε.

τίς ὑπέδειξεν ὑμῖν φυγεῖν] Vehemens oratio, Conf. Gal. III. 1. *Virgil.* Georg. IV. 445. Nam quis te, juvenum confidentissime, nostras Jussit adire domos? quidve hinc petis? inquit, at ille: Scis, Proteu, scis ipse: neque est te fallere cuiquam, —— deum praecepta secuti Venimus huc, lapsis quaesitum oracula rebus. q. d. Mirum est, vos etiam hic conspici; quo monitore accessistis, vos qui aliorum Doctores estis? si vestra sponte, quis sperasset, aut Sadducaeos Doctori severo, multa jejunia imperanti, in disciplinam se tradituros? aut Pharisaeos sanctitatis fama tam celebres praeconi resipiscentiae aures accommodaturos? Serione ista agitis? Si me viam vobis monstrantem sequi vultis, opere ipso ostendite.

ὑπέδειξεν] monstravit, docuit, monuit, indicavit. δεικνύειν dicitur is qui digitis rem monstrat quam oculis subjicit: ὑποδεικνύειν vero qui rationes caussasque exponit, quibus aliquid faciendum suadet. *Polyb.* II. 22. παραυτίκα μὲν χρυσίου προτείναντες πλῆθος, εἰς τὸ μέλλον δὲ ὑποδεικνύοντες τὸ μέγεθος τῆς ῥωμαίων εὐδαιμονίας, καὶ τὸ πλῆθος τῶν ὑπαρξάντων αὐτοῖς ἀγαθῶν, ἐὰν κρατήσωσι. 33. τῶν χιλιάρχων ὑποδειξάντων, ὡς δεῖ ποιεῖσθαι τὸν ἀγῶνα. 49. ὑποδεικνῦναι τὴν αἰτωλῶν καὶ κλεομένους καινοπραγίαν, τί δύναται καὶ ποῖ τείνει. 61. ταῦτα μὲν ἡμῖν ἐδήλωσε, βουλόμενος ὑποδεικνῦναι τὴν κλεομένους μεγαλοψυχίαν. III. 6. βουλόμενοι τὰς αἰτίας ὑποδεικνῦναι ἡμῖν, δι' ἃς ῥωμαίοις καὶ καρχηδονίοις ὁ πόλεμος ἐνέστη. II. 67. ὑποδεικνύειν ἐπεβάλλετο τοῖς προεστῶσι τὸ συμβησόμενον. p. 533. ὑποδεικνύειν ἐλπίδα καθόδου. p. 1345. τὰ τῆς τύχης ἄδηλα πολλάκις ὑπεδείκνυον. p. 1277. τὰ μὲν ὑποδείξας, τὰ δὲ ἐντειλάμενος. II. 50. ἀληθινῶς καὶ πραγματικῶς ὑποδεικνῦναι τὸν ἄρατον. p. 1112. τοῦ δὲ βασιλέως συγκαταθεμένου τοῖς ὑποδεικνυμένοις.

φυγεῖν ἀπὸ τῆς μελλούσης ὀργῆς] Per iram venturam intelligo eversionem Reipubl. Judaicae, quae ὀργὴ ἐν τῷ λαῷ τούτῳ vocatur *Luc.* XXI. 13. 1. *Maccab.* I. 64. ὀργὴ μεγάλη ἐπὶ Ἰσραὴλ σφόδρα. Sermo enim est de exitio instanti comm. 11. & 13, & quidem ad terrendos Sadducaeos, apud quos comminationes suppliciorum vitae alterius vanae & irritae fuissent; Joannis etiam personae, Judaei, & praeconis ad Judaeos missi, magis conveniebat, ut de calamitate universae nationi Judaicae imminente, cui in hac tantum vita locus esse potest, loqueretur potius, quam de judicio in quod omnes & singuli homines post resurrectionem vocandi essent;

Καὶ μὴ δόξητε λέγειν ἐν ἑαυτοῖς· Πατέρα ἔχομεν τὸν Ἀβραάμ· λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι 9
δύναται ὁ Θεὸς ἐκ τῶν λίθων τούτων ἐγεῖραι τέκνα τῷ Ἀβραάμ. Ἤδη δὲ καὶ ἡ 10
ἀξίνη πρὸς τὴν ῥίζαν τῶν δένδρων κεῖται· πᾶν οὖν δένδρον μὴ ποιοῦν καρπὸν καλὸν, ἐκ-
κό-

ἑαυτοῖς] + ὅτι 1. 11. *Colb.* ex emendatione. 45. 47. 48. 74. 89. 90. *Evang.* 11. *Didymus.*
γὰρ] δὲ Evang. 21.
Θεὸς] + καὶ 5. *Photius* Epist. 77. *Theophylact. Beza* in Editt. 3. 4. 5. & in annotatt. Conjunctionem καὶ, inquit, magnam hoc loco vim habere, & non incommode a nobis expressam esse, nemo, ut opinor, dubitabit. Eam autem addidimus vetusti exemplaris quarti fidem secuti, & Theophylacti Romae excusi. *E. Schmidii.* Versio *Belg.* Apud nos vero autoritas unius codicis tanta non est, ut omnium consensui praeferri mereatur; & conjunctio καὶ ejusque magna vis hic locum habere vix potest, quia versu statim sequenti locum suum obtinet.
ab Ἀβραὰμ ad Ἀβραὰμ] — 64.
10. καὶ prius] — C D M 1. Versio *Copt. Syr. Vulgata, Bezae* Edit. 2, *Origenes* in Jo. I. 23. *Didymus*

sent: inprimis cum Sadducaeis persuasum esset, divinam providentiam singulos quidem homines non curare, sed integras tamen nationes regere, easque pro meritis vel poena afficere vel praemio.

8. Ποιήσατε καρπὸν] *Aristot.* de Plant. I. 4. τῶν φυτῶν τινα μὲν ποιοῦσι καρπὸν, τίνα δὲ οὐχί --- καί τινα μὲν ποιοῦσιν ἔλαιον, τίνα δε οὐχί. καί τινα μὲν ποιοῦσι φύλλα, τινα δὲ οὔ. & II. 10. δένδρα δὲ ὅσα γεννῶνται ἐν ὕδατι ὀξώδει ποιοῦσι καρπὸν γλυκύν.

καρπὸν ἄξιον τῆς μετανοίας] Non folia, sed fructus, non speciem pietatis, fucatae atque simulatae. *Plut.* c. Colotem p. 1117. C. οὐ μέντοι τὸ θεράπευμα τοῦτο —— ἔσχε καρπὸν ἄξιον, οὐ γὰρ ἀνηγορεύθη σοφός. *Schol. Aristoph.* Nub. 242. ἐστι γὰρ ὡς ἀληθῶς νόσος ἵππους τρέφειν, δαπανηρὸν γὰρ καὶ οὐκ ἔχον τοὺς καρποὺς ἀξίους τοῦ ἀναλώματος. Periander ap. *Stob.* 5. 3. σεαυτὸν ἄξιον παρασκεύαζε τῶν γονέων. *Curtius* IV. 15. ut me & Philippo patre dignum est, contempto sarcinarum damno fortiter dimicet. *Demosth.* Philipp. IV. ἀνάξιον ὑμῶν, καὶ τῶν πεπραγμένων τοῖς προγόνοις. & pro Coron. ἀνάξιον τῆς τῶν προγόνων δόξης. *Plut.* mulier. virtut. p. 256. C. μωρὰ μὲν ἴσως καὶ γυναικεῖα, θανάτου δὲ οὐκ ἄξια. *Act.* XXVI. 20. *Luc.* XXIII. 15. *Act.* XXV. 11. 25. *Polyb.* III. 44. ἄνδρας ἀγαθοὺς καὶ τῶν προγεγονότων ἔργων ἀξίους & 116. ἄνδρες ἀγαθοὶ καὶ τῆς Ῥώμης ἄξιοι γενόμενοι *Etymol.* M. ἄξιος —— ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν σταθμῶν, τῶν ἴσην ῥοπὴν ἐχόντων. *Jos.* B. 11. 10. 4. περιχυθέντες οἱ στρατιῶται ἀναιρεῖν αὐτὸν ἠπείλουν. εἰ μὴ βούλοιτο ζῆν ἀξίως. *Plut.* Timoleon p. 245. C. ὡς ἀναξίως ἔφη, ὦ Διονύσιε, ζῇς.

9. μὴ δόξητε λέγειν ἐν ἑαυτοῖς] *Chrysipp.* apud *Galen.* de Dogmat. Hippocr. & Plat. III. distinguit ἐν ἑαυτῷ λέγειν, ἢ φωνὴν διεξιέναι item τὸ λέγειν, καὶ τὸ ἐν ἑαυτῷ λέγειν. lib. 1. *Enoch.* ex Cedreno καὶ μὴ δόξητε ἔτι ζῆσαι ἐπὶ πλείονα ἔτη. οὐ γάρ ἐστιν ἐπ' αὐτοῖς πᾶσα ὁδὸς ἐκφεύξεως ἀπὸ τοῦ νῦν διὰ τὴν ὀργὴν, ἣν ὠργίσθη ὑμῖν ὁ βασιλεὺς πάντων τῶν αἰώνων. μὴ νομίσητε, ὅτι ἐκφεύξησθε ταῦτα. Nolite ita existimare, ut dicatis apud vos. Ne animum inducite sic apud vosmet cogitare *Esther.* IV. 13. אל תדמי בנפשך *Thalmud Hieros.* סבר מימר Ne quaeso haec opinio vobis sedeat, posse vos contra omnem metum animum vestrum firmare dicendo &c.

πατέρα ἔχομεν τὸν ἀβραάμ] Haec erat perpetua Judaeorum gloriatio *Jo.* VIII. 33. 39. 53. *Act.* XIII. 26. *Rom.* IX. 5. *Luc.* XIII. 16. I 73. *Matth.* XXII. 32. *Jac.* II. 21. 23. *Philo* de Execrat. T. 2. p. 436, 5. B. τρισὶ χρησάμενοι παρακλήτοις τῶν πρὸς τὸν πατέρα καταλλαγῶν —— δευτέρῳ δὲ τῇ τῶν ἀρχηγετῶν τοῦ ἔθνους ὁσιότητι, ὅτι ταῖς ἀφειμέναις σωμάτων ψυχαῖς ἄπλαστον καὶ γυμνὴν ἐπιδεικνυμέναις πρὸς τὸν ἄρχοντα θεραπείαν, τὰς ὑπὲρ υἱῶν καὶ θυγατέρων ἱκετείας οὐκ ἀτελεῖς εἰώθασι ποιεῖσθαι, γέρας αὐτοῖς παρέχοντος τοῦ πατρὸς τὸ ἐπήκοον ἐν εὐχαῖς. *Jos.* A. III. 5. 3. ἄβραμος ὁ ἡμέτερος πρόγονος. IV. 11. λέγοντες τὸν θεὸν —— κοινῇ κηδόμενον αὐτῶν τοῦ ἔθνους διὰ τοὺς προγόνους, ὧν ἐπετρόπευσε, καὶ διὰ τὴν αὐτῶν ἀρετὴν πρότερον τε παρασχεῖν τὴν ἐλευθερίαν. καὶ νῦν —— ἀεὶ παρέσεσθαι σύμμαχον. ὅλως τε συμφέρειν αὐτοῖς αὐτοκράτορσιν εἶναι, καὶ μὴ —— Μωσῆν τύραννον ἀνέχεσθαι —— ὡς οὐχ' ἁπάντων ἐκ τῆς Ἀβράμου γενεᾶς ὄντων. B. V. 9. 4. ἄβραμος ὁ προπάτωρ ἡμέτερος. *Maccab.* 13. θανόντας ἡμᾶς ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ ὑποδέξονται εἰς τοὺς κόλπους αὐτῶν. & 15. τῆς θεοσεβοῦς ἀβραὰμ καρτερίας ἡ θυγάτηρ ἐμνήσθη. 16. ὁ πατὴρ ἡμῶν ἀβραὰμ 17. ἐστήρισαι ἐν οὐρανῷ σὺν αὐτοῖς. ἦν γὰρ ἡ παιδοποιΐα σου ἀπὸ ἀβραὰμ τοῦ πατρὸς —— ὦ τῶν ἀβραμιαίων σπερμάτων ἀπόγονοι παῖδες Ἰσραηλῖται. 18. οἱ δὲ ἀβραμιαῖοι παῖδες —— εἰς πατέρων χορὸν συναγελάζονται. *Bava kama* f. 91. 1. Dixit R. Akiba, etiam pauperes Israelitae sunt ut nobiles, qui exciderunt facultatibus suis, quia sunt filii Abrahami Isaaci & Jacobi. *Bava Mezia* c. VII. 1. Contigit aliquando ut R. Jochanan f. Matthiae dixerit filio suo, exito & conducito nobis operarios; ivit ille & contraxit cum illis de alimonia. Quando venit ad patrem suum, dixit ei: Mi fili, etsi illis instruas mensam Salomonis in tempore ejus, non satisfacies debito tuo, quia sunt filii Abrahami Isaaci & Jacobi. *Beres.* R. XLVIII. 7. dixit R. Levi, tempore futuro Abraham sedet juxta portas gehennae & non permittit ullum circumcisum Israelitam descendere eo: iis autem qui peccaverunt ultra modum quid facit? restituit illis praeputium —— & descendunt in gehennam. XIX. 16. dixit R. Chanina: etiam naves in mari magno dispersae —— servantur merito Abrahami. 19. pluviae propter meritum tuum, rores propter meritum tuum. XI. 2. Pater noster Abrahamus. Et antea saepius. *Megilla* f. 31. Col. 2. Dixit Abraham coram Deo S. B. Domine mundi, forte Israel, quod absit, peccabit coram te, & tu facies illis ut generationi diluvii & sicut generationi divisionis, Dixit ei: non. Dixit: Domine mundi qua re sciam? Dixit ei: sume tibi vitulam triennem. *Medrasch Tillim* VI. 1. Dixit R. Meir. Dilecta est circumcisio, juravit enim S. B. Abrahamo, nullum circumcisum descensurum in Gehennam S. D. eo die feriit Deus foedus cum Abrahamo *Gen.* XV. 18. R. *Asaria Mippano* c. 15. libri Asara Maamaroth. Ignis gehennae ne peccatoribus quidem Israelis ita dominatur, ut eos consumat, sed descendunt ut terreantur & paululum ustulentur propter malas actiones suas, postea eo descendit Abraham, qui omnia praecepta servavit ac descendit in ignem Chaldaeorum, ut sanctificaret nomen Dei; & propter meritum suum adducit eos inde, ut stabiliat promissionem inter sectiones factam. Capitula *R. Eliezer* c. 29. Die expiationis circumcisus est Abraham, & singulis annis aspicit S. B. Sanguinem foederis Abraha-

κόπτεται, καὶ εἰς πῦρ βάλλεται.
11 Ἐγὼ μὲν βαπτίζω ὑμᾶς ἐν ὕδατι εἰς μετάνοιαν· ὁ δὲ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, ἰσχυρότερός μου ἐςὶν, οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς τὰ ὑποδήματα

Alex. c. Manich. *Basilius* de Baptismo II. 6. Nec est otiosa conjunctio, *Erasmo* judice, indicat enim cum epitasi, proximum instare periculum. *Herod.* IX. 94. ἤδη δὲ καὶ τόδε ἤκουσα, quin etiam illud audivi. *Arrian.* Alex. IV. 14. 3. ἤδη δὲ τινες καὶ τάδε ἀνέγραψαν. & VI. 28. 1. *Plut.* Paedagog. 7. ἤδη δὲ τινες καὶ τῶν νεανικωτέρων ἅπτονται κακῶν. *Herodot.* I. 68. ἤδη δὲ σφι καὶ ἡ πολλὴ τῆς Πελοποννήσου ἦν κατεστραμμένη.

βάλλεται] + καὶ καίεται *Evang.* 22. ex *Joann.* XV. 6.

11. μὲν] + οὖν 12. 70. Editio *Colin.*

βαπτίζω ὑμᾶς] ὑμᾶς βαπτίζω 1. *Justin.* c. Tryphon. *Origenes* in Jo. 1. 26. *Basilius* de Sp. S. 15. *Cyrillus* in Jo. p. 356. *Chrysostomus*, *Cyprianus* Tr. 14.

hami patris nostri, & expiat omnia delicta nostra S. D. Levit. XVI. 30.

τὴν δόξαν αὐτῶν] Gloria regnorum magnam partem conſiſtit in divitiis; hinc divitiae & gloria frequenter junguntur, & ipſe divitiae nomine gloriae veniunt, *Gen.* XXXI. 1. *Eſaj.* LXI. 6. 2. *Par.* XXXII. 27. Divitiae vero cum in theſauris ſint abditae, aut magnifica ſupellectile inter aedes monſtratae, ex monte quantumcunque alto oculis cerni non potuerunt: plagas ergo oſtendit, in quas Jeſus oculos circumduceret, conf. *Exod.* VIII. 5. gloriam vero Regnorum animo audientis exhibuit atque deſignavit. Aſpice Orientem, ibi eſt Regnum Perſarum, cui ſubjecti fuerunt majores tui, regnumque Arabiae auro thure atque myrrha dives; converte oculos ad meridiem, vides regnum Ægypti, ſub quo duram & longam ſervitutem paſſi ſunt Patriarcharum filii nepoteſque: ad Occidentem vides Tyrum, & inſulas, quibus mercatu-

Ὕπαγε +σατανᾶ· γέγραπται γάρ· Κύριον τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ
11 μόνῳ λατρεύσεις. Τότε ἀφίησιν αὐτὸν ὁ διάβολος· καὶ ἰδοὺ, ἄγγελοι προσῆλ-
θον, καὶ διηκόνουν αὐτῷ.
12 Ἀκού-

+ὀπίσω μου

Ignatius ad Philippens. 12. οὐκ εἶπεν, ὕπαγε ὀπίσω μου, οὐ γὰρ ὑποστρέψαι οἷός τε, ἀλλ' ὕπαγε Σατανᾶ, ἐν οἷς ἐπελέξω, & *Victor* in Marci VIII. 33 ἄλλος δέ φησιν, τῷ μὲν Σατανᾷ πειράζοντι αὐτὸν τὸν Ἰησοῦν οὐκ εἴρηται ὕπαγε ὀπίσω μου, Σατανᾶ, ἀλλὰ ὕπαγε Σατανᾶ — πρὸς μὲν τὸν Πέτρον εἶπεν, ὕπαγε ὀπίσω μου, Σατανᾶ, πρὸς δὲ τὸν διάβολον, ὕπαγε Σατανᾶ, χωρὶς τῆς ὀπίσω μου προσθήκης, τὸ γὰρ ὀπίσω τοῦ Ἰησοῦ εἶναι ἀγαθόν ἐστιν. & *Hieron.* in l. non, ut plerique putant, eadem Satanas & Apoſtolus Petrus ſententia condemnantur. Petro enim dicitur: Vade retro me Satana, id eſt ſequere me, qui contrarius es voluntati meae; hic vero audit: Vade Satana, & non ei dicitur retro me, ut ſubaudiatur: Vade in ignem, qui praeparatus eſt tibi & angelis tuis. Et in Cap. XVI. 23. Diabolo dicitur: Vade. Petrus audit: Vade retro me, hoc eſt, ſequere ſententiam meam. Nobis iſta emendatio ex ingenio Origenis nata videtur, qui etiam verba ὀπίσω μου invitis Codicibus Luc. IV. 8. delevit; ratio vero quam affert, ſatis infirma eſt; qui enim & jus habet alteri imperandi, & vim illum coercendi, cur non jubere poterit, ut alter ipſum ſequatur? licet alter illi aut non obediat, aut vi coactus obediat & non ex animo? Tu mihi vis imperare, & poſtulas ut jus tuum accipiam: atqui mihi te aequum eſt parere. Ego vero te, qui Dei hominumque adverſarius es, ne minimo quidem honore dignum exiſtimo; tantum abeſt ut ſupremo illo, quem petis, honore afficere velim. Illene, cui, ut Dei negotia gereret, demandatum eſt, unquam in caſtra hoſtilia tranſiret, aut dona ab hoſte imo ejus imperium acciperet?

γὰρ] — 76.
κύριον τὸν θεὸν] κυρίῳ τῷ θεῷ 80.

catura tam quaeſtuoſa eſt, vides Romam caput mundi rerumque dominam; vides Syriam ad ſeptentrionem, cujus rex Antiochus olim templum profanavit, regionem occupavit, & tot tantaque mala Judaeis intulit: vides Galilaeam, cujus fertilitatem noſti, ubi hactenus in obſcuro vixiſti.

9. Haec omnia tibi dabo. Si filius Dei es, cura ut talis ab omnibus habearis, ſi regnum Judaeorum tibi deſtinatum eſt, adjice illi caetera regna. Arripe occaſionem qua nulla unquam fuit exoptatior.

ἐὰν πεσὼν προσκυνήσῃς μοι] Eum ſibi honorem exhiberi vult, quem Reges minores, ſive Satrapae, Regi Perſarum, qui Rex Regum ideo vocabatur, praeſtare ſolebant. Eo tempore Romani Imperatores non raro regiam dignitatem in aliquem conferebant, ea conditione ut regnum Imperatori acceptum referret, vel tributa ſolveret, vel auxiliares copias Romanis mitteret, vel ſaltem majeſtatem Imperatoris comiter coleret. Ea conditione poſtremi Regum Judae a Regibus Babyloniis, & Herodes ipſe ejuſque filii Regna Tetrarchiasque beneficio Auguſti nacti erant. Ita Parthis rex datus eſt —— Jus imperiumque Phraates Caeſaris accepit *genibus minor*. *Horat.* Epiſt. I. 12. 27. Conf. Supra II. 2.

10. Aliud docebant ex Judaeis quidam ap. R. *Juda* in libro Chaſidin n. 236. fol. 25. 3. Si homo non audet ipſum exorcizare, oret deum, ne ab eo laedatur; & ſunt qui dicunt, procidat coram eo in terram, quia ſi ſe demittit, non laeditur ab eo. Meſſiam vero imperium habiturum in diabolum aſſerit R. *Naphthali* in libro Emek hammelech f. 17. c. 3. Eo tempore dominabitur Meſſias in ſuperiora & inferiora & in ſpiritus ac daemones, & vexabunt gentes ex mandato filii Davidis. Citatur hic a Chriſto *Deut.* VI. 13.

λατρεύσεις] milites, qui operam ſuam mercede collocabant, λατρεύειν dicuntur; iſto vero verbo Graeci, ubi de cultu Dei ſermo eſt, non utuntur, ne religio mercenaria & vilis videatur: LXX. tamen interpretes etiam de Deo ejuſque cultu uſurpant.

ὕπαγε] Gloſſ. *Steph.* duc te. *Thomas*: τὸ ὑπάγω μὴ εἴπῃς ἀντὶ τοῦ ἀπέρχομαι, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ ὑπὸ ζυγὸν ἄγω. Ὅμηρος, ὕπαγε ζυγὸν ὠκέας ἵππους. Οἱ δὲ βοηθοῦντες τῇ λέξει φασὶν ὅτι ὑπάγειν λέγεται τὸ προάγειν. —— οὕτως Ἀριστοφάνης ἐν Βατράχοις, ὑπάγεθ' ὑμεῖς τῆς ὁδοῦ. καὶ Εὔπολις ἐν Βάπταις· σὺ δ' ὕπαγε εἰς τοὔμπροσθεν. καὶ Θουκυδίδης παραινέσας ὑπῆγε τὸ στράτευμα. Conf. 2. *Reg.* IX. 18. 19. inf. Comm. 19. *Luc.* IX. 23. XIV. 27.

11. διηκόνουν] proprie dicitur de ſervis, qui cibum potumque miniſtrant. *Eurip.* Cyclop. 31. τῷδε δυσσεβεῖ κύκλωπι δείπνων ἀνοσίων διάκονος. *Xenoph.* Tyrann. τοὺς διακόνους πρῶτον κελεύουσιν ἀπογεύεσθαι, διὰ τὸ ἀπιστεῖν, μὴ καὶ ἐν τούτοις κακόν τι φάγωσιν ἢ πίωσιν. *Plut.* ἠσκημένων καὶ μεμαθημένων παίδων δαιτρεῦσαι, καὶ ὀπτῆσαι, καὶ οἰνοχοῆσαι, εἰ μὴ διάθεσις καὶ διάταξις εἴη πρὸς τοὺς διακονοῦντας. *Lucian.* de Merced. cond. 16. μειράκια ὡραῖα διακονούμενα 26. πολλάκις δὲ ἢν ἐπιλίποι ἄλλου τινος αἰφνιδίως ἐπιπαρίοντος ἀράμενος ὁ διάκονος τὰ σοὶ παρακείμενα φέρων ἐκείνῳ παρατέθεικεν. & Aſin. 53. ὑμῖν παρεισήκεισαν οἰνοχόοι, τὸν οἶνον ἐν χρυσίῳ διακονούμενοι. & Chronoſol. 18. ἐπὰν δὲ τοὺς οἰκέτας πλούσιος εὐωχῇ, διακονούντων καὶ οἱ φίλοι σὺν αὐτῷ. ib. 17. μοῖραι κρεῶν κατ' ἴσον ἅπασιν, οἱ διάκονοι πρὸς χάριν μηδενὶ μηδὲν, ἀλλὰ μὴ βραδυνέτωσαν, μηδὲ παραπεμπέτωσαν, ἔστ' ἂν αὐτοῖς δοκῇ, ὁπόσα χρὴ ἀποφέρειν. μηδὲ τῷ μὲν μεγάλα τῷ δὲ κομιδῇ μικρὰ παρατιθέσθω, μηδὲ τῷ μὲν ὁ μηρὸς, τῷ δὲ ἡ γνάθος συὸς ἀλλ' ἰσότης. *Anacreon* Od. 4. ὁ δ' ἔρως χιτῶνα δήσας ὑπὲρ αὐχένος παπύρῳ μέθυ μοι διηκονείτω. *Theophraſt.* Charact. XI. διακονοῦντες παῖδες. *Athen.* IV. p. 145. B. λελουμένους διακονεῖν. V. p. 195. E. διακόνους τὰς παραθέσεις φέροντας. ib. p. 192. B. δοῦλος οὐδεὶς ἦν ὁ διακονήσων, ἀλλ' οἱ νέοι τῶν ἐλευθέρων ᾠνοχόουν. X. p. 420. E. βοῶσι, κεκράγασι, βλασφημοῦσι, τὸν οἰνοχόον, τὸν διάκονον, τὸν μάγειρον. Philo de Vit. Contemp. T. 2. p. 482, 24. διακονοῦνται δὲ οὐχ ὑπ' ἀνδραπόδων. 30. ἐν δὴ τῷ ἱερῷ τούτῳ συμποσίῳ δοῦλος μὲν, ὡς ἔφην, οὐδεὶς, ἐλεύθεροι δὲ ὑπηρετοῦσι, τὰς διακονικὰς χρείας ἐπιτελοῦντες. *Cic.* Verr. III. 44. maximis poculis miniſtratur. Tuſc. I. 26. juventus pocula miniſtrans. *Plaut.* Sticho V. 4. 7. noſmet inter nos miniſtremus monotrophe. hoc convivium eſt pro opibus noſtris ſatis commodule. *Horat.* II. Serm. 8. 69. ut omnes praecincti recte pueri comtique miniſtrent. Inf. VIII. 15. XXV. 44. XXVII. 55. *Luc.* X. 40. XII. 37. XVII. 8. XXII. 27. *Act.* VI. 2. *Jo.* II. 9. 1. *Macc.* XI. 58. Pro pane ergo, quem Chriſtus

Ἀκούσας δὲ ὁ Ἰησοῦς ὅτι Ἰωάννης παρεδόθη, ἀνεχώρησεν εἰς τὴν Γαλιλαίαν. 12
Καὶ καταλιπὼν τὴν Ναζαρὲτ, ἐλθὼν κατῴκησεν εἰς Καπερναοὺμ τὴν παραθαλασσίαν, 13
ἐν ὁρίοις Ζαβουλὼν καὶ Νεφθαλείμ. Ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ Ἡσαΐου τοῦ 14
προφή-

12. ὁ Ἰησοῦς] — D. 16. 33. 61. 83. Verſio *Copt. Æthiop. Origenes* in Jo. II. 12. XI. 54. *Euſeb.* H. E. III. 24. p. 95. C. *Auguſtin. J. Millio*, prol 1380. quem *J. A. Bengelius* ſequitur, inſititium eſt ὁ Ἰησοῦς ob inchoatam hoc loco novam lectionem. Nobis aliter videtur, vid. I. 17. 23. VIII. 13. 14. 18.

13. Ναζαρὲτ] Ναζαρὲθ DE. 1. 2. 42. 48. quatuor Colb. 67. 72. Evang. 20. Editt. *Eraſmi, Bogardi.* Verſio *Syra, Copta, Latin. Saxon. Origenes. Euſeb.* D. 9. *Cyrill.* in Eſaj. p. 149. Νάζαρα 33. Ναζαρὰθ C. vide ſupra II. 23.

καπερναοὺμ] καφαρναοὺμ D. Verſio *Syr. Copt. Latin. Saxon. Orig.* in Jo. II. 12. XI. 54. *Epiphan.* H. 51. *Nonnus.* Evang. *Nazar.*

παραθαλασσίαν] παραθαλάσσιον D. Colb. unus. ἐν] + τοῖς 106.

14. προφήτου] + τοῦ D.

ſtus recuſavit, habuit cibum Angelorum, & honorem & magnificentiam multo majorem, quam Diabolus promiſerat.

Si autem Chriſtus XL. dies integros jejunavit, & jejunium allato ab Angelis cibo ſolutum eſt; tentatio, quae contigit poſt finitos jejunii dies *Luc.* IV. 2. & ante quam cibus afferretur, quamdiu duravit? & quomodo intra tam breve tempus in deſerto primum, dein in templi tecto, tandem in monte altiſſimo Jeſus verſari potuit? Hunc nodum ita quidam expediunt, ut dicant, Chriſtum rapidiſſime per aëra vectum iſta ſpatia fuiſſe emenſum. Alii pedeſtre iter confeciſſe ſtatuunt, potuiſſe autem intra pauciſſimas horas ex deſerto Hieroſolyma venire, ubi non templum ſolum verum etiam mons ille altus fuerit. Alii denique conjiciunt, totam iſtam tentationem in viſione ſeu repraeſentatione contigiſſe, ſive illa viſio a diabolo objecta fuerit, ſive non. Tum quia illis non credibile fit, Chriſtum ita a ſua dignitate diſceſſiſſe, ut diabolum tamdiu comitaretur, aut ut ab illo ſe per aërem rapi, & modo in faſtigio templi, modo in cacumine montis poni pateretur, aut tandem ut medio die in culmine templi conſiſteret omnibus conſpiciendus. Tum quia omnium conſenſu haec fuit praeparatio Chriſti ad munus quod paullo poſt exercere aggreſſus eſt: praeparationes autem ſive exercitationes praevias ad virtutem & officium vix aliter quam meditatione fieri intelligimus: 1. *Tim.* IV. 7. Ita *Æneid.* VI. 10. Incipit Æneas heros; non ulla laborum, o virgo, nova mi facies inopinave ſurgit: Omnia praecepi, atque *animo* mecum ante peregi. Contra ſi hiſtoria rei inter vigilantes geſtae narratur, & ſi haec fuit quaſi proluſio atque praecurſio praelii ac certaminis, quae fuit tandem ipſa pugna? qua alia nova machina conſtantiam & virtutem Chriſti diabolus arietare potuit? quid reliquum erat praeter honores, voluptates, & divitias, quibus ipſum ſollicitaret? Conf. *Luc.* IV. 13. Poſtrema tamen haec ſententia magna Interpretum, qui hodie vivunt, conſpiratione tanquam non falſa ſolum, verum impia & blaſphema rejicitur. Ut ſit falſa, tamen nobis certe blaſphema non videtur. Qui aliter ſtatuunt, dicant nobis utrum ſerio credant *Oecolampadium, Bucerum, Calvinum* alioſque, qui tentationem aut partem ejus in viſione & ſomnio contigiſſe putarunt, aut ſcientes volenteſque blaſphemos fuiſſe, aut, quid eſſet blaſphemia, neſciviſſe? quis veterum deliberationem Herculis a virtute & voluptate tentati non exiſtimavit ad laudes ejus pertinere? quis non ut exemplum, quod omnes imitari debeant, propoſuit? *Cic.* de Offic. I. 32. Haec igitur omnia, cum quaerimus, quid deceat, complecti animo & cogitatione debemus. In primis autem conſtituendum eſt, quos nos & quales eſſe velimus, & in quo genere vitae: quae deliberatio eſt omnium difficillima. —— Namque Herculem Prodicium dicunt, ut eſt apud *Xenophontem* [lib. II. de dictis & factis memorab. Socratis] cum primum pubeſceret, (quod tempus a natura ad deligendum, quam quiſque viam ſit ingreſſurus, datum eſt) exiiſſe in ſolitudinem, atque ibi ſedentem diu ſecum multumque dubitaſſe, cum duas cerneret vias, unam voluptatis, alteram virtutis, utram ingredi melius eſſet. hoc Herculi, Jovis ſatu edito, potuit fortaſſe contingere: nobis non item. *Xenoph.* l. c. σοὶ δ' οὖν ἄξιον, ὦ ἀρίστιππε, τούτων ἐνθυμουμένῳ πειρᾶσθαι τι, καὶ τῶν εἰς τὸν μέλλοντα χρόνον τοῦ βίου φροντίζειν.

12. παρεδόθη] nimirum εἰς φυλακὴν, Joannem captum eſſe. *Athen.* V. p. 213. B. Q. Oppius παραδοθεὶς δέσμιος. *Cic.* ad Quint. fratrem I. 2. 4. hominem comprehendit, & in cuſtodiam Epheſi tradidit. in Catil. III. 6. cenſuerunt, ut P. Lentulus, cum ſe praetura abdicaſſet, tum in cuſtodiam traderetur: itemque uti C. Cethegus, L. Statilius, Q. Gabinius, qui omnes praeſentes erant, in cuſtodiam traderentur. *Luc.* XXI. 12. *Act.* VIII. 3. XXII. 4.

Cum multi & ad tumultum ſpectantes de Joannis cuſtodia ab auditoribus ejus ſpargerentur ſermones, Jeſus eis ſe immiſcere noluit, ideoque ſeceſſit. *Joſ.* A. XVIII. 5. 2. τίσι δὲ τῶν Ἰουδαίων ἐδόκει ὀλωλέναι τὸν Ἡρώδου στρατὸν ὑπὸ τοῦ θεοῦ, καὶ μάλα δικαίως τιννυμένου κατὰ ποινὴν Ἰωάννου τοῦ ἐπικαλουμένου Βαπτιστοῦ. κτείνει γὰρ τοῦτον Ἡρώδης ἀγαθὸν ἄνδρα —— καὶ τῶν ἄλλων συστρεφομένων, καὶ γὰρ ἤρθησαν ἐπὶ πλεῖστον τῇ ἀκροάσει τῶν λόγων, δείσας Ἡρώδης τὸ ἐπὶ τοσόνδε πιθανὸν αὐτοῦ τοῖς ἀνθρώποις, μὴ ἐπὶ ἀποστάσει τινὶ φέροι, πάντα γὰρ ἐῴκεσαν συμβουλῇ τῇ ἐκείνου πράξοντες, πολὺ κρεῖττον ἡγεῖται, πρίν τι νεώτερον ἐξ αὐτοῦ γενέσθαι, προλαβὼν ἀναιρεῖν, ἢ μεταβολῆς γενομένης εἰς τὰ πράγματα ἐμπεσὼν μετανοεῖν. καὶ ὁ μὲν ὑποψίᾳ τῇ Ἡρώδου δέσμιος εἰς τὸν Μαχαιροῦντα πεμφθεὶς, τὸ προειρημένον φρούριον, ταύτῃ κτίννυται. τοῖς δὲ Ἰουδαίοις δόξαν ἐπὶ τιμωρίᾳ τῇ ἐκείνου τὸν ὄλεθρον ἐπὶ τῷ στρατεύματι γενέσθαι, τοῦ θεοῦ κακῶς Ἡρώδῃ θέλοντος. Conf. Infra XIV. 5. XXI. 26. Luc. XX. 6. Jo. IV. 1. 23. Si autem ſeceſſit ut vitaret turbas in Judaea, eadem de cauſſa vitandus erat etiam Herodes; ſeceſſit ergo in Galilaeam non Herodis ſed Philippi. Quamvis enim Herodes Galilaeae tetrarcha eſſet, quaedam tamen ſuperioris Galilaeae urbes ad ſeptentrionem lacus Tiberiadis ſitae in ditione Philippi fuerunt. Jamnia v. gr. erat vicus Galilaeae ſuperioris

15 προφήτου, λέγοντος· Γῆ Ζαβουλὼν καὶ γῆ Νεφθαλεὶμ, ὁδὸν θαλάσσης, πέ-
16 ραν τοῦ Ἰορδάνου, Γαλιλαία τῶν ἐθνῶν. Ὁ λαὸς ὁ καθήμενος ἐν σκότει, εἶδε
φῶς μέγα, καὶ τοῖς καθημένοις ἐν χώρᾳ καὶ σκιᾷ θανάτου, φῶς ἀνέτειλεν αὐτοῖς.
17 Ἀπὸ

15. γῆ posterius] —— D. 71. Editt. *Erasmi*.
Γαλιλαία] Γαλιλαίας D. a prima manu.
16. σκότει] σκοτείᾳ D.
εἶδε φῶς] φῶς εἶδον 1. Codices *Latini*. *Cyrill*. l. c. *Chrys*.
μέγα] μέγαν D.
καὶ τοῖς καθημένοις] οἱ καθήμενοι D. a prima manu.
καὶ σκιᾷ] σκιᾷ D. a prima manu. σκιᾶς Vers. *Vulg*. *Saxon*.
χώρᾳ] σκότει 37. 57. ex *Esaja* secundum Cod. Alex.
Νεφθαλεὶμ] Νεφθαλεὶν D.
Γαλιλαίαν 13.
εἶδεν] εἶδον D.

oris *Jos*. Vit. §. 38. B. II. 20. 6. Philippo autem cesserant μέρη τινα τοῦ Ζήνωνος οἴκου τὰ περὶ Ἰάμνιαν B. II. 6. 3. Bethsaida oppidum erat Galilaeae *Jo*. XII. 21. patria Petri, Andreae & Philippi, Galilaeorum *Jo*. I. 45. *Act*. II. 7. eadem vero erat in ditione Philippi *Jos*. A. XVIII. 2. 1. qui κώμην δὲ Βηθσαϊδὰν, πρὸς λίμνῃ δὲ τῇ Γεννησαρίτιδι, πόλεως παρασχὼν ἀξίωμα πλήθει τε οἰκητόρων καὶ τῇ ἄλλῃ δυνάμει, Ἰουλίᾳ θυγατρὶ τοῦ καίσαρος ὁμώνυμον ἐκάλεσεν. B. II. 9. 1. καὶ φίλιππος μὲν πρὸς ταῖς Ἰορδάνου πηγαῖς ἐν Πανεάδι πόλιν κτίζει καισάρειαν, κἂν τῇ κάτω Γαυλανίτιδι Ἰουλιάδα. *Plinius* H. N. V. 15. Lacum, quem plures Genesaram vocant —— amoenis circumseptum oppidis; ab oriente Juliade & Hippo, a meridie Tarichea quo nomine aliqui & lacum appellant: ab occidente Tiberiade aquis calidis salubri. Nihil erat quod Christus a Philippo metueret. Conf. ad c. II. 22. Non solent principes inquirere in eos qui neminem laedunt & aegrotos sanant: Christus venit, non ut Principem reprehenderet, sed ut plebem doceret; quin etiam discipuli Johannis nemine impediente Doctorem vinctum in carcere visitabant.

13. παραθαλασσίαν] *Appian*. de B. C. III. p. 901. προύπεμπεν ἀνὰ μέρος την παραθαλάσσιον ὁδεύειν ἐπὶ ἀριμίνε. Hebraei etiam lacus maria vocari solent. *Koheleth* R. VII. 27. R. Asi Caesariensis interpretatus est locum de haeresi. Bonus hic est R. Eliefer: peccator Jacobus f. Capharneborae, alius bonus Eleasar f. Damae: peccator Jacobus f. Caphararnae. Alius bonus Ananias f. fratris R. Josuae: *peccator* hi sunt *Capernaitae*. I. 8. Chanina f. fratris R. Josuae ivit Capernaum & fecerunt ipsi Haeretici rem magicam, & imposuerunt cum asino die Sabbathi, ivit ad Josuam avunculum suum & dedit super ipsum oleum, & sanatus est.

15. ὁδὸν θαλάσσης] i. e. κατὰ τὴν ὁδὸν vel παρὰ τὴν ὁδὸν, regio quam homines maritimo itinere adire solent. LXX. apud Esaiam: οἱ τὴν παραλίαν κατοικοῦντες.

τῶν ἐθνῶν] 1. *Macc*. V. 15. ἄγγελοι παρεγένοντο ἐκ τῆς Γαλιλαίας —— λέγοντες ἐπισυνῆχθαι ἐπ' αὐτὲς ἐκ Πτολεμαΐδος καὶ τύρε καὶ Σιδῶνος καὶ πάσης Γαλιλαίας ἀλλοφύλων. *Symmachus* vertit ὅριον τῶν ἐθνῶν, quia vicina fuit gentibus inprimis superior, *Euseb*. δύο εἰσι Γαλιλαῖαι, ὧν ἡ μὲν Γαλιλαῖα ἐθνῶν εἴρηται ἐν ὁρίοις τυρίων παρακειμένη, ἔνθα ἔδωκε Σολομῶν τῷ χιράμ κε. πόλεις κλήρε Νεφθαλεὶμ. Δευτέρα δὲ ἐστιν ἀμφὶ τὴν τιβερίαδα, καὶ τὴν πρὸς αὐτῇ λίμνην κλήρου Ζαβουλών. —— καφαρναὺμ —— ἐστι κώμη ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ τῶν ἐθνῶν, —— καὶ ἐστιν ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ τῶν ἐθνῶν κάδες, κλήρε Νεφθαλεὶμ. *Horatius* Carm. 1. 2. 5. Terruit urbem: terruit gentes *Hirtius* de B. Hisp. 17. salutem a tua clementia deposcimus petimusque, ut, qualem te gentibus praestitisti, similem in civium deditione praestes; & qualem, ait, gentibus me praestiti, similem in civium deditione praestabo. *Pesikta* Sotarta f. 58. 2. R. Huna dixit nomine R. Levi: discimus exinde Israelitas congregandos esse in Galilaea superiore, & Messiam f. Josephi ab illis esse conspiciendum in media Galilaea.

16. φῶς μέγα] *Eccha R*. 1. Hic vir vidit lucem magnam. *Eustath*. in Il. ξ. p. 975. 2. ὅπερ φασὶ ποιῆσαι τὸν Σιμωνίδην ἐν ἐπιγράμματι ἔχοντι οὕτω· μέγ' ἀθηναίοισι φάος γένεθ' ἡνίκ' ἄριστο Γείτων Ἵππαρχον κτεῖνε καὶ Ἁρμόδιον. *Æschylus* Persis 229. ἐμοῖς μὲν εἶπας δώμασι φάος μέγα καὶ λευκὸν ἦμαρ νυκτὸς ἐκ μελαγχίμε. Il. ζ. 6. φῶς ἑτάροισιν ἔθηκε. Schol. ὡς ὀνίνησι φῶς τὲς σκότῳ κατεχομένους, οὕτω τοῖς νικωμένοις ἐπέλαμψεν ἡ Αἴαντος βοηθεία. φῶς, χαρὰ, σωτηρία. θ. 282. ο. 741. ἐπιφανεία τῆς σωτηρίας. π. 95. ρ. 615. σ. 102. *Aristoph*. in Plut. 640 μέγα βρότοισι φάος ἀσκληπιὸν. Schol. μέγα φῶς ὄντα τοῖς ἀνθρώποις. *Lucian*. Nigrino 4. ὥσπερ ἐκ ζοφεροῦ τινος αέρος τοῦ πρόσθεν βίου εἰς αἰθρίαν τε καὶ μέγα φῶς ἀναβλέψας. Esajas loquitur de periculo quod regno Judae imminebat a Senaheribo, quod comparat cum illis calamitatibus, quibus regnum Israelis affecerat Tiglath Phileser 2. *Reg*. XV. 29. 1. *Chron*. V. 26. Haec vero Matthaeus transfert ad tempora Messiae, quibus tenebrae ignorantiae, erroris & desperationis per lucem Evangelii depulsae sunt. Eoque rectius, quia Judaei & Messiam vocabant lucem, & loca, in quibus lucis fit mentio, ad Messiam trahere solebant. *Bereschith* R. 1. 8. Dixit R. Abba Sarongaeus: & lux cum eo manet Dan. II. 22. hic est rex Messias S. D. *Esaj*. LX. 1. Surge illuminare, quia venit lumen tuum: & gloria Domini super te est orta. &c. *Jalkut Simeoni* in Esaj. f. 56. c. 3. *Pesikta* R. f. 62. 1. Quid significant verba *Ps*. XXXVI. 10. in luce tua videbimus lucem? significant lucem Messiae S. D. viditque Deus lucem illam esse bonam, quo docemur S. B. ad aetatem Messiae & opera ejus respexisse, antequam mundus crearetur, lucemque illam Messiae & aetati ejus sub throno gloriae condidisse. Tunc dixit satanas coram S. B. Domine mundi: lux quam sub throno gloriae tuae condidisti cujus est? Respondit illi, illius qui te repressurus, & pudore suffusurus est? Regessit satanas: ostende mihi eum. Respondit Deus: veni & vide eum. Postquam autem satanas eum vidit, contremuit ceciditque in faciem suam dixitque: revera hic est Messias qui me omnesque gentes in gehennam conjecturus est. R. *Salomo* in *Ps*. XLIII. 3. mitte lucem & veritatem tuam. Regem Messiam, qui comparatur luci S. D. *Ps*. CXXXII. 17. aptavi lucernam Messiae meo: & Eliam, qui fuit ve-

rax

Ἀπὸ τότε ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς κηρύσσειν, καὶ λέγειν· Μετανοεῖτε· ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία 17
τῶν οὐρανῶν. Περιπατῶν δὲ —ὁ Ἰησοῦς· παρὰ τὴν θάλασσαν τῆς Γαλιλαίας, 18
εἶδε δύο ἀδελφοὺς, Σίμωνα τὸν λεγόμενον Πέτρον, καὶ Ἀνδρέαν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ,
βαλ-

— ὁ Ἰησοῦς

17. ἀπὸ] καὶ ἀπὸ 2. *Erasmi* Edit. 1. *Bogardi*. τότε] + γὰρ D.
18. περιπατῶν] παράγων D. *Euseb.* D. 9. δὲ] — 2.
ὁ Ἰησοῦς] — CDM. 1. 3. 9. 10. 11. 13. 15. 16. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 44. 49. 51. 54. 55. 57. 58. 59. 61. 62. 66. 71. 72. 73. 74. 78. 80. 83. 84. 86. 87. 89. 90. 104. 106. Edit. *Compl. Colin. Steph.* 1. & 2. *Bengelii.* Versio *Copt. Lat.* in MSS. *Arab. Syr.* utraque *Æthiop. Belgica Vetus. Euseb.* D. 9. *Cyrill.* in Esaj. I. 49. *Chrysost. Theophyl.* additum, ut recte judicant Erasmus & Millius prol. 1246. ab iis, qui ab hoc commate Lectionem Ecclesiasticam incipiebant: non additaris, si comma praecedens etiam legissent.
παρὰ] περὶ 42. 44. 45. 46. 57. Edit. *Colin.*
λεγόμενον] ἐπικαλούμενον E. 45. *Augustin.* καλούμενον 12. 27. 68. 70. 74. Edit. *Colin.* Versio *Syra* posterior in marg. *Vulgata.* ita *Lucas.*
ἁλιεῖς] ἁλεεῖς C. & comm. sequenti.

rax Propheta. R. *Bechai* in *Gen.* I. 3. respicit tempora Messiae S. D. *Esaj.* LX. 1. R. Moses Alscec. *Tanchuma* in Gen. VI. 29. Talmud cujus doctrina difficillima est, comparatur tenebris. S. D. Populus &c. *Esaj* IX. 1. Qui in Thalmude diligenter student, vident lucem magnam. Deus enim oculos illorum illuminat, & ostendit illis —— quae expresse & particulatim in lege scripta non exprimuntur. *Plato* de Rep. VI. ἐὰν μὴ παραγένηται γένος τρίτον —— οἶσθα ὅτι ἥτε ὄψις οὐδὲν ὄψεται, τά τε χρώματά ἐστιν ἀόρατα. Τίνος δὴ λέγεις, ἔφη, τούτου; ὃ δὴ σὺ καλεῖς, ἦν δ' ἐγὼ, φῶς. —— Τίνα οὖν ἔχεις αἰτιάσασθαι τῶν ἐν οὐρανῷ θεῶν τούτου κύριον, οὗ ἡμῖν τὸ φῶς ὄψιν τε ποιεῖ ὁρᾶν ὅτι κάλλιστα, καὶ τὰ ὁρώμενα ὁρᾶσθαι; ὅνπερ καὶ σὺ, ἔφη, καὶ οἱ ἄλλοι, τὸν ἥλιον δηλονότι ἐρωτᾷς —— τοῦτον τοίνυν φάναι με λέγειν τοῦ ἀγαθοῦ ἔκγονον, ὃν τ' ἀγαθὸν ἐγέννησεν ἀνάλογον ἑαυτῷ, ὅτι περ αὐτὸ ἐν τῷ νοητῷ τόπῳ πρός τε νοῦν καὶ τὰ νοούμενα, τοῦτο τοῦτον ἐν τῷ ὁρατῷ πρός τε ὄψιν καὶ τὰ ὁρώμενα. *Il.* π. 39. φόως Δαναοῖσι γένωμαι. *Eurip.* Electr. 449. Achiles. Ἑλλάδι φῶς. *Æneid.* II. 281. O Lux Dardaniae, spes o fidissima gentis. *Horat.* IV. Carm. 5. Lucem redde tuae, dux bone, patriae. Schol. Lucem plus dixit quam salutem, siquidem lux pro salute poni consuevit, ut o Lux Dardaniae. *Cic.* ad famil. XIV. 5. Si tu & Tullia, lux nostra, valetis. O Lux Trojae germane Hector *Ennius* ap. Macrob. Saturn. VI. 2. *Bereschith* Ketanna in Gen. I. fiat lux. S. D. *Psalm.* XCVI. Lux orta est justo. Dixit R. Abba: haec lux est regis Messiae S. D. *Ps.* XXXVI. 10. Hoc est lumen Messiae quia vidit S. B. Messiam & generationem ejus, servavitque eum sub throno gloriae suae. *Midras Tillim* XXXVI. 10. Dixit R. Jochanan: Accidit cuidam, ut cum nocte lucernam accenderet, illa extingueretur: cumque iterum iterumque accendisset dixit: quousque laborabo ambulans? exspectabo donec sol oriatur. Sic Israel cum in Ægypto servi facti essent, steterunt Moses & Aaron, & liberarunt eos. Rursus in servitutem redacti sunt temporibus Siserae, & liberavit eos Barac & Debora. A Madianitis vero Gideon. Et sic Samgar. Sic per singulos Judices a servitute liberati sunt. Iterum servi facti in Babylonia, liberati sunt per Ananiam, Misaelem & Azariam. Denique per Edom reducti sunt in servitutem. Dixerunt ergo, ecce lassati sumus in servitutem alternis redacti & in libertatem asserti. Non jam ultra quaerimus, ut illucescat nobis caro & sanguis sed S. B. ipse S. D. *Psal.* CXVII. Deus Dominus illuxit nobis —— & Esaj. XLV. Israel salvabitur a Deo Salvatione aeterna. Schol. R. Salomonis. scil. per regem Messiam. *Eccha R.* I. 16. R. Bibi συνήγορος dixit: Lux est nomen Messiae S. D. Dan. II. 22. Vid. etiam *Luc.* I. 78. 79. *Apoc.* XXI. 23.

ἐν χώρᾳ καὶ σκιᾷ θανάτου] ἐν ᾅδου, qui diu jam quasi mortui sine spe in vitam redeundi jacuerant. *Job* III. 5. X. 21. 22. XII. 22. XVI. 16. XXIV. 17. XXVIII. 3. XXXIV. 22. XXXVIII. 17. *Amos.* V. 8. *Jerem.* II. 6. XIII. 16. *Ps.* CVII, 10. 14. XXIII. 4.

17. ἀπὸ τότε] Displicet hoc Grammaticis. *Thomas.* ἐξ ἐκείνου, οὐκ ἐκ τότε, οὐδ' ἀπὸ τότε. *Phrynich.* p. 14. ἐκ τότε κατὰ μηδένα τρόπον εἴπῃς ἀλλ' ἐξ ἐκείνου. Herodian 206. ἀπὸ τότε, καὶ ἔκτοτε μὴ λέγε, ἀλλ' ἐξ ἐκείνου, καὶ καθόλου δὲ τοῖς χρονικοῖς ἐπιῤῥήμασιν οὐ συντάττουσι τὰς προθέσεις. *Lucian.* Soloecist. 7. τῷ δὲ λέγοντι ἐκ τότε καλὸν, ἔφη, τὸ εἰπεῖν ἐκ πέρυσι . . . ὁ γὰρ πλάτων εἴς ποτε λέγει. Sentimus quid objiciant, si oculos conjiciamus in opus Imperf. ubi ἀπὸ τότε vertitur: ex tunc: neque tamen offendimur altera voce: exinde. Usus autem Graecorum contra Grammaticos facit. *Plato* de legg. X. ὦ παῖ, νέος εἶ, προϊὼν δὲ σε ὁ χρόνος ποιήσει πολλὰ, ὧν νῦν δοξάζεις, μεταβαλόντα ἐπὶ τ' ἀναντία τίθεσθαι, περίμεινον οὖν εἰς τότε κριτὴς περὶ τῶν μεγίστων γίγνεσθαι. *Aristot.* H. A. ἔκτοτε ἀποθνήσκει. *Socrates Rhodius* ap. *Athen.* IV. p. 148. D. ἔκτοτε ἐκέλευσεν ἑαυτὸν Διόνυσον ἀνακηρύττεσθαι & XII. p. 538. F. ἔκτοτε οἱ πρότερον καλούμενοι Διονυσοκόλακες ἀλεξανδροκόλακες ἐκλήθησαν. *Appian.* de B. C. V. p. 1177. τὰ ἔργα καὶ τὴν πολιτείαν ἑαυτοῦ ἀπ' ἀρχῆς ἐς τότε καταλέγων. *Anthol.* II. 10. 12. ἐξ ὅτε γὰρ καὶ τοῦτον ὄνον χαλεπὸς χρόνος ἔσχε. *Apollon.* Biblioth. I. 9. 22. αἱ μὲν οὖν Συμπληγάδες ἔκ τοτε ἔστησαν. *Achill.* Tat. VII. καὶ ὁ μὲν δὴ τὸ ἔργον δράσας οἴχεται, κἀκ τότε γέγονεν ἀφανής. *Jamblich.* V. Pythag. 25. ἱστορεῖται δὲ οὗτος τῶν ἐμπεδοκλέους γνωρίμων ὁ δοκιμώτατος ἔκ τοτε γενέσθαι. *Simplic.* in Epict. 166. καὶ ἀπὸ τότε μέχρι καὶ νῦν πράγματα ἔχειν. *Appian.* de B. C. 1. p. 690. τόσην δὲ ἀρχὴν πρῶτον ἀνδρῶν καὶ μόνον ἐς τότε Σύλλαν ἀποθέσθαι. *Eustath.* in Il. α. 32. l. 39. καὶ τὸ ἔθος, φασὶ, παραμεῖναν ἐκ τότε γέγονε κοινὸν τοῖς ἕλλησι. Il. 765. 48. ἔκτοτε φθίνοντος τοῦ ἤματος. O. 601. ἐκ γὰρ δὴ τούτου ἤγουν ἔκτοτε Od. T. 693. 7. ἤδη γὰρ οἱ ἐεικοστὸν ἔτος ἐστιν ἔκ τοτε. φ. 747. 4. οὐδὲ τραπέζῃ γνώτην ἀλλήλω. τελεία γὰρ ἔκτοτε ἡ ξενία διὰ τὸν κοινὸν ἀγνίτιν ἅλα καὶ τὸ ὁμοτράπεζον. X. 786. 26 ὅτι τ' ἤματα μακρὰ πέλονται τ. ε. γίνονται, ὡς ἔκτοτε μειζόνων γινομένων τῶν ἡμερῶν. *Jos.* A. IX. 1. 4. καὶ Ἰωσάφατος μὲν ἔκτοτε μετὰ λαμπρᾶς δόξης —— διῆγεν. & X. 10. 2. ἔκτοτε μετὰ ἀδείας ὁ ἀσχάνης ἃ μὲν ἀπὸ τοῦ δείπνου καθ'

19 βάλλοντας ἀμφίβληςρον εἰς τὴν θάλασσαν (ἦσαν γὰρ ἁλιεῖς) Καὶ λέγει αὐ-
20 τοῖς· Δεῦτε ὀπίσω μου, καὶ ποιήσω ὑμᾶς ἁλιεῖς ἀνθρώπων. Οἱ δὲ εὐθέως ἀφέν-
21 τες τὰ δίκτυα, ἠκολούθησαν αὐτῷ. Καὶ προβὰς ἐκεῖθεν, εἶδεν ἄλλους δύο ἀδελ-
φούς,

19. αὐτοῖς] + ὁ Ἰησοῦς C. Versio *Syr.* Codices *Latini*. *Cyrillus*. ex *Marco*.
ὑμᾶς] + γενέσθαι DK. 33. 38. Versio *Vulg. Saxon. Syr.* ex *Marco*.
20. εὐθέως] — K. 5. 6. 38. 53. 59. 80. *Chrysost. Basil. Seleuc.* H. 29. *Opus Imperf. Marci* est, si credimus *J. Millio* prol. 673. Si autem consensui codicum credimus, & consideramus & hic & comm. 22. singularem habere vim, etiam Matthaei est, qua alacritatem eorum, & Christi auctoritatem indicare voluit.
εὐθέως ἀφέντες] ἀφέντες εὐθέως 2. Editt. *Erasmi*.
δίκτυα] + αὐτῶν 42. 63. 72. Colb.
αὐτῷ] αὐτὸν 80.
21. ἐκεῖθεν] + ὀλίγον Versio *Syra* posterior.

καθ' ἡμέραν συνήθως ἔπεμψε τοῖς παισὶν ὁ βασιλεὺς, αὐτὸς ἐλάμβανεν. *Lucian.* Asin. 45. κἄν ποτε ἐξ ἐμοῦ πρῶτυ ἦλθεν εἰς ἀνθρώπυς ὁ λόγος ὗτος· ἐξ ὄνυ παρακύψεως.

μετανοεῖτε] *Schir R.* VI. 5. Hic est rex Messias qui deducet omnes venientes in mundum in poenitentia coram Deo S. B.

18. δύο ἀδελφὺς] Christus vocat duos fratres, & mox aliud par fratrum, Simonis socios *Luc.* V. 10. tollendae scilicet ambitionis & contentionis caussa; utque inter ipsos tanto major animorum consensus atque concordia esset, absque quo doctrina nec disseminari nec radices agere potuisset, *Jo.* XVII. 11. *Ps.* CXXXIII. 1. Haec videtur fuisse ratio, cur omnes Sacerdotes ex una Aaronis familia & omnes Levitae ex una eademque tribu fuerint ordinati. *Cic.* Epist. III. 10. amplissimi sacerdotii collegium, in quo non modo amicitiam violari apud majores nostros fas non erat, sed ne cooptari quidem sacerdotem licebat, qui cuiquam ex collegio esset inimicus.

Σίμωνα] Hebraeis שמעון Συμεὼν vocabatur 2. *Pet.* I. 1. Graecis & Hellenistis Σίμων סימון Latinis Simo. In libris sacris mentio fit Symeonis patriarchae, & Symeonis qui Christum puerum ulnis suis excepit: Simonis Cananitae, Simonis Pharisaei & Magi. *Bereschith R.* I. 8. R. Juda f. Simon. 15. R. Simon II. 4. III. 5. 9. VIII. 5. &c. alibi Simonis primi & secundi Pontificum, Simonis Maccabaei, Simonis tyranni apud Josephum, Simonis Justi. Simonis Atheniensis Socratis discipuli, & Simonis Magnesii Musici. *Ter.* Andr. *Eustath.* Σίμων ducit a Σιμωνίδης κατὰ τὸ ἐλλεῖπον. *Hippocr.* Epidem. VI. τὰ πλατέα ἐξανθήματα. οἷα Σίμων εἶχε χειμῶνος. *Demosth.* C. Aristocratem. Σίμων — κηδεςὴς ἀμαδόκου.

Πέτρον] Chaldaice κηφᾶν. *Bereschith R.* XCII. 2. R. Jose f. Petri פטרום & XCIV. 5.

Ἀνδρέαν] Nomen Graecum *Athen.* VII. p. 312. D. E. ἀνδρέας ἐν τῷ περὶ Δακετῶν --- ἐν τῷ περὶ τῶν ψευδῶς πεπιςευμένων. & XV. p. 675. C. ὡς φησιν Ἀνδρέας. Andreas Satellitum Ptolemaei praefectus *Jos.* A. XII. 2. *Thalm. Hieros.* Migd. 4. Andreas f. Chinnae Ex quo dominatio successorum Alexandri Judaeam occupavit, multa vocabula Graeca in linguam eorum irrepsere: unde factum ut reges, tetrarchae, pontifices & plurimi de plebe nomina etiam haberent Graeca.

ἀμφίβληςρον] *Etym. Hesych.* ἀμφίβληςρον δίκτυον. λαβεῖν ἀμφίβληςρον καὶ περιβαλεῖν τε πλῆθος πολλὸν τῶν ἰχθύων καὶ ἐξειρύσαι *Herodot.* I. 141. & II. 95. πᾶς ἀνὴρ αὐτέων ἀμφίβληςρον κέκτηται, τῷ τῆς ἡμέρης μὲν ἰχθῦς ἀγρεύει Pollux X. 132. Μένανδρος δὲ ἔφη ἐν ἁλιεῖ ἀμφιβλήςρῳ περιβάλλεται. *Hesiod.* ασπ. 215. εἶχε δὲ χερσὶν ἰχθύσιν ἀμφίβληςρον. Athen. X. p 450 C. ἰχθύσιν ἀμφίβληςρον ἀνὴρ πολλοῖς ἐπιβάλλων. *Hes.* ἀμφιβολεῖς, ἁλιεῖς *Esaj.* XIX. 8. Habac. I. 17.

Ἁλιεῖς] i. e. pauperes *Lucian.* D. Mort. 27. 9. βασιλεὺς ἦσθα; ΠΤΩΧΟΣ. ὐδαμῶς. Δ. ἀλλὰ Σατράπης. Π. ὐδὲ τοῦτο. Δ. ἆρ' ὖν ἐπλούτεις; —— Π. ὐδὲν τοιῦτον, ἀλλὰ —— βίον —— ἄπορον ἀπὸ ποταμοῦ καὶ ὁρμιᾶς ἔχων, εἰς ὑπερβολὴν πτωχὸς ὤν. *Ovid.* Metam. III. 582. Nomen mihi, dixit, Acoetes: Patria Maeonia est: humili de plebe parentes. Non mihi, quae duri colerent, pater, arva juvenci Lanigerosque greges, non ulla armenta reliquit. Pauper & ipse fuit: linoque solebat & hamo Decipere, & calamo, salientes ducere pisces Ars illi sua census erat, cum traderet artem, Accipe, quas habeo, studii successor & haeres, Dixit, opes: moriensque mihi nihil ille reliquit Praeter aquas. unum hoc possum appellare paternum. Nota piscatorum paupertas, & proverbio dictus ἁλιέων βίος. *Moeris:* ἁλιεὺς ἀττικῶς. ὁρμιευτὴς, Ἑλληνικῶς. *Hesych.* ἁλιεῦσι, θαλαττυργοῖς ἢ ἰχθηρεύταις Tales elegit Christus, tum ut vigilias, & aestum solis & frigus nocturnum & molestias itinerum, & famem eo facilius ferrent, tum praecipue ut manifestum fieret, Doctrinam Christi a Deo traditam esse, suaque se evidentia commendare. Si nobiles, divites, eruditi fuissent Apostoli, potuisset suspicio locum habere, assensum plebis aut vi extortum, aut pecunia emtum, aut artibus oratoriis captatum fuisse. 1. Cor. I. 18—31.

δεῦτε] Il. χ. 450. δεῦτε δύω μοι ἕπεσθον *Od.* θ. 307. δεῦθ' ἵνα ἔργα γελαςὰ καὶ ὐκ ἐπιευκτὰ ἴδησθε. *Hes.* εργ. 2. Δεῦτε Δί' ἐννέπετε σφέτερον πατέρ' ὑμνείυσαι. *Plut.* Coriol. p. 230. A. δεῦτε πρὸς Μάρκιον ἰοῦσαι, μεθ' ἡμῶν, συνάψασθε τῆς ἱκετηρίας.

ἁλιεῖς ἀνθρώπων] *Diog.* L. Menedem. II. 125. ἀνῆλθεν εἰς ἀκαδημίαν πρὸς Πλάτωνα, καὶ θηραθεὶς κατέλιπε τὴν ςρατιάν. *Plato* de Legg. VII. ὦ φίλοι, εἴθ' ὑμᾶς μήτε τις ἐπιθυμία μήτ' ἔρως τῆς περὶ τὴν θάλατταν θήρας ποτε λάβοι, μήτε ἀγκιςρείας, μήτ' ὅλως τῆς τῶν ἐνύδρων ζώων μήτε ἐγρηγορόσι μήτε εὕδυσι κυρτὺς ἀργὸν θήραν διαπονυμένοις. Μήδ' αὖ ἄγρας ἀνθρώπων κατὰ θάλατταν λῃςείας τε μέρος ἐπελθὸν [f. ἔρως ἐπελθὼν] ὑμῖν θηρεύσαι ὠμὺς καὶ ἀνόμυς ἀποτελοῖ. in Sophista vero Sophistam cum piscatore comparat. Vid Jerem. XVI. 14. 15. 16. Ezech. XLVII. Neque tamen existimandum est, illos temere & sine judicio, vel repentino quodam impetu animi incitatos hoc fecisse: Andreas, cum discipulus Joannis antea fuisset, *Jo.* I. 41. a Magistro suo praeparatus & ad Jesum deductus est; multa de Jesu fama perceperant, Christum ipsum viderant atque audiverant, & miraculosa piscatione, quae vocationem istam proxime praecesserat, ita confirmati erant, ut sine ulla dubitatione crederent Jesum esse Doctorem a Deo missum, & Messiam, *Luc.* V. 1—11. *Epictet.*

φοὺς, Ἰάκωβον τὸν τοῦ Ζεβεδαίου, καὶ Ἰωάννην τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, ἐν τῷ πλοίῳ
μετὰ Ζεβεδαίου τοῦ πατρὸς αὐτῶν, καταρτίζοντας τὰ δίκτυα αὐτῶν· καὶ ἐκάλε-
σεν αὐτούς. Οἱ δὲ εὐθέως ἀφέντες τὸ πλοῖον καὶ τὸν πατέρα αὐτῶν, ἠκολούθη- 22
σαν αὐτῷ. Καὶ περιῆγεν ὅλην τὴν Γαλιλαίαν ὁ Ἰησοῦς, διδάσκων ἐν ταῖς συνα- 23
γω-

23. ὅλην τὴν Γαλιλαιαν ὁ Ἰησῦς] ὁ Ἰησοῦς ἐν ὅλῃ τῇ Γαλιλαίᾳ C. Versio *Copt. Syr.* ὁ Ἰησοῦς ὅλην τὴν Γαλιλαίαν D. 1. Versio *Vulg. Euseb.* D. 9. *Theophyl.*
ὁ Ἰησοῦς] — Evang, 20. Versio *Syr.* probante J. Millio prol. 1246.
24. ἀπῆλθεν] ἐξῆλθεν C. 1. 33. 78. Evang. 10. 17. Versio *Syra* posterior in margine. ex *Marco.*
ἡ ἀκοὴ αὐτοῦ] αὐτοῦ ἡ ἀκοὴ D.

pictet. 12. ἐαν δὲ ὁ κυβερνήτης καλέσῃ, τρέχε ἐπὶ τὸ πλοῖον ἀφεὶς ἐκεῖνα πάντα, μηδὲν ἐπιστρεφόμενος.

ἁλιεῖς] Thomas. ἑρμηνέας, ἱερέας, καὶ ὅσα τοιαῦτα ἀττικοὶ —— τὸ δὲ συνῃρημένως ταῦτα λέγειν ὐκ ἐστιν ἐκείνων· Josephus tamen, Diod. Siculus, Polybius, Diogenes L. Plut. contrahunt ἑρμηνεῖς, βασιλεῖς.

20. ἠκολούθησαν] ἀκόλουθος proprie significat servum pedissequum.

21. Ἰάκωβον τὸν τῦ Ζεβεδαίυ καὶ Ἰωάννην] Nomen Jacobi & Joannis familiare fuit Judaeis: etiam Zabdiel. *Nehem.* IX. 14. Ζαβδία dictus *Esrae* X. 20. & Ζαβδαῖος 1. *Esr.* IX. 21. alius Ζαβαδίας *Esr.* VIII. 8. & Ζαβαδία 1. *Par.* VIII. 15. 17. Ζαβδιὴλ 1. *Par.* XXVII. 2. Ζαβὰδ 6. Ζαβαδίας 7. *Bereschith. R.* זבדי XIX. 15. Zebedaeus f. Levi. *Hieros. Maasar Scheni* f. 55. 2. Jacob f. Zebedaei.

πλοίῳ] *Jos.* B. II. 21. τὰ δὲ ἐπὶ τῆς λίμνης σκάφη πάντα συναθροίσας, σ. δὲ καὶ λ. εὑρέθη, καὶ ναῦται δ. οὐ πλείους ἦσαν ἐν ἑκάστῳ.

καταρτίζοντας τὰ δίκτυα] Sarcientes retia. Dicitur etiam de iis qui membra luxata in artus reponunt, *Galen.* καταρτισμὸς, ἡ μεταγωγὴ ὀστῶν ἐκ τοῦ παρὰ φύσιν τόπυ εἰς τὸν κατὰ φύσιν. *Paul. Ægineta.* . . ἐπὶ δὲ τῆς ἄρτι γενομένης κυφώσεως ἀπὸ πτώματος, μόνος ὁ τῦ Ἱπποκράτυς ἀρέσκει καταρτισμὸς. *Plut.* Cat. Min. p. 791. E. ἡμέτερον, εἶπεν, ἔργον οἰδῦντα μαλάξαι καὶ καταρτίσαι πρὸς τὸ συμφέρον. Qui naves reficiunt. *Polyb.* I. p. 41. τὰς αἰχμαλώτυς ναῦς καταρτίσαντες ἀνήγοντο. & III. p. 341. κατηρτικῶς ἐν τῇ παραχειμασίᾳ τὰς ὑπὸ τ' ἀδελφῦ καταλειφθείσας λ. ναῦς. V. 101. καταρτίσας ιβ. ναῦς. 2. τῶν Μακεδόνων ἤδη ταῖς εἰρεσίαις κατηρτισμένων. *Herodot.* V. 28. ἡ Μίλητος---νοσῦσα ἐς τὰ μάλιστα στάσει μέχρι ὗ μὲν οἱ Πάριοι κατηρτίσαντο. τύτυς γὰρ καταρτιστῆρας ἐκ πάντων τῶν ἑλλήνων εἵλοντο οἱ Μιλήσιοι. κατήλλαξαν δὲ σφεας ὧδε πάριοι. *Plut.* Marcell. p. 303. B. στάσιν εὗρεν τῆς βυλῆς τὸν δῆμον Ἀννιβίζοντα μεταχειρίσασθαι καὶ καταρτίσαι μὴ δυναμένης. *Herodot.* V. 106. νῦν ὦν ὡς τάχος με ἄφες πορευθῆναι ἐς Ἰωνίην ἵνα τοι κεῖνά τε πάντα καταρτίσω ἐς τωὐτὸ.

23. διδάσκων ἐν ταῖς συναγωγαῖς] Synagoga *Philoni* σεμνεῖον vocatur de Vit. Contempl. T. II. p. 476, 23. τὸ δὲ κοινὸν τῦτο σεμνεῖον, εἰς ὃ ταῖς ἑβδόμαις συνέρχονται, διπλῦς ἐστι περίβολος, ὁ μὲν εἰς ἀνδρῶνα, ὁ δὲ εἰς γυναικωνῖτιν ἀποκριθεὶς. Augusto Imp. σαββατεῖον, *Jos.* A. XVI. 6. 2. ἐὰν δὲ τις φωραθῇ κλέπτων τὰς ἱερὰς βίβλυς αὐτῶν, ἢ τὰ ἱερὰ χρήματα ἔκ τε σαββατείου, ἔκ τε ἀνδρῶνος, εἶναι αὐτὸν ἱερόσυλον. In V. T. nulla fit Synagogarum mentio: unde colligitur, post reditum demum ex Babylonica captivitate aedificari coepisse. Magno autem fuerunt numero tum in Palaestina, tum alibi. Antiochiae Judaei habuerunt Synagogam *Jos.* B. VII. 3. 2. οἱ δὲ μετ' αὐτὸν [Antiochum Epiphanem intelligit] τὴν βασιλείαν παραλαβόντες, τῶν ἀναθημάτων ὅσα χαλκᾶ πεποίηντο πάντα τοῖς ἐν ἀντιοχείᾳ Ἰυδαίοις ἀπέδοσαν, εἰς τὴν συναγωγὴν αὐτῶν ἀναθέντες. *Berachoth* 8. dicunt, Tiberiade XII. Synagogas fuisse, Hierosolymis vero CCCCLX. vel CCCCLXXX. vel CCCXCIV. *Hieros. Chetub.* f. 35. 3. *Babyl.* f. 105. 1. *Megilla* f. 73. 4. inter quas Alexandrinorum & Tarsensium Synagoga. Docent porro, Synagogas ubique extruendas & extructas fuisse: dein distinguunt 1. Urbes jam munitas inde a tempore Josuae. כרכין המוקפין חומה quarum prima erat dignitas. 2. Oppida עירות גדלות, *Megilla* I. 3. quaenam est urbs magna? in qua fuerint decem בטלנין; si sint pauciores, vicus est. 3. Villas כפרים Vox illa בטלנין & Judaeis & Christianis eruditis crucem fixit, omnia autem plana erunt, si levi transpositione legamus כלבטין i. e. βυλευτὰς, qui Latinis Decuriones vocantur ut *Marc.* XV. 43. *Sanhedrin* I. 6. Quot incolas urbis esse oportet, ut Synedrio [parvo XXIII. Virorum] digna sit? CXX. R. Nehemias dixit: CCXXX. ut numero decurionum respondeat. *Gemara.* f. 17. 1. V. *Lighf.* in Act. I. *Megilla.* III. 1. Incolae oppidi, si Synagogam vendiderint &c. *Gemara* ad l. f. 26. 1. Dixit R. Samuel f. Nachmani, R. Jonathan dixisse: Non tradiderunt nisi de Synagoga villarum, at Synagogam urbium, quandoquidem ad illam ex universo terrarum orbe frequentant, non possunt vendere, quoniam publica est. IV. 3. non conveniunt ad benedicendum in nomine Dei pauciores quam X. Conveniebant autem in Synagogis ad Legem legendam ter singulis hebdomadibus, die secundo, quinto & septimo, praeter tempora festorum & jejuniorum solennium: quolibet autem die mane, & vesperi ad preces. Recitant autem XVIII. preces, legunt postea *Deut.* VI. 4—9. & XI. 13—20. cui Sectionem majorem tum ex Lege tum e Prophetis addunt. Sequitur interpretatio eorum, quae lecta erant, & exhortatio ad plebem. Notandum autem, Lectionis, interpretationis aut admonitionis officio non semper certos & ad id constitutos homines fuisse functos. *Megilla.* IV. 6. Minorennis legit in lege & interpretatur. --- Coecus dividit Audi, & interpretatur, & II. 4. Omnes legitimi sunt ad legendum Megillam, excepto surdo, stulto ac minorenne. R. Juda minorennem dicit esse legitimum. *Gemara* in l. f. 23. Tradiderunt Magistri: quilibet ascendere potest, ad numerum septenarium, etiam femina, aut minorennis. Veruntamen dixerunt sapientes: mulier ne legat in lege, propter honorem Ecclesiae. Hinc intelligimus, Christum & Paulum jure communi & potestate, a Praefectis Synagogae cuilibet, quem idoneum judicabant, promiscue concedi solita, usos fuisse, cum in Synagogis & legerent & praedicarent *Luc.* IV. 16. 21. *Actor.* XIII. 14. 15. 16. Qui mos apud Christianos & hodie in Ecclesia Graeca obtinet, & olim obtinuit. Constitut. *Clem.*

γωγαῖς αὐτῶν, καὶ κηρύσσων τὸ εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας, καὶ θεραπεύων πᾶσαν
24 νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν ἐν τῷ λαῷ. Καὶ ἀπῆλθεν ἡ ἀκοὴ αὐτοῦ εἰς ὅλην τὴν
Συρίαν· καὶ προσήνεγκαν αὐτῷ πάντας τοὺς κακῶς ἔχοντας, ποικίλαις νόσοις καὶ
βασάνοις συνεχομένους, καὶ δαιμονιζομένους, καὶ σεληνιαζομένους, καὶ παραλυτικούς·
καὶ

ποικίλαις νόσοις] comma his vocibus poſtponunt 16. 34. 35. 36. 38. 39. 72. Evang. 2. 15. Verſio *Sax.* & *Syr.*
καὶ βασάνοις] —— E a prima manu. 2. 27. συνεχομένους] —— Evang. 17.
καὶ δαιμονιζομένους] — M. 12. 61. Theophyl. καὶ σεληνιαζομένους] — 30.
δαιμονιζομένους καὶ σεληνιαζομένους] σεληνιαζομένους καὶ δαιμονιζομένους 80.

Clem. VIII. 32. ὁ διδάσκων, εἰ καὶ λαϊκὸς ἦ, ἔμπειρος δὲ τοῦ λόγου καὶ τὸν τρόπον σεμνὸς, διδασκέτω. *Euſeb.* H. E. VI. 19. de *Origene.* ἐν καισαρείᾳ τὰς διατριβὰς ἐποιεῖτο, ἔνθα καὶ διαλέγεσθαι, τάςτε θείας ἑρμηνεύειν γραφὰς ἐπὶ τοῦ κοινοῦ τῆς ἐκκλησίας οἱ τῇδε ἐπίσκοποι, καίτοι τῆς τοῦ πρεσβυτερίου χειροτονίας οὐδέπω τετυχηκότα, αὐτὸν ἠξίουν. ὃ καὶ αὐτὸ γένοιτ᾽ ἂν ἔκδηλον, ἀφ᾽ ὧν περὶ τούτου Δημητρίῳ γράφοντες ἀλέξανδρος ὁ Ἱεροσολύμων ἐπίσκοπος, καὶ θεόκτιστος ὁ καισαρείας, ὧδέ πως ἀπολογοῦνται. Προσέθηκε δὲ τοῖς γράμμασιν, ὅτι τοῦτο οὐδέποτε ἠκούσθη, οὐδὲ νῦν γεγένηται, τὸ παρόντων ἐπισκόπων λαϊκοὺς ὁμιλεῖν, οὐκ οἶδ᾽ ὅπως προφανῶς οὐκ ἀληθῆ λέγων. ὅπου γοῦν εὑρίσκονται οἱ ἐπιτήδειοι πρὸς τὸ ὠφελεῖν τοὺς ἀδελφοὺς, καὶ παρακαλοῦνται τῷ λαῷ προσομιλεῖν ὑπὸ τῶν ἁγίων ἐπισκόπων, ὥσπερ ἐν Λαράνδοις εὔελπις ὑπὸ Νέωνος, καὶ ἐν Ἰκονίῳ Παυλῖνος ὑπὸ κέλσου, καὶ ἐν Συνάδοις θεόδωρος ὑπὸ ἀττικοῦ τῶν μακάρων ἀδελφῶν. εἰκὸς δὲ καὶ ἐν ἄλλοις τόποις τοῦτο γενέσθαι. Conf. 1. *Cor.* XIV. 29.

διδάσκων] V. 2. VII. 28. 29. &c. Potuiſſet Chriſtus tanquam Legiſlator & Dominus imperare ſubditis, & jubere: maluit autem docere, & ſuadere. *Galen.* de rat. medend. 2. καὶ μὴν ἐκεῖνοι μὲν, εἰ καὶ μηδὲν ἄλλο, πείθειν γοῦν καὶ διδάσκειν τοὺς ἀκροάτας, οὐ βιάζεσθαι καὶ προστάττειν ἐπιχειροῦσι· οὗτοι δ᾽ αὖ, ὡς τύραννοι, κελεύουσι μὴ ζητεῖν τῆς ἐνεργείας τὴν αἰτίαν. ἀλλ᾽ ἡμεῖς μὲν καὶ Διονύσιον, καὶ Φάλαριν, καὶ τοὺς ἄλλους τυράννους διὰ τοῦτο μισοῦμεν, ὅτι κελεύουσι καὶ προστάττουσιν, οὐ πείθουσι καὶ διδάσκουσι, ὡς Σόλων καὶ Δράκων, καὶ Λυκοῦργος —— Πάντα οὖν ὡς τύραννοι προστάττεσθε, χρῆσθαι δ᾽ ἀποδείξεσιν οὐδ᾽ αὐτοὶ βούλεσθε —— ἅπαντας πάλιν τοὺς νῦν εἰρημένους μοι Φιλοσόφους τε καὶ ἰατροὺς, οὐ προστάττοντας μὰ. Δι᾽ ὡς οὗτοι, δίκην τυράννων, ἀλλ᾽ ἀποδεικνύοντας παρέξονται.

διδάσκων —— καὶ κηρύσσων] junguntur 1. *Tim.* II. 7. 2. *Tim.* I. 11.

τὸ εὐαγγέλιον] *Lucian* Aſino 26, εὐαγγέλιον αὐτοῖς ἐμοῦ διογκησαμένου. *Appianus* B. C. IV. 968. τὸ Ἀντωνίῳ εὐαγγέλιον διαφέροντες de morte Ciceronis.

μαλακίαν] *Theoph.* Char. 13. μαλακιζόμενον —— τὸν κακῶς ἔχοντα. *Heſych.* μαλακία νόσος. *Lucian* D. Deor. IX. 1. ἀλλὰ μαλακῶς ἔχει αὐτὸς & 2. μαλακῶς ἀπὸ τῶν ὠδίνων ἔχει. *Euſtath.* in Od. θ. p. 305. 30. εἰ καὶ κατ᾽ ἄλλον λόγον μαλακῶς ἔχειν λέγεται καὶ ὁ νοσεῖν ἐναρξάμενος *Plin.* H. N. XXVIII. 7. in malacia ſtomachi. XXIII. 6. gravidarum malaciae. *Arrian.* Exp. Al. M. VII. 12. μαλακῶς τὸ σῶμα ἔχοντα *Deut.* XXVIII. 61.

24. ἀκοὴ] *Æneid.* IV. 173. it fama per urbes. *Caeſar* de B. G. VII. 42. ut levem auditionem habent pro re comperta. De alio Jeſu legimus *Joſ.* VI. 27. καὶ ἦν κύριος μετὰ Ἰησοῦ, καὶ ἦν τὸ ὄνομα αὐτοῦ κατὰ πᾶσαν τὴν γῆν IX. 9. 1. *Reg.* X. 1. infr. XIV. 1. *Eſth.* IX. 4. *Suid.* ἀκοὴ ἐστι καὶ ἡ φήμη, *Heſych.* ἀκοὴ φήμη. *Corn. Nep.* Annib. 9. exiſſe famam. *Eurip.* Phoeniſſ. 826. βάρβαρον ὡς ἀκοὰν ἐδάην. *Schol.* ἀκοὴ λέγεται ἐνταῦθα τὸ ἀκουόμενον.

τοὺς κακῶς ἔχοντας] *Galen.* de Compoſ. Medic. per. gen. 1. οὕτως ἔσχε κακῶς, ὡς κινδυνεῦσαι μὲν ἀποσαπῆναι τὸ δηχθὲν μόριον ὅλον. *Arrian.* Exp. Al. VII. 14. ὅτι κακῶς ἔχει & VI. 10. καίπερ κακῶς ἔχων. *Theophraſt.* Charact. XIII. εὐτρεπίσαι τὸν κακῶς ἔχοντα. *Ælian.* H. A. II. 34. ὠδυνᾶτο καὶ ἑαυτῷ κακῶς εἶχε.

βασάνοις] *Ammon.* βάσανος ἥτε δοκιμασία, καὶ ἡ τῶν πληγῶν & Δήμιος μὲν γάρ ἐστιν ὁ ἀναιρῶν τοὺς καταδίκους, δημόκοινος δὲ ὁ βασανίζων *Dio Chryſ.* XXX. p. 302. C. ἐν δὲ ταῖς νόσοις ἐνίοτε παρατείνουσι, καὶ πάνυ πολὺν χρόνον. Τοιαῖσδε μὲν δὴ, καὶ τοσαῖς δὲ βασάνοις ξυνεχομένους τοὺς ἀνθρώπους —— μένειν *Suidas.* τὸ βασανίζειν οὐ τὸ αἰκίζεσθαι καὶ τιμωρεῖσθαι καὶ μαστιγοῦν σημαίνει παρὰ τοῖς ἀττικοῖς, ἀλλὰ τὸ χωρὶς πληγῶν ἀνακρίνειν καὶ ἐλέγχειν τ᾽ ἀληθὲς διὰ λόγων. *Ariſtoph.* Ran. 628. 642. *Demoſth.* in Pantaenet. *Lyſias*, Antiphon de caede Herodis. *Etymol.* βάσανος —— ἀπὸ τῆς βασάνου τῆς χρυσοχοϊκῆς λίθου, ἐν ᾗ δοκιμάζεται ὁ χρυσὸς, κἄντε ὄβρυζος κἄντε κίβδηλος ᾖ. Βασανίζειν οὐ τὸ αἰκίζεσθαι καὶ τιμωρεῖσθαι παρὰ τοῖς ἀττικοῖς ἀλλὰ τὸ ἀνακρίνειν, καὶ δοκιμάζειν, καὶ ἐλέγχειν τ᾽ ἀληθὲς διὰ λόγων —— οὕτω πάντες κέχρηνται οἱ ἀξιολόγοι. ἐκ τοῦ ῥητορικοῦ. *Thomas.* τὸ βασανίζειν ἐπὶ δοκιμασίας λαμβάνεται, καὶ τῆς διὰ λόγου καὶ τῆς διὰ τιμωρητικῶν ὀργάνων. μὴ λέγε οὖν, βεβασάνισαι ὑπὸ νόσου, ἀλλ᾽ ἐξήτασαι. *Lucian.* Soloec. 6. ἑτέρου δὲ εἰπόντος βασανίζεσθαι, ἐπὶ τῷ ἔφη ἤ τι βουλομένου τοῦ βασανίζοντος. *Plut.* Demetr. p. 896. C. οὕτω δὲ ἡμᾶς βασανίσας δίκην ὑφέξει. Cruciatus, tormina; ubi vero de ſideratis qui dolore carent dicitur inf. VIII. 6. intelligitur miſera corporis conſtitutio.

νόσοις καὶ βασάνοις συνεχομένους] *Artemid.* III. 47. περὶ ψώρας καὶ λέπρας —— εἰ τῶν οἰκείων τινα ἴδοι τοιούτῳ συνεχόμενον πάθει *Plat.* Gorgia p. 327. A. 343. B. εἰ μέν τις μεγάλοις καὶ ἀνιάτοις νοσήμασι κατὰ τὸ σῶμα συνεχόμενος. de Legg. IV. νοσήματι ξυνεχομένην [ψυχὴν] & IX. τούτων δή τις ἂν ἴσως πράξειε τὶ μανεὶς, ἢ γήρᾳ ὑπερμέτρῳ ξυνεχόμενος. *Sextus Empir.* a. Eth. 152. ἢ γὰρ μικρός τις ὁ πόνος ἐστιν, καθάπερ ὁ καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν ἐγγινόμενος ἡμῖν λιμὸς ἢ δίψος ἢ ψῦχος ἢ θάλπος, ἤτι τῶν παραπλησίων. ἢ τοὐναντίον σφοδρότατος καὶ ἀκρότατος, ὡς ἐπὶ τῶν ἀνηκέστοις συνεχομένων βασάνοις, δι᾽ ὧν πολλάκις οἱ ἰατροὶ ἀνωδύνους πορίζουσι δυνάμεις, πρὸς τὸ βραχεῖαν τινα ἀναστροφὴν εἰς βοήθειαν. ἢ μέσος. *Themiſt.* XXI. p. 245. καταγελῶ τῶν ταύτῃ νόσῳ συνεχομένων. *Iſocr.* συνέχεσθαι κακοῖς *Plato.* συνείχοντο δεσμοῖς *Herodot.* VI. 12. τῇ παρούσῃ [δουληΐῃ] συνέχεσθαι. *Plut.* τὸ βαρβαρικὸν, ᾧ συνείχοντο αἱ πλεῖσται γυναῖκες. *Arrian.* Exp. Al. VI. 24. δίψει ἀπαύστῳ συνεχόμενοι *Luc.* IV. 38. *Act.* XXVIII. 8.

Cum hodie de daemoniacis & lunaticis multum diſputetur, viſum eſt in eam rem paullo accuratius inquirere. Tota res autem ad duas quaeſtiones commode reduci poteſt, quarum altera ad Medicinam, ad Grammaticam altera ſpectat, prior eſt, quinam homines intelligantur, poſterior quaenam ejus appellationis ſit ratio. Exiſtimo igitur per daemoniacos & lunaticos intelligi homines certo quodam morbo ſive vitio corporis laboran-

rantes. Non equidem ignoro, ab aliis ſtatui, meras fuiſſe praeſtigias & faſcinationem diaboli, qui vel hanc vel illam corporis partem obſidendo impedierit, quominus munere ſuo aut fungi aut recte fungi poſſet, integra tamen & illaeſa manente illa parte; haec *J. Gerhardi* ſententia eſt, qui Harm. Evang. T. 1. p. 596. Probo itaque, inquit, illorum ſententiam qui exiſtimant, organa viſus, & diſpoſitionem linguae, ut & organa auditus, ſine omni naturali vitio, integra, ſana & illaeſa in hoc homine fuiſſe. Et daemonium illud ideo vocari mutum, quod ſua obſeſſione effeciſſet illum miſerum hominem mutum ſurdum & coecum, cum quidem in organis horum ſenſuum nihil vel eſſet vel appareret vitii. Quo minus tamen in hanc ſententiam concedam, obſtant ſequentia 1. Daemoniaci diſerte muti, ſurdi & coeci vocantur *Matth.* XII. 22. *Marc.* IX. 25. *Luc.* XI. 14. neque cauſſa ulla idonea afferri poteſt, cur non ſimpliciter vere mutos, ſurdos & coecos intelligamus, h. e. quorum organis aliquod vitium inhaeſerit; alii vero daemoniaci ita deſcribuntur *Matth.* VIII. XVII. & parell. ut manifeſta maniae aut epilepſiae ſigna atque Symptomata in illis nemo non agnoſcere poſſit. 2. Dicuntur a Chriſto ſanati fuiſſe *Matth.* XV. 28. XVII. 16. *Luc.* IX. 42. VIII. 2. qui autem vere ſanatur, illum prius vere in morbo fuiſſe neceſſe eſt. Alius daemoniacus dicitur poſt curationem ſanae mentis fuiſſe *Marc.* V. 15. *Luc.* VIII. 35. Unde jure colligitur, prius illum inſania, quae morbus eſt, laboraſſe. 3. Daemoniaci ſolent aegrotis jungi, iisque annumerari, non h. l. ſolum, verum etiam *Luc.* XIII. 32. *Jo.* X. 20. 21. *Matth.* VIII. 16. X. 1. 8. *Marc.* I. 34. III. 15. VI. 13. XVI. 17. 18. *Luc.* IV. 40. 41. IX. 1. VII. 21. VIII. 2. *Act.* VIII. 7. junguntur autem, quae ſunt de genere eodem, ita ut phraſis altera per alteram ſit interpretanda. 4. *Matth.* XI. 5. *Luc.* VII. 22. ubi plura aegrorum a Chriſto curatorum genera recenſentur, nulla fit daemoniacorum mentio, qui nullo modo videntur praetermitti debuiſſe, ſi alterius plane generis fuiſſent. 5. *Fl. Joſephus* & Medicorum libri, *Gittin.* f. 67. 2. teſtantur daemoniacis medicamenta ex radicibus, lapidibus, herbis compoſita data profuiſſe; intelligimus autem medicamento vitium corporis corrigi tollique: at quomodo in ſpiritum agant, aut ad praeſtigias pellendas utiliter adhiberi poſſint, nemo intelliget. 6. Sententia, quam impugnamus, auget potentiam diaboli, potentiam vero Chriſti minuit; multo enim majus eſt & mirabilius, facere ut qui revera coecus non ſit, caecus eſſe omnibus videatur, quam revera hominem excaecare: contra veram caecitatem aut ſurditatem ſanare, majus eſt, quam eam, quae nonniſi opininione caecitas aut ſurditas erat, curare. 7. *Bechoroth.* VII. 5. *Epilepticus*, in quem inciderit ſpiritus melancholiae. 1. *Sam.* XVI. 14. —— 23. & interpretes. *Tobiae* III. 8. VI. 17. VIII. 3. *Joſ.* A. VI. 8. 2. τὸν Σαῦλον δὲ περιήρχετο πάθη τινὰ καὶ δαιμόνια πνιγμοὺς αὐτῷ καὶ στραγγάλας ἐπιφέροντα, ὡς τοὺς ἰατροὺς ἄλλην μὲν αὐτῷ θεραπείαν μὴ ἐπινοεῖν· εἰ δὲ τις ἐστὶν ἐξᾴδειν δυνάμενος καὶ ψάλλειν ἐπὶ κινύρᾳ, τοῦτον ἐκέλευσαν ζητήσαντας, ὁπότ᾽ ἂν αὐτῷ προσίοι τὰ δαιμόνια καὶ ταράττοι, ποιεῖν ὑπὲρ κεφαλῆς στάντα ψάλλειν καὶ τοὺς ὕμνους ἐπιλέγειν —— ἐλθόντος δὲ ἥσθη, ἐξήδετο γὰρ ὑπ᾽ αὐτοῦ, καὶ πρὸς τὴν ἀπὸ τῶν δαιμόνων ταραχὴν, ὁπότε αὐτῷ ταῦτα προσέλθοι, μόνος ἰατρὸς ἦν λέγων τε τοὺς ὕμνους, καὶ ψάλλων ἐν τῇ κινύρᾳ, καὶ ποιῶν ἑαυτοῦ γίνεσθαι τὸν Σαῦλον. *Polyb.* Exc. XXXI. de Antiocho. ἐξέλιπε τὸν βίον δαιμονήσας, ὥς ἔνιοί φασιν, ſine dubio mortuus eſt ex morbo, non ex faſcinatione. *Plut.* Theſ. p. 6. C. ὅτε Μίνως πολλὰ κακὰ πολεμῶν εἰργάζετο τοὺς ἀνθρώπους, καὶ τὸ δαιμόνιον ἔφθειρε τὴν χώραν, ἀφορία τε γὰρ καὶ νόσος ἐπέσκηψε πολλὴ, καὶ ἀνέδυσαν οἱ ποταμοὶ, καὶ τοῦ θεοῦ προστάξαντος ἱλασαμένοις τὸν Μίνω καὶ διαλλαγεῖσι —— τῶν κακῶν ἔσεσθαι παῦλαν. *Joſ.* A. VI. 11. 2. τοῦ πονηροῦ πνεύματος καὶ τῶν δαιμονίων ἐγκαθεζομένων τὰ μὲν ἐξέβαλεν, εἰρήνην δὲ ἀπ᾽ αὐτῶν τῇ ψυχῇ σου παρέσχεν VIII. 2. 5. de Salomone. παρέσχε δ᾽ αὐτῷ μαθεῖν ὁ θεὸς καὶ τὴν κατὰ τῶν δαιμόνων τέχνην εἰς ὠφέλειαν καὶ θεραπείαν τοῖς ἀνθρώποις. ἐπῳδάς τε συνταξάμενος, αἷς παρηγορεῖται τὰ νοσήματα, καὶ τρόπους ἐξορκώσεων κατέλειπεν, οἷς ἐνδούμενα τὰ δαιμόνια ὡς μηκέτ᾽ ἐπανελθεῖν ἐκδιώκουσι καὶ αὕτη μέχρι νῦν παρ᾽ ἡμῖν θεραπεία πλεῖστον ἰσχύει. Ἱστόρησα γάρ τινα Ἐλεάζαρον τῶν ὁμοφύλων, Οὐεσπασιανοῦ παρόντος καὶ τῶν υἱῶν αὐτοῦ, καὶ χιλιάρχων, καὶ ἄλλου στρατιωτικοῦ πλήθους, τοὺς ὑπὸ τῶν δαιμονίων λαμβανομένους ἀπολύοντα τούτων. Ὁ δὲ τῆς θεραπείας τρόπος τοιοῦτος ἦν. Προσφέρων ταῖς ῥισὶ τοῦ δαιμονιζομένου τὸν δακτύλιον, ἔχοντα ὑπὸ τῇ σφραγῖδι ῥίζαν, ἐξ ὧν ὑπέδειξε Σολομὼν, ἔπειτα ἐξεῖλκεν ὀσφραινομένῳ διὰ τῶν μυκτήρων τὸ δαιμόνιον. καὶ πεσόντος εὐθὺς τοῦ ἀνθρώπου μηκέτ᾽ εἰς αὐτὸν ἐπανελθεῖν ὥρκου, Σολομῶνός τε μεμνημένος καὶ τὰς ἐπῳδὰς, ἃς συνέθηκεν ἐκεῖνος, ἐπιλέγων. Βουλόμενος δὲ πεῖσαι καὶ παραστῆσαι τοῖς ἐντυγχάνουσιν ὁ Ἐλεάζαρος, ὅτι ταύτην ἔχει ἰσχὺν, ἐτίθει μικρὸν ἔμπροσθεν ἤτοι ποτήριον πλῆρες ὕδατος ἢ ποδόνιπτρον· καὶ τῷ δαιμονίῳ προσέταττεν ἐξιόντι τοῦ ἀνθρώπου ταῦτ᾽ ἀνατρέψαι, καὶ παρασχεῖν ἐπιγνῶναι τοῖς ὁρῶσιν, ὅτι καταλέλοιπε τὸν ἄνθρωπον. γινομένου δὲ τούτου σαφὴς ἡ Σολομῶνος καθίστατο σύνεσις καὶ σοφία. de B. VII. 6. 3. de Machaerunte τῆς φάραγγος δὲ τῆς κατὰ τὸν ἄρκτον περιεχούσης τὴν πόλιν Βαάρας ὀνομάζεταί τις τόπος, φύει τε ῥίζαν ὁμωνύμως λεγομένην αὐτῷ —— ἔστι δὲ —— διὰ μίαν ἰσχὺν περισπούδαστος. τὰ γὰρ καλούμενα δαιμόνια, ταῦτα δὲ πονηρῶν ἐστιν ἀνθρώπων πνεύματα, τοῖς ζῶσιν ἐνδυόμενα καὶ κτείνοντα τοὺς βοηθείας μὴ τυγχάνοντας, αὕτη ταχέως ἐξελαύνει, κἂν προσενεχθῇ μόνον τοῖς νοσοῦσι. *Tertullian.* Apol. 22. corporibus quidem & valetudines infligunt, & aliquos caſus acerbos. *Auguſtin.* de Gen. ad lit. XII. 17. forte revera phreneticus erat, ſed propter iſta daemonium pati PUTABATUR. *Martin. Bucerus* in Matth. IX. Hic locus eſſet de Daemonum natura virtute & operibus diſſerendi, ſi ſcripturae fuſius atque luculentius de his tradidiſſent. Cum autem ſcriptura nihil non luculentiſſime & fuſiſſime doceat, quod nos ut Deo gratos ita ſalvos reddere poſſit —— neceſſe eſt exploratiorem de Daemonibus cognitionem ad noſtram ſalutem gloriamque Dei in nobis illuſtrandam nihil referre —— Primum igitur monendi videmur, ne de his aut ſimilibus locis curioſius perveſtigemus, quando inde non apparet, quo meliores reddamur. Etenim ſic mihi videtur res habere —— Exiſtimo ergo, quicquid menti aut corpori accidit adverſi, id eſſe immiſſionem per angelos malos, & miniſterio immitti daemonum vel ſatanae. In vulgaribus autem morbis ac malis vulgaria item habere nomina: ea autem quae inſolentiora ſunt, & hominis naturam videntur excedere, ut inſaniae morbi atraeque bilis agitationes, Daemonibus fere attribui, & daemonia vocari. —— Lunaticum ſiquidem morbum daemonium appellatum in Matthaeo legimus infra XVII. Nam patrem lunatici ita dixiſſe domino narrant: Domine, miſerere filii mei, quia lunaticus eſt, & mox memorat expulſum a puero daemonium. Quo ſatis ſignificatur, morbi ejus daemonem fuiſſe auctorem, *vere* tamen fuiſſe juxta & lunaticum & daemoniacum. —— Morbi igitur, quorum cauſae proximae patent, ab illis fere, aut

aut etiam locis, quae afficiunt, aut certe aliunde nomina accipiunt: quorum autem cauſae proximae non ita patent, & habent effectus paulo violentiores, ut Melancholiae maniaeve ſpecies, ii ſemper fere daemonibus adſcribuntur, & laborantes illis Daemoniaci vocantur. Ii vero morbi, qui ad hos proxime accedunt, ut ſacer comitialiſve, ſideralis aut lunaticus morbus, nunc a daemonibus nunc ab accidentibus vel cauſis appellationem accipiunt. vid. *Hammond.* in Matth. XVII. 15. Jo. VII. 20.

8. Si caecitas daemoniaci tantum ab impedimento externo a daemone objecto fuiſſet orta, potuiſſet idem daemon impedimento amoto caecis viſum pro lubitu reſtituere. Hoc autem facere non potuit Jo. X. 21. *Num daemonium poteſt oculos coecorum aperire?*

Secundo loco quaeritur quaenam fuerit ratio, cur homines, certo quodam morbo laborantes, daemoniaci & lunatici appellarentur. De lunaticis quidem non magna eſt diſceptatio, ſatis enim convenit inter eruditos, ex vulgi opinione hoc nomen fuiſſe ſortitos. *Chemnitius* in l. Videtur tamen, inquit, non incommodum eſſe, ſi ita diſtinguantur vocabula, ut daemoniaci ſint, qui a diabolo correpti exagitantur, Lunatici vero ſint, qui mente moti furore corripiuntur, cujus cauſa ſit non obſeſſio Diaboli, ſed perturbatio humorum in cerebro, qui pro ratione Lunae PUTANTUR plus vel minus moveri". At de Daemoniacis plurimi contendunt, hoc nomen illis ideo fuiſſe impoſitum, quod Diabolus ejus morbi vel mali, quo afficiebantur, cauſſa eſſet vel proxima vel remota. Sententiam eorum, qui diabolum cauſſam remotam morbi illius ſtatuunt, ita exponit *Gerhardus* l. c. Illud quidam ita interpretantur, quia in principio creationis natura humana a Deo non eſt ita formata, ut eſſet caeca, muta, ſurda, ſed per peccatum hae & aliae depravationes a Diabolo in naturam humanam juſto Dei judicio invectae ſunt: ideo evangeliſtas ita loqui, ut oſtendant eſſe morſus diaboli„. Et mortem quidem morboſque ex peccato Adami & deceptione diaboli in genus humanum profluxiſſe nemo negat: id vero nondum explicat, cur certi quidam morbi potius quam alii omnes ad diabolum referantur. Alii ergo diabolum morborum, quibus Daemoniaci laborabant, cauſſam proximam fecerunt, dixeruntque illum corporibus humanis unum aut plures angelos malos immiſiſſe, qui anima quaſi ſede deturbata & vinculis conſtricta, tum motus omnes & ſingulos linguae, manuum pedumque, qui voluntarii eſſe ſolent, imperaverint, aut cohibuerint, tum etiam alios motus nervorum convulſione civerint. Haec vero ſententia multis magnisque difficultatibus premitur. 1. quia nec probatur, nec probari poteſt. Scriptura daemoniorum numero multitudinis facit mentionem, de diabolo, qui unus eſt, in daemoniacorum hiſtoria ne verbum quidem. Neque usquam dicitur, diabolum corpora daemoniacorum in poteſtate habere, & *poſſidere*, quod juniorum Interpretum vocabulum eſt. Denique non ſatis videntur ſibi conſtare, dum contendunt diabolum non poſſe dici ejici aut expelli niſi prius corpora hominum poſſediſſet atque habitaſſet, alibi vero Judam proditorem, in quem diabolus intraſſe legitur, a Diabolo poſſeſſum fuiſſe, cum indignatione rejiciunt. *Calvinus* in *Jo.* XIII. 27. Nimis vero inſulſe delirant, qui diabolum fingunt eſſentialiter, ut loquuntur, Judam intraſſe. & in *Luc.* XXII. 3. porro quaerere, an ſubſtantialiter ſatanas in Judam intraverit, frivola ſpeculatio eſt. Preces Judaeorum initio hebdomadis apud *Buxtorf.* Synagog p. 343. Ego adjuro te Poleach, princeps oblivionis, ut auferas a me cor obeſum & ſtolidum, illudque abjicias in montes altos in nomine ſancto Ariman, Anſaſiel & Paſhiel. 2. Dixi hanc ſententiam probari non poſſe: unde enim probaretur? an ex confeſſione ipſorum daemoniacorum? *Matth.* VIII. iſtud vero ipſum medici inter ſigna inſaniae ponunt, *P. Ægineta* III. 14. de melancholia & inſania. Τινὲς δὲ καὶ δοκοῦσιν ὑπό τινων μειζόνων ἐφορᾶσθαι [ἐφορμᾶσθαι] δυνάμεων· καὶ προλέγειν τὰ ἐσόμενα, καθάπερ ἐνθεάζοντες, οὓς καὶ ἐνθεαστικοὺς ὀνομάζουσιν. *Sext. Empiric.* Ὑποτ. I. 14. οἱ μὲν φρενιτίζοντες καὶ θεοφορούμενοι δαιμόνων ἀκούειν δοκοῦσιν, ἡμεῖς δὲ οὐ. teſtimonium certe hominis οὐ σωφρονοῦντος non eſt magni ponderis. An attentus ſpectator ex circumſtantiis & ſignis id potuit conjicere? Nec hoc dici poteſt, cum idem effectus ex cauſſis diverſiſſimis oriatur; poteſt quis v. gr. caecus fieri intemperantia, vulnere accepto, aëris inclementia, poteſt etiam luminibus orbari a Deo aut a malo genio; & qui excaecatur a diabolo, non magis aut minus caecus eſt, neque aut facilius aut difficilius ſanabitur eo, cujus caecitas a cauſſis naturalibus orta eſt: quomodo ergo vel curioſiſſimus ſpectator veram ſed latentem mali cauſſam ita indagabit, ut caecitatem a diabolo ortam ab omni alia, citra periculum erroris, certo dignoſcat? Si hodie tales homines videremus, illos ſimpliciter mutos, ſurdos, caecos, epilepticos, furioſos vocaremus, neque de diabolo omnino cogitaremus. An Chriſtus e coelo deſcendit, ut nobis hoc arcanum diceret? Atqui nihil noſtra intererat hoc ſcire, quod nec ad ſalutem aeternam, neque ad hujus vitae felicitatem quicquam faceret. Qui autem haec temere & ſine probatione credit, quo jure condemnabit furem aut latronem habentem excuſationem, ſe neque ſciente neque volente factum eſſe quicquam, ſed diabolum callidis artibus corpus ſuum invaſiſſe, atque membrorum miniſterio abuſum fuiſſe? quod ſummam confuſionem pareret, omnemque teſtimoniorum certitudinem ipſamque ſenſuum evidentiam eluderet.

3. non immerito etiam quaeritur ab illis, qui diabolo haec adſcribunt, qui factum ut eo praecipue tempore, quo Chriſtus apparuit, Diabolus tantam in hominum corpora haberet poteſtatem, quantam nec hodie exercet, nec ab eo tempore ullibi exercuiſſe fide dignis teſtibus demonſtratur? Quod enim quidam reſpondent, Dei permiſſu id tunc contigiſſe, ut Chriſtus eo ampliorem ſanandi haberet occaſionem atque materiam; vix ſerio & conſiderate dictum videtur. Novimus quidem Agyrtas ſolere veneni poculum bibere, aut gladio ſe vulnerare, ut theriacae ſuae praeſtantiam, efficaciam atque uſum in ſanando, praeſenti documento probent: Si vero aliis poculum propinare aut alium gladio vulnerare vellent, jure omnes detrectarent, & tum malo tum remedio carere mallent. Neutrum autem horum ſapiens & bonus medicus unquam faciet. *Seneca* de Benef. VI. 26. nequitia eſt, ut extrahas, mergere, evertere, ut ſuſcites: ut emittas, includere. Non vulneres me malo quam ſanes.

4. Totum iſtud de malo angelo imo de malorum angelorum collegio ſedem animae in corpore humano occupante ejusque munere fungente, tam eſt a veriſimilitudine alienum, ut periculum ſit, ne, qui haec valde urgent, & ſeſe aliis deridendos praebeant, & totam doctrinam Chriſti ſuſpectam

 red-

reddant. Hoc, ni fallor, voluit *Beza*, quando ad *Lucae* VIII. 31. Videndum eſt, inquit, ut in iſtis ſobrie ſapiamus ex Dei verbo, ne pro Dei veritate *aniles fabulas* ſubſtituamus, quales multas Gregorius ille in ſuis Dialogis commemoravit. *Lucian.* Philopſeud. 16. Πάντες ἴσασι τὸν σύρον, τὸν ἐκ τῆς Παλαιστίνης, τὸν ἐπὶ τούτων σοφιστὴν, ὅσους παραλαβὼν καταπίπτοντας πρὸς τὴν σελήνην, καὶ τὼ ὀφθαλμὼ διαστρέφοντας, καὶ ἀφροῦ πιμπλαμένους τὸ στόμα, ὅμως ἀνίστησι καὶ ἀποπέμπει ἀρτίους ἐπὶ μισθῷ μεγάλῳ ἀπαλλάξας τῶν δεινῶν. Ἐπειδὰν γὰρ ἐπιστῇ κειμένοις, καὶ ἔρηται, ὅθεν εἰσεληλύθασιν εἰς τὸ σῶμα, ὁ μὲν νοσῶν αὐτὸς σιωπᾷ, ὁ δαίμων δὲ ἀποκρίνεται ἑλληνίζων ἢ βαρβαρίζων ἢ ὅθεν ἂν αὐτὸς ᾖ, ὅπως τε καὶ ὅθεν ἐπῆλθεν εἰς τὸν ἄνθρωπον· ὁ δὲ ὅρκους ἐπάγων. εἰ δὲ μὴ πεισθείη, καὶ ἀπειλῶν ἐξελαύνει τὸν δαίμονα. Ἐγὼ γοῦν καὶ εἶδον ἐξιόντα μέλανα καὶ καπνώδη τὴν χροιάν. Veteres quidem qui ex doctrina metempſychoſeos unam animam duo corpora alternis vicibus animare, & modo Caſtorem modo Pollucem agere credebant, etiam δαιμόνια animas humanas eſſe exiſtimarunt; Locum Joſephi de B. ſupra vidimus: idem ſtatuit *Juſtin. M.* Apol. II. οἱ ψυχαῖς ἀποθανόντων λαμβανόμενοι καὶ ῥιπτούμενοι ἄνθρωποι, οὓς δαιμονολήπτους καὶ μαινομένους καλοῦμεν. *Eurip.* Alceſt 1140. δαιμόνων τῷ κυρίῳ. σχολ. τῷ τῶν νεκρῶν κυρίῳ. φασὶ γὰρ τοὺς νεκροὺς δαίμονας. Hodie vero exploſa animarum in alia corpora migratione ſupponunt, quod multo eſt incredibilius, nimirum Spiritus malos cum corporibus humanis ita apte conjungi, ut pro lubitu linguae, manibus &c. non ſecus ac anima humana imperare poſſint.

5. qui haec diabolo ejusque miniſtris malis ſpiritibus adſcribunt, de potentia ejus magnifice quidem ſentiunt, at de calliditate ejus non cogitaſſe videntur: videbantur convulſiones membrorum, audiebantur ſermones inepti, quales furioſorum eſſe ſolent; quis dolus latens aut quod conſilium callidum in his deprehendi poſſit, fateor me ignorare. Porro cum dicunt, diabolum homini perpetuum cuſtodem ex ſatellitibus apposuiſſe, qui oculos illius comprimeret, contineretque ne videre poſſent, imo cum ſtatuunt, illum toti legioni militum ſuorum hominem unum cuſtodiendum tradidiſſe, adeoque eadem catena & hominem & legionem ſuam conſtrinxiſſe, quae hoc unum ageret, quid ſtultius facere poterat? annon unus cuſtos poterat ſufficere? imo annon poterat momento citius vel cerebrum vel oculum hominis laedere, unde, etiam abeunte malo ſpiritu, & morbus & morbi ſymptomata omnia naſcerentur? annon interim ſatellites ſuos ad alia negotia, ad regni ſui fines ampliandos & tuendos, utiliter adhibere poterat? Quid ergo hic deſident, —— ceu caetera nusquam Bella forent, nulli tota morerentur in urbe? 6. Maximum vero momentum ad rem affert, quod medici magno conſenſu & una quaſi voce non ſolum daemoniacos aegrotis annumerant, illisque remedia praeſcribunt, verum etiam diſerte dicunt morbum non a ſpiritu quodam aut daemone fuiſſe immiſſum, & hanc appellationem non rei veritati, verum opinioni vulgi originem debere. Princeps Medicorum *Hippocrates* περὶ τῆς ἱερῆς νόσου prolixe de eo diſſerit. Ἐμοὶ δὲ δοκέουσιν οἱ πρῶτοι τοῦτο τὸ νόσημα ἀφιερώσαντες τοιοῦτοι εἶναι ἄνθρωποι, οἷοι καὶ νῦν εἰσι μάγοι καὶ ἀγύρται, καὶ ἀλάζονες, ὁκόσοι δὴ προσποιέονται σφόδρα θεοσεβέες εἶναι, καὶ πλέον τι εἰδέναι. οὗτοι τοίνυν παραμπεχόμενοι καὶ προβαλλόμενοι τὸ θεῖον τῆς ἀμηχανίης τὸ μὴ ἰσχύειν ὅτι προσενέγκαντες ὠφελήσουσιν, ὡς μὴ κατάδηλοι ὦσιν οὐδὲν ἐπιστάμενοι, ἱερὸν ἐνόμισαν τοῦτο τὸ πάθος εἶναι, καὶ λόγους ἐπιλέξαντες ἐπιτηδείους τὴν ἴησιν κατεστήσαντο ἐς τὸ ἀσφαλὲς σφίσιν ἑωυτοῖσιν, καθαρμοὺς προσφέροντες καὶ ἐπαοιδὰς, λούτρων τε ἀπέχεσθαι κελεύοντες, καὶ ἐδεσμάτων πολλῶν καὶ ἀνεπιτηδείων ἀνθρώποισι νοσέουσιν ἐσθίειν. —— Ταῦτα δὲ πάντα τοῦ θείου ἕνεκεν προστιθέασι, ὡς πλέον τι εἰδότες, καὶ ἄλλας προφάσεις προλέγοντες, ὅκως, εἰ μὲν ὑγιὴς γένοιτο, αὐτῶν ἡ δόξα εἴη καὶ ἡ δεξιότης· εἰ δὲ ἀποθάνοι, ἐν ἀσφαλεῖ καθίσταιντο αὐτῶν αἱ ἀπολογίαι, καὶ ἔχοιεν πρόφασιν, ὡς οὐκ αἴτιοι εἰσὶν αὐτοὶ, ἀλλ' οἱ θεοὶ, οὔτε γὰρ φαγεῖν οὔτε πιεῖν ἔδοσαν φάρμακον οὐδέν. *Galen.* de praenot. 1. ἐν δὲ τῷ περὶ ἱερῆς νόσου καὶ πλείω γέγραπται πρὸς ἔλεγχον τῶν οἰομένων ὑπὸ θεῶν γίνεσθαι τὰ νοσήματα. μήτ' οὖν οἰόμεθα τὴν ἐπιληψίαν θεῖον εἶναι νόσημα. *Aret. Cappad.* de Morb. Chron. I. 4. περὶ ἐπιληψίης —— ἀλλὰ καὶ ἄδοξος ἡ συμφορή. ΔΟΚΈΕΙ γὰρ τοῖσι ἐς τὴν σελήνην ἀλιτροῖσι ἀφίκνεσθαι ἡ νοῦσος, τοὔνεκεν ἱερὴν ΚΙΚΛΗΣΚΟΥΣΙ τὴν πάθην, ἀτὰρ καὶ δι' ἄλλας προφάσιας, ἢ μέγεθος τοῦ κακοῦ, ἱερὸν γὰρ τὸ μέγα, ἢ ἴησιος οὐκ ἀνθρωπίης ἀλλὰ θείης. ἢ δαίμονος δόξης εἰς τὸν ἄνθρωπον εἰσόδου, ἢ ξυμπάντων ὁμοῦ, τήνδε ἐκίκλησκον ἱερήν. *Alex. Trallian* I. 15. de morbo comitiali. Ἐκάλεσαν δὲ αὐτὸ τοῦτό τινες καὶ ἱερὰν νόσον, διὰ τὸ ἱερὸν καὶ τίμιον εἶναι τὸν ἐγκέφαλον· ἄλλοι δὲ ἡρακλείαν νόσον, διὰ τὸ ἰσχυρὸν καὶ δυσμετάθετον τῆς νόσου. καὶ ἄλλοι ἄλλως ὠνόμασαν, ἀλλ' οὐ δεῖ γράφειν ἅπαντα, ἐκεῖνα δὲ μᾶλλον ὅσα ἁρμόττει ταῦτα γὰρ μᾶλλον εἰδέναι δεῖ καὶ σπουδάζειν. & Σεληνιακὸς ὢν ἔπεσε. *Aurelian.* de Morb. Chron. I. 4. Epilepſia —— appellatur etiam paſſio —— Sacra, ſive quod divinitus putetur immiſſa &c. & 3. de incubo, eſt autem ſupradicta paſſio epilepſiae tentatio. Nam quod neque Deus, neque ſemideus neque Cupido ſit, pleniſſime Soranus explicavit. Iſta igitur *paſſione poſſeſſos* &c. *Philoſtorgius* VIII. 10. θεάσασθαι δὲ τὸν Ποσειδώνιον ἐν ἰατρικῇ διαπρέποντα. λέγειν δ' αὐτὸν ὅμως οὐκ ὀρθῶς, οὐχὶ δαιμονίων ἐπιθέσει τοὺς ἀνθρώπους ἐκβακχεύεσθαι, ὑγρῶν δὲ τινων κακοχυμίαν τὸ πάθος ἐργάζεσθαι. μηδὲ γὰρ εἶναι τὸ παράπαν ἰσχὺν δαιμόνων ἀνθρώπων φύσιν ἐπηρεάζουσαν. *Actuar.* I. 35 de melancholicis affectibus. —— Τὸ δὲ τῶν ἐνθεαστικῶν μελαγχολίας ἄν τις θείη εἶδος· οἵδε γὰρ δοκοῦσιν ὑπὸ μείζονός τινος ἐφορᾶσθαι δυνάμεως, καὶ προλέγειν οἷον πειρῶνται τὰ ἐσόμενα, καθάπερ εἴ τινες ἐνθεάζοντες. *Dio Chryſ.* XXIII. p. 278. C. ὅπως δὲ χρὴ δαιμόνιόν τι πονηρὸν ἡγεῖσθαι καὶ ἄδικον καὶ ἀνόητον, οὐκ ἔχω εἰπεῖν —— ἀλλ' ἐγὼ νῦν οὐ κατὰ τὴν ἐμαυτοῦ δόξαν διείλεγμαι τὰ πολλὰ —— ἀλλὰ τὴν τῶν πολλῶν ἀνθρώπων. & XXV. περὶ τοῦ δαίμονος —— τὸ κρατοῦν ἑκάστου. *Serenus Sammonicus* c. 57. de Comitiali morbo. Eſt ſubiti ſpecies morbi, cui nomen ab illo eſt, quod fieri nobis ſuffragia juſta recuſat, ſaepe etenim membris atro languore caducis Conſilium populi labes horrenda diremit. Ipſe Deus memorat dubiae per tempora *Lunae* conceptum, talis quem ſaepe ruina profudit. Prodeſt cum veteri Baccho fel vulturis ampli &c. *Plin.* H. N. II. 5. inferis quoque in genera *deſcriptis*, morbisque, & multis etiam peſtibus, dum eſſe placatas trepido metu cupimus. Ideoque etiam publice Febris fanum in palatio dicatum eſt. *Apulej.* de Virtut. Herbar 10. de Artemiſia. Fugat & daemonia in domo poſita. & 19. 6. Si infans contriſtatus fuerit, herba Ariſtolochia ſuffumigabis infantem: hilarem facit, & convaleſcit infans fugato daemonio. *Ariſtot.* de Mirab. Auſcult. Extrem. ἐν τῷ Νείλῳ ποταμῷ γεννᾶσθαι λίθον φασὶ κυάμῳ παρόμοιον, ὃν ἂν κύνες ἴδωσιν οὐχ ὑλακτοῦσι, συντελεῖ δὲ καὶ τοῖς δαίμονί τινι γενομένοις κατόχοις [Thraſyll. & Plut. ποιεῖ δὲ ἄριστα πρὸς τοὺς δαιμονιζομένους] ἅμα γὰρ τῷ προστεθῆναι ταῖς ῥισὶν ἀπέρχεται

[Thra.

[Thra. ἐξέρχεται] τὸ δαιμόνιον & ex eo Thrasyllus Ægyptiacus ap. *Stobaeum* XCVIII. & *Plut.* de fluviis p. 3. *Strabo* V. p. 346. A. φερωνία πόλις ἐστιν, ὁμώνυμος ἐπιχωρίᾳ τινι δαίμονι τιμωμένῃ σφόδρα ὑπὸ τῶν περιοίκων, ἧς τέμενος ἐστὶν ἐν τῷ τόπῳ θαυμαστὴν ἱεροποιΐαν ἔχον, γυμνοῖς γὰρ ποσὶν διεξίασιν ἀνθρακιὰν καὶ σποδιὰν μεγάλην οἱ κατεχόμενοι ὑπὸ τῆς δαίμονος ταύτης ἀπαθεῖς. *Dionys. Halic.* de Demosth. 22. τῶν τὰ κορυβαντικὰ τελουμένων, εἴτε ὀσμαῖς ἐκεῖνοιγε εἴτε ἤχοις εἴτε τῶν δαιμόνων πνεύματι αὐτῷ κινούμενοι, τὰς πολλὰς καὶ ποικίλας ἐκεῖνοι λαμβάνουσι φαντασίας. *Martian. Capella* in nuptiis Philol. Xenocrates Organicis modulis lymphaticos liberabat, Thaleatem Cretensem compertum est citharae suavitate morbos ac pestilentiam fugasse. Nos phreneticos legimus ab Asclepiade vel fidicularum vel tibiarum cantu adhibito sanatos. L. XXI. 1. 43. D. Si adeo nullius sit pretii, ut ne expediat quidem tale mancipium domino habere, velut si furiosum aut lunaticum sit. *Dioscorides* 1013. τὴν ῥάμνον, ἥν τις ἄρῃ ἐν λειψοσελήνῳ, καὶ βαστάζῃ, ὠφελεῖ πρὸς φάρμακα, καὶ πρὸς ἀνθρώπους φαύλους —— καὶ πρὸς πόνον κεφαλῆς, καὶ δαίμονας, καὶ ἐκπομπὰς & 1020. τὴν βούφθαλμον σελήνης αὐξανούσης λαμβάνειν δεῖ, ποιεῖ δὲ πρὸς φόβους καὶ δαίμονας, καὶ βασκοσύνας καὶ φάρμακα κακὰ ταῦτα προσρέφουσα. & 1015. 1021. *Plotin.* Ennead. II. 9. 14. ὑποστησάμενος τὰς νόσους δαίμονας, καὶ ταῦτα ἐξαιρεῖν λόγῳ φάσκοντες δύνασθαι καὶ ἀπαγγέλλοντες, σεμνότεροι μὲν ἂν εἶναι δόξειεν παρὰ τοῖς πολλοῖς, οἱ τὰς παρὰ τοῖς Μάγοις δυνάμεις θαυμάζουσι, τοὺς μέντοι εὖ φρονοῦντας οὐκ ἂν πείθοιεν, ὡς οὐχ αἱ νόσοι τὰς αἰτίας ἔχουσιν, ἢ καμάτοις, ἢ πλησμοναῖς ἢ ἐνδείαις, ἢ σήψεσι, καὶ ὅλως μεταβολαῖς ἢ ἔξωθεν τὴν ἀρχὴν ἢ ἔνδοθεν λαβούσαις, Δηλοῦσι δὲ καὶ αἱ θεραπεῖαι αὐτῶν, γαστρὸς γὰρ ῥυείσης, καὶ φαρμάκου δοθέντος διεχώρησε κάτω εἰς τὸ ἔξω τὸ νόσημα, καὶ αἵματος ἀφῃρημένου. καὶ ἔνδεια δὲ ἰάσατο, ἢ πεινήσαντος τοῦ δαιμονίου καὶ τοῦ φαρμάκου ποιήσαντος τήκεσθαι, ποτὲ δὲ ἀθρόως ἐξελθόντος ἢ μένοντος, πῶς ἔνδον ὄντος οὐ νοσεῖ ἔτι; εἰ δὲ ἐξελήλυθε, διατί; τί γὰρ αὐτὸ πέπονθεν, ἢ ὅτι ἐτρέφετο ὑπὸ τῆς νόσου; ἦν ἄρα ἡ νόσος ἑτέρα οὖσα τοῦ δαίμονος. ἔπειτα, εἰ οὐδενὸς ὄντος αἰτίου εἴσεισι, διὰ τί οὐκ ἀεὶ νοσεῖ; εἰ δὲ γενομένου αἰτίου, τί δεῖ τοῦ δαίμονος πρὸς τὸ νοσεῖν; τὸ γὰρ αἴτιον τὸν πυρετὸν αὐτάρκες ἐστιν ἐργάσασθαι. γελοῖον δὲ ἅμα τὸ αἴτιον γενέσθαι, καὶ εὐθέως ὥσπερ παρυποστῆναι τῷ αἰτίῳ τὸ δαιμόνιον αἴτιον ὄν. Fatetur *Origenes* Medicos a sua sententia recedere. in Matth. XVII. 15. Ἰατροὶ μὲν οὖν φυσιολογείτωσαν, ἅτε μήτε ἀκάθαρτον πνεῦμα εἶναι νομίζοντες κατὰ τὸν τόπον, ἀλλὰ σωματικὸν σύμπτωμα —— ἡμεῖς δὲ &c. & *Psellus* de Operat. Daemon. ἀλλ', ὦ Μάρκε, εἶπον, ἕτερ' ἄττα πείθουσιν ἡμᾶς φρονεῖν ἰατρῶν παῖδες, οὐ δαιμόνων ἔκγονα τὰ πάθη ταῦτα λέγοντες εἶναι. Nec tamen facile nobis persuadebunt, ut de morbi natura potius credamus Origeni Philosopho Platonico, quam omnibus medicis: aut ut putemus *Lucam* Evangelistam, qui Medicus fuit *Col.* IV. 14., non cum medicis consensisse, licet cum vulgo fuerit locutus. Uti enim *Joannes* I. Ep. IV. 1. πνεύματα vocat, non eos qui spiritu afflabantur, sed qui afflari dicebantur: ita & hic daemonia possunt vocari ex opinione & sermone vulgi. 1. *Chron.* X. 13. 2. *Chron.* XXXIII. 6.

7. Ultimo loco observamus, Judaeorum Christianorumque doctissimos ita passim de Daemoniacis fuisse locutos, ut nullam Diaboli in illis ἐνέργειαν agnoscerent; quod hodie tamen paulo tectius atque cautius, ne superstitiosiores aut potentiores offendantur, fieri solet. *Bava Mezia* f. 107. 2. Tradunt Magistri: tredecim res dicuntur dejentaculo matutino, liberat a calore & frigore, ab incommodis, a daemonibus מן המזיקין. *Maimonides* in Sabbat. II. 5. Spiritum malum vocant omnes species morborum, qui vocantur Melancholia. Nam est species ex morbis dictis, quae facit, ut aegrotus fugiat, & abalienetur a natura humana in meliori statu constituta, quando videt lumen, aut quando in conversationem hominum incidit: contra delectetur ipse, & acquiescat anima ipsius, in tenebris & in solitudine, tempore paroxysmi. Et haec res deprehenditur multum in viris egregiis. & in Erubin. III. 4. Spiritum malignum vocant omne damnum, quod non venit a manu hominis, sed alia, quaecunque illi fuerit causa. in Gittin. VII. 1. quem cepit Cardiacus. *Bartenora:* animus perturbatur ob malum spiritum, qui praedominatur in eo, qui bibit vinum novum. At *Maimon.* est infirmitas, quae procedit ex recessu cerebri, unde perturbatur mens. *Sanhedrin* f. 65. 2. *Deut.* XVIII. 11. Hic est qui jejunium sibi indicit, abitque & pernoctat in monumento, ut descendat super eum Spiritus immundus. Cum R. Akiba ad hunc locum pervenisset, flevit: quid? qui jejunium sibi indicit ut descendat super eum Spiritus immundus, quanto magis qui jejunium sibi indicit ut descendat super eum Spiritus purus? *Pirke Eliezer* 13. cuinam haec res est similis? Homini in quo est spiritus malus, & opera quae facit omnia ex ejus sententia facit, & omnia verba quae loquitur ex ejus sententia loquitur, annon ipse non facit nisi ex sententia Spiritus mali qui est in eo? ita serpens omnia opera quae fecit & omnia verba quae locutus est, non dixit nec fecit nisi ex sententia Samaelis. R. *Salomo* in *Exod.* XXIX. 24. agitatio cohibebat spiritus malos. in *Lev.* XXIII. 11. agitatio antrorsum & retrorsum ad cohibendos malignos Spiritus, sursum vero ac deorsum ad umbras prohibendas. *Cyrill.* Glaphyr. p. 381. ad *Jo.* VIII. 48. δαιμονιῶντας ἐκάλουν τοὺς εἰδωλολάτρας. *Theodoret.* in *Ps.* XCI. 6. δαιμόνιον δὲ μεσημβρινὸν κατὰ τὴν παρὰ τοῖς πολλοῖς τέθεικε δόξαν. *Caesarius* Quaest. CXII. εἰ μηδὲν ἐκ τῶν ἄστρων εὐεργετοῦνται ἢ ἀδικοῦνται οἱ ἄνθρωποι, πῶς τὸ Εὐαγγέλιον σεληνιαζομένους λέγει τοὺς ἐπιληπτικοὺς ἀφροῦντας καὶ ῥησσομένους; ἀποκρ. Σεληνιαζομένους φησὶ κατὰ τὴν πρόχειρον τῶν πολλῶν ὑπόνοιαν, μὴ χωρούντων ἀκοῦσαι τὸ ὑψηλότερον. *Agobardus* Epist. ad Bartholomaeum. Ita ut caderent quidam more Epilepticorum, vel eorum, quos Daemoniacos vulgus putat vel nominat. *Gariopontus* l. 1. 6. ap. Cangium in Glossario. Epilepsiae genera duo sunt, unum est, in quo subito cadunt nescientes, & contractionem manuum pedumque patiuntur, & cervicis tremorem. Aliud in quo spumant & stertunt, nec contrahuntur membra, cum ceciderint, quos vulgus daemoniacos dicit & c. 7. qui cum tremore totius corporis tenentur, a Daemoniis teneri dicuntur. *Can. Apost.* LXXIX. ἐάν τις δαίμονα ἔχῃ κληρικὸς μὴ γενέσθω. Balsamon: ὁ δαιμονιζόμενος ἐστέρηται λογισμοῦ καὶ διαθέσεως. Paulo post ipsum vocat μαινόμενον, & distinguit μανίαν ἐκ διαλείμματος aut διηνεκῶς. Παύλου Διατάξεις MS. Voss. εἴ τις δαίμονα ἔχῃ, διδασκέσθω μὲν τὴν εὐσέβειαν, μὴ προσδεχέσθω δὲ εἰς κοινωνίαν, πρὶν ἂν καθαρισθῇ. Εἰ δὲ θάνατος κατεπείγει, προσδεχέσθω. *Theophylact.* in l. σεληνιαζομένους δὲ λέγει τοὺς δαιμονῶντας. *Hieron.* in Gal. III. 1. Quod autem sequitur: quis vos fascinavit, digne Paulo, qui, etsi imperitus est sermone, non tamen scientia, debemus exponere: non quo scierit, esse fascinum, qui vulgo putatur noce-

καὶ ἐθεράπευσεν αὐτούς. Καὶ ἠκολούθησαν αὐτῷ ὄχλοι πολλοὶ ἀπὸ τῆς Γα- 25
λιλαίας καὶ Δεκαπόλεως καὶ Ἱεροσολύμων καὶ Ἰουδαίας, καὶ πέραν τοῦ Ἰορδάνου.

1 Ἰδὼν

καὶ παραλυτικοὺς, καὶ ἐθεράπευσεν αὐτοὺς] —— 64. ἐθεράπευσεν αὐτοὺς] πάντας ἐθεράπευσεν D.
25. αὐτῷ] τῷ Ἰησοῦ Evang. 9. 10. 17. καὶ Ἰουδαίας] —— Colb. a prima manu.

nocere, sed usus sermone sit trivii, & ut in caeteris ita & in hoc quoque loco verbum quotidianae sermocinationis assumserit. —— Dicitur fascinus proprie infantibus nocere & aetati parvulae, & his qui necdum firmo vestigio figant gradum. Unde & quidam e gentilibus: Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos. Hoc utrum verum nec ne sit, Deus viderit. —— Nunc illud in causa est, quod ex opinione vulgi sumtum putamus exemplum. —— Quod si aliquis contradicit, exponat quomodo de communi opinione sit sumtum, vallis Titanorum in Regum libris, Syrenae & onocentauri in Esaja: Arcturus, & Plejades in Job, & caetera his similia, quae utique vocabula gentilium fabularum & causas & origines habent. *Castalio* δαιμονιζομένους vertit *furiosos*. *Mabillon.* ad Gregor. Turonens. incursum daemonii meridiani esse subitam quandam & apertam mali violenti incursionem, qua quis sensuum mentisque facultate privatur. Sic dictum quod a daemone imprimi *crederetur*. *Eusthath.* in Il. α. 65.48. τῇ δ' αὐτῇ ἀρτεμίδι, ταυτὸν δ' εἰπεῖν ἑκάτῃ, καὶ μανίδα θύεσθαι φασὶν, διὰ τὸ δοκεῖν μανιῶν αἰτίαν εἶναι τισιν, ὡς οἷον εἰπεῖν τοῖς σεληνιαζομένοις. *Jos. Medus* de Daemoniacis Dissert. VI. in *Jo.* X. 20. C. *Vitringa* in Apoc. XVIII. 2. estque illa popularis opinio, antiquis jam populis recepta, in vastis desertisque locis habitare daemones. *Matth.* XII. 43. —— a qua populari sententia, ut saepe alias fit, desumi potuit locutio, qua id solummodo intendit Spiritus S., ut plenariam & praecisam doceat vastationem illis esse inferendam locis. H. *Hammond.* in *Psal.* LVIII. 4. Habemus hic apertum testimonium de consuetudine incantandi serpentes —— qui aurem obturare dicuntur. Potuit autem Psaltes hoc exemplo uti, sive exacte id verum sit sive non, ut rei vulgo creditae compararet obstinationem hominis impii. *L. Bos* in Jo. VII. 20. κακοδαιμονᾷν est apud Aristophan. in Pluto Act. II. Scen. 4. ubi Blepsidemum ter separatis vicibus insectatur Chremistus dicens: οὐχ' ὑγιαίνειν μοι δοκεῖς. μελαγχολᾷς. κακοδαιμονᾷς. Ex quo loco cernere licet, tria illa insaniam innuere, at postremum hoc κακοδαιμονᾷν gravissimam insaniae speciem, extremam sc. dementiam, furorem vehementissimum, cujus auctor *credebatur* esse κακοδαίμων. Idem Comicus paullo post conjungit μανίαν & κακοδαιμονίαν Act. II. Sc. V. Τίς ἂν οὐχ' ἡγοῖτ' εἶναι μανίαν, κακοδαιμονίαν δ' ἔτι μᾶλλον; Similiter Isocrates jungit Orat. Areop. p. 305. μηδ' ἀγαπᾷν, εἰ κακοδαιμονησάντων καὶ μανέντων ἀνθρώπων νομιμώτεροι γεγόναμεν. Habet tamen δαιμονίζεσθαι Plut. Symp. Q. VII. 5. in fine. ὥσπερ γὰρ οἱ μάγοι τοὺς δαιμονιζομένους κελεύουσι τὰ ἐφέσια γράμματα πρὸς αὐτοὺς καταλέγειν καὶ ὀνομάζειν. Cel. *J. Alberti* ad Matth. XI. 18. Optime Castellio: & eum dicunt esse furiosum. Id saepe notant phrases δαιμονίου, δαιμονίζεσθαι, δαιμονᾷν, & κακοδαιμονᾷν vid. Cl. *Bos.* ad Jo. VII. 20. *Sophocl.* Ajac. vers. 244. Κακὰ δεννάζων ῥήμαθ', ἃ Δαίμων κοὐδεὶς ἀνδρῶν ἐδίδαξεν Schol. δαίμονα δὴ φησὶ τὴν μανίαν. Jo. X. 30. haec duo junguntur δαιμόνιον ἔχει & μαίνεται. Benjamin & Jacobus *Daillon* fratres V. D. M. existimarunt, daemoniacos, de quibus in Evangeliis sermo est, nonnisi aegrotos fuisse, H. *Morus* Opp. Theol. p. 134. Furiosi, lunatici, epileptici, omnesque omnino homines extraordinaria aliqua Melancholiae intemperie laborantes, censebantur a Judaeis & vocabantur Daemoniaci, populo aeque prono existente ad adscribendum naturales morbos Diabolo, quam Medici sunt ad adscribendum intemperies vexationesque diabolicas naturae. *M. Borrhaus* in 1. *Reg.* XXVIII. Quod de Samuele evocato mentio hic fit, sacra narratio indicat, id accipiendum esse de opinione Sauli & maleficae, qui putarint Samuelem evocatum, a daemone ludificati: non de sententia Dei, qui indicet vere Samuelem ex inferis revocatum. *F. Battierius* & *T. Gernlerus* in Annot. Germanicis. 1. *Sam.* XVI. 14. 23. XVII. 55. XXVIII. 12. *Matth.* XI. 18. *Jo.* VII. 20. *H. Zanchius* in Epist. ad Coloss. I. 16. Crediderim Apostolos per concessionem potius has voces, quibus Hebraei varios gradus inter Angelos significabant, posuisse, quam quod certo noverint, rem ita se habere. *Infantius & Beausobre* Annott. in N. T. Gallic. Matth. XII. 45. XI. 18. IV. 24. Act. XVI. 16. fatentur, inter sanatos a Christo daemoniacos etiam fuisse, quorum morbus caussas naturales habuerit, licet Judaei ex praejudicata opinione ad Diabolum autorem retulerint. *Calvin.* in Psalm. XXIV. 2. Non disputat philosophice David de terrae situ, ubi dicit, super maria fundatam, sed populariter loquens ad rudium captum se accommodat. *Hieron.* in l. non vere lunaticos, sed qui putabantur lunatici ob daemonum fallaciam, qui, observantes lunaria tempora, creaturam infamare cupiebant, ut in creatorem blasphemiae redundarent. Denique nostram de Daemoniacis sententiam video probari Cl. Viro *Richardo Mead* libello nuperrime edito, cui titulum facit *Medica Sacra, de morbis insignioribus, qui in bibliis memorantur.* Capite IX. & in Praefat.

παραλυτικοὺς] *Aretaeus. Capp.* de Morb. Chron. I. 7. ἀποπληξίη, παραπληγίη, πάρεσις, παράλυσις, ἅπαντα τῷ γένει τωυτά. ἢ γὰρ κινήσιος ἢ ἁφῆς ἢ ἀμφοῖν ἐστὶ ἔκλειψις, κότε δὲ γνώμης, κότε δὲ τῆς ἄλλης αἰσθήσιος. ἀλλ' ἀποπληξίη μὲν ὅλου τοῦ σκήνεος καὶ τῆς αἰσθήσιος τε καὶ γνώμης καὶ κινήσιος ἐστὶ παράλυσις —— παραπληγίη δὲ πάρεσις μὲν ἁφῆς καὶ κινήσιος, ἀλλὰ μέρεος, ἢ χειρὸς ἢ σκέλεος. παράλυσις δὲ ὡς ἐπίπαν, κινήσιος μοῦνον, ἐνεργείης τε πάρεσις. *Plaut* . . . sideratus est, moveri non potest. *Scribonius Largus.* Facit ad tremulos & sideratione tentatos utralibet, una enim ex contractione, altera cum remissione nervorum conspicicitur; παράλυσιν hoc utrumque vitium vocant.

25. ὄχλοι] ὄχλος —— ὁ συνεστραμμένος λαὸς *Etym.* M.

Δεκαπόλεως] *Jos.* Vit. 65. σὺ δὲ καὶ πάντες τιβεριεῖς —— τὰς ἐν τῇ Συρίᾳ Δέκα πόλεις ἐπολεμεῖτε. σὺ γοῦν τὰς κώμας αὐτῶν ἐνέπρησας. —— καί τινα τρόπον ἐν Πτολεμαΐδι Ουεσπασιανοῦ κατεβόησαν οἱ τῶν δέκα πόλεων ἔνοικοι. B. III. 9. 7. εἰς Σκυθόπολιν. ἡ δὲ ἐστι μεγίστη τῆς Δεκαπόλεως, καὶ γείτων τῆς τιβεριάδος. *Euseb.* Δεκάπολις ἐν εὐαγγελίοις. αὕτη ἐστὶν ἡ ἐπὶ Περαίᾳ κειμένη ἀμφὶ τὸν Ἵππον καὶ Πέλλαν καὶ Γαδάραν. *Epiph.* Adv. Haer. I. ἐν τῇ Δεκαπόλει, περὶ τὰ τῆς Πέλλης μέρη. *Plin.* H. N. XV. 4. de olivis.

1 ΙΔὼν δὲ τοὺς ὄχλους, ἀνέβη εἰς τὸ ὄρος· καὶ καθίσαντος αὐτοῦ, προσῆλθον αὐ-
2 τῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ. Καὶ ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ, ἐδίδασκεν αὐτοὺς, λέ-
3 γων· Μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι· ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐ-
ρανῶν.

1. δὲ] + Ἰησοῦς 28. 30. Versio *Syr. Vulg. Chryſ.* eſt initium Lectionis Eccleſiaſticae.
2. ἐδίδασκεν] ἐδίδαξεν D.
3. τῷ] —— D. a prima manu.

yis. Decapoli Syriae perquam parvae, nec cappari majores, carne tamen commendantur. & V. 16. Jungitur ei [Judaeae] latere Syriae Decapolitana regio, a numero oppidorum, in quo non omnes eadem obſervant: plurimi tamen Damaſcum ex epoto riguis amne Chryſorrhoa fertilem, Philadelphiam, Raphanam, omnia in Arabiam recedentia: Scythopolin —— Gadara Hieromiace praefluente, & jam dictum Hippon, Dion, Pellam aquis divitem, Galaſam, Canatham. Intercurſant cinguntque has urbes Tetrarchiae, regionum inſtar ſingulae, & in regna contribuuntur, Trachonitis, Paneas, in qua Caeſarea, Abila, Arca, Ampeloëſſa, Gabe.

1. ἀνέβη εἰς τὸ ὄρος] τὸ ὄρος ſignificat certum & notum montem, Taborem intelligo. Lucas addit, eo Jeſum conceſſiſſe ut oraret VI. 12. vid. etiam *Matth.* XVII. 1. Ita Moſes montem Sinai conſcendit, primo ſolus, dein comitatus Senioribus *Exod.* XIX. 3. XXIV. 1. unde Lex à Deo promulgata eſt. Quin & benedictiones & maledictiones ex montibus Ebal & Garizin pronunciatae leguntur *Deut.* XXVII. 12. 13. &c. *Philo* de Decalogo T. 2. p. 180, 13. B. inquirit in cauſſam, cur Lex non in urbe ſed in deſerto promulgata ſit, & reſpondet ὅτι αἱ πολλαὶ τῶν πόλεων ἀμυθήτων κακῶν εἰσι μεσταὶ, καὶ τῶν πρὸς τὸ θεῖον ἀνοσιουργημάτων καὶ τῶν πρὸς ἀλλήλους ἀδικημάτων —— εἰς ἃ πρῶτον ἀπιδὼν ἔξω πόλεως ἐβουλήθη νομοθετεῖν. addit p. 183, 9. C. αἱ δ' εἰσὶν ἐν στοχασμοῖς εἰκόσιν αἰτίαι λεγόμεναι περὶ τοῦ διαπορηθέντος. τὰς γὰρ ἀληθεῖς θεὸς οἶδε μόνος.

καθίσαντος] *Thomas.* καθίζω ἐγὼ καὶ καθίζομαι, καὶ καθίζω ἕτερον. τὸ δὲ καθίζω οὐ μόνον ἀντὶ τοῦ ἕτερον ποιῶ καθίζειν, ἀλλὰ καὶ ἐμαυτόν. *Lucian.* Soloec. 11. τὸ δὲ καθίζω τοῦ καθέζομαι ἄρα σοι δοκεῖ μικρῷ τινὶ διαφέρειν, εἴπερ τὸ μὲν ἕτερον δρῶμεν τὸ καθίζειν λέγω, τὸ δὲ μόνους ἡμᾶς αὐτοὺς τὸ καθέζεσθαι.

προσῆλθον] propius acceſſerunt diſcipuli, quam turba.

2. ἀνοίξας τὸ στόμα] ore aperto loqui, eſt clara voce & cum fiducia loqui: opponitur ei qui clam muſſitat, aut murmurat, & in aurem alterius aliquid inſuſurrat. *Ezech.* XXI. 22. διανοῖξαι στόμα ἐν βοῇ, ὑψῶσαι φωνὴν μετὰ κραυγῆς. *Matth.* XIII. 35. *Act.* X. 34. 2. *Cor.* VI. 11. *Eph.* VI. 19. *Bereſchith* R. VIII. 7. Cum Moſes veniſſet ad ſectionem hanc, ubi dicitur: Faciamus hominem ad imaginem noſtram & ad ſimilitudinem noſtram, dixit: Domine mundi cur tu das פתחון פה apertionem oris haereticis? & 8. Quaeſiverunt Epicurei ex R. Samlai: Quot dii creaverunt mundum? —— Reſpondit: crearunt Dii non ſcriptum ſed creavit Deus. In quocunque loco reperis apertionem oris Epicureis datam, reperis reſponſionem ad latus. *Lucian.* Philopſeud. 33. ἐκείνου μὲν οὖν ἤκουσα οὐ κατὰ τὸ κοινὸν τοῖς πολλοῖς ἄσημόν τινα φωνὴν, ἀλλά μοι καὶ ἔχρησεν ὁ Μέμνων αὐτὸς ἀνοίξας τὸ στόμα ἐν ἔπεσιν ἑπτά. *Ariſtoph.* Aves 1716. ἀλλὰ χρὴ θεᾶς Μούσης ἀνοίγειν ἱερὸν εὔφημον στόμα. *Aeſchyl.* Prometh. Vinct. 612 —— ἁπλῷ λόγῳ ὥσπερ δίκαιον πρὸς φίλους οἴγειν στόμα. *Aeneid.* II. 246. Tunc etiam fatis aperit Caſſandra futuris Ora Dei juſſu.

3. μακάριοι] *Thomas:* ὄλβιος, οὐ μακάριος. Aliter autem vult uſus, quem penes arbitrium eſt & jus & norma loquendi.

μακάριοι —— τῷ πνεύματι] Chriſtus quo attentiores reddat Auditores, doctrinam ſuam proponit per enunciata quaedam παράδοξα, quae prima quidem ſpecie falſa videntur, conſiderantibus autem veriſſima eſſe agnoſcuntur. Poſſumus autem genus humanum in tres claſſes dividere, in vulgus, perſpicaciores, & diſcipulos Chriſti. Vulgus temere ex primo aſpectu, & praeconceptis pravis opinionibus judicans, felicitatem in praeſenti voluptate & miſeriam in praeſenti dolore collocat, idque unice ſectatur quod ſenſibus gratum, id fugit quod moleſtum eſt. Prudentiores vero & perſpicaciores, levem & brevem moleſtiam in lucro ponunt, ſi illam ferendo aut magnum malum imminens vitari, aut magnum aliquod bonum acquiri poteſt: contra lucrum aliquod praeſens negligunt, aut voluptatem oblatam averſantur, ſi praevident ex illo lucro ingens damnum & ex illa voluptate magnum dolorem poſtea enaſciturum. Haec eſt Epicuri regula, quam tamen ultra anguſtos hujus vitae limites non extendit. Diſcipuli tandem Chriſti omnia ad aeternam vitae alterius felicitatem referunt, & prout quaeque res ad eam vel ducit vel ab ea abducit, ad ſuam vel felicitatem vel miſeriam pertinere arbitrantur. Haec eſt ſapientia ſpiritualis & coeleſtis, quae philoſophiam hujus ſeculi tanto intervallo poſt ſe relinquit, quanto ipſa haec philoſophia vulgi imperitiae & temeritati praeſtat. Aliter judicat ſpiritus Dei, aliter ſpiritus hominis, ſive, ut ſcriptura loquitur, caro: qui carni ſunt miſeri, ſpiritui ſunt beati; ſpiritui, inquam, Dei, qui ſpiritus veritatis eſt, qui omnia intime cognoſcit, & praeſentia quae videntur, & futura quae non videntur. vid. 1. *Petr.* IV. 14. *Apoc.* XIV. 13. Jungo igitur μακάριοι τῷ πνεύματι Beati ſunt ſpiritui; quae phraſis ſimilis illi *Virg.* Ecl. III. 103. eris mihi magnus Apollo. *Horat.* Ep. I. 16. 66. Qui metuens vivit, liber mihi non erit unquam 56. Damnum eſt non facinus mihi pacto lenius iſto. Epiſt. II. 2. 89 Grachus ut hic illi, foret huic ut Mutius ille. *Ennius* Annal. XII. Hoſtem qui feriet mihi erit Carthaginienſis. *Cic.* Paradox. V. 2. An ille mihi liber, cui mulier imperat? —— ego vero iſtum non modo ſervum, ſed nequiſſimum ſervum appellandum puto *Marc.* XI. 17. *Luc.* XX. 38. *Act* XX. 22. 1. *Cor.* II. 14. *Jon.* III. 1. *Eſai.* XXVIII. 2. *Ruth.* II. 10. 1. *Sam.* XV. 13. *Jud.* XVII. 2. *Judith.* XIII. 18. 2. *Cor.* X. 4. *Act.* VII. 20. Pauperes ſpiritu vero, ut vulgo verba conſtituunt, nusquam leguntur; & ſi vim verborum & analogiam ſequimur, vituperandi potius quam laudandi ſunt, cum *Barnabas* Ep. §. 19. in laude ponat ἔσῃ ἁπλοῦς τῇ καρδίᾳ καὶ πλούσιος τῷ πνεύματι, *Philo* vero de Moſe T. 2.

ρανῶν. Μακάριοι οἱ πενθοῦντες· ὅτι αὐτοὶ παρακληθήσονται. Μακάριοι οἱ 5
πρα-

4. Comma quintum quarto praeponit D. Verſio *Latina*, *Clemens Strom.* IV. p. 356. *Origenes* in *Matth.* XXI. 3. *Euſebius*, in cujus Canone comma 4. eſt κεφάλαιον κη, comma 5. vero κζ. *Gregor. Nyſſ.* Hom. 2. & 3. *Juvencus*, *Ambroſius* in *Luc.* VI. 10. *Chromatius* de VIII. Beatitudd. *Hieronymus* in l. & in *Eſaj.* LXI. 1.
5. αὐτοὶ] — 33. vid. comm. 9.

2. p. 107, 15. πενίαν ψυχικὴν contemnat. Conf. *Act.* VI. 3. 5. *Apophth. Moſis* 8. τί θέλετε εἴπω ὑμῖν, σωματικὸν ἢ πνευματικόν; λέγουσιν αὐτῷ πνευματικόν. λέγει αὐτοῖς ὁ γέρων· ἀγαπήσατε τὴν θλῖψιν ὑπὲρ τὴν ἀνάπαυσιν καὶ τὴν ἀτιμίαν πλέον τῆς δόξης καὶ τὸ διδόναι μᾶλλον ἢ λαμβάνειν.

πτωχοὶ] πτωχὸς eſt mendicus, omnium rerum inops. πένης cui quidem nihil ſupereſt, ſed tamen ſuppetit, unde vivat. *Ariſtoph.* Plut. 552. Πτωχοῦ μὲν γὰρ βίος, ὃν σὺ λέγεις, ζῆν ἐςὶ μηδὲν ἔχοντα. τοῦ δὲ πένητος ζῆν φειδόμενον, καὶ τοῖς ἔργοις προσέχοντα, περιγίγνεσθαι δ' αὐτῷ μηδὲν, μὴ μέντοι μηδ' ἐπιλείπειν. *Euſtath.* in Od. σ. p. 651. 1. ὅτι παρὰ τοῖς μεθ' Ὅμηρον πτωχός μὲν ὁ δι' ἔνδειαν τροφῶν ἐπαιτῶν, ἀκολούθως Ὁμήρῳ, καὶ οὕτως τὴν γαςέρα βόσκων, πένης δὲ ὁ χερσὶ πονούμενος καὶ οὕτω ζῶν. & in Il. β. p. 22. *Ammonius* πένης καὶ πτωχὸς διαφέρει. Πένης μὲν γὰρ ὁ ἀπὸ τοῦ ἐργάζεσθαι καὶ πονεῖν πορίζόμενος τὸν βίον· Πτωχός δὲ ὁ ἐπαίτης, ὁ τοῦ ἔχειν ἐκπεπτωκὼς, ἢ ἀπὸ τοῦ πτώσσειν πτωχὸν ἀνηρὸν δαιτῶν ἀπολυμαντῆρα. καὶ ἐτυμολογῶν φησὶν, ἀλλὰ πτώσσων κατὰ δῆμον βούλεται αἰτίζων βόσκειν ἣν γαςέρ' ἄναλτον.

μακάριοι οἱ πτωχοὶ] Vulgo divites ſoli beati vocantur. *Sext. Empir.* a. Rhet. 53. βαλανεῖον μὲν γὰρ ἀνδρεῖον κατὰ τὴν συνήθειαν εἴρηται, ὁ δὲ πλούσιος μακάριος, καὶ ὁ θάνατος κακὸν τῶν δοξαςῶν. *Dio Chryſ.* XIX. p. 261. A. οἱ πτωχοὶ καὶ τοὺς μετρίως εὐπόρους μακαρίζουσι διὰ τὴν αὐτῶν ἀπορίαν. *Dionyſ. Hal.* Exc. p. 714. μακάριον τοῦτο ὑπῆρχεν, εἶναι τοὺς πλουσιωτάτους, ὡς τοῖς βασιλεῦσιν ὑμῖν δοκεῖ. *Horat.* S. II. 8. 1. Ut Naſidieni juvit te coena beati. Epiſt. I. 6. 47. Si res ſola poteſt facere & ſervare beatum, Hoc primus repetas opus, hoc poſtremus omittas. *Ariſtot.* Rhet. ad Alex. 36. τοὺς γὰρ ἰσχυροὺς καὶ τοὺς καλοὺς, καὶ τοὺς εὐγενεῖς, καὶ τοὺς πλουσίους οὐκ ἐπαινεῖν, ἀλλὰ μακαρίζειν προσήκει. Vit. Homer. p. 353. οἱ δὲ ἐκ τοῦ Περιπάτου —— ἐπαινετὸν μὲν γὰρ εἶναι καὶ θαυμαςὸν τὸ ἐν ἀλγηδόσι καὶ νόσῳ καὶ ἀπορίᾳ καὶ συμφοραῖς ἀβλήτοις χρῆσθαι τῇ ἀρετῇ, τῆς ψυχῆς ἀντεχούσης τοῖς κακοῖς, οὐ μέντοι αἱρετὸν, οὐδὲ μακάριον. *Lucian.* Nigrino. 23. οὐ γὰρ οὕτω τοῦ πλουτεῖν ἐρῶσιν, ὡς τοῦ διὰ τὸ πλουτεῖν εὐδαιμονίζεσθαι. *Varro* de L. L. 4. Beatus eſt, qui multa bona poſſidet. *Juvenal.* XIV. 119. animi felicis credit Avaros, qui mirantur opes, qui nulla exempla beati pauperis eſſe putant. III. 152. Nil habet infelix paupertas durius in ſe, quam quod ridiculos homines facit. *Themiſt.* XXVI. p. 320. ἵνα τῶν μακάρων τε καὶ πλουσίων δοκούντων. *Tibull.* I. 23. Vos quoque felicis quondam, nunc pauperis agri Cuſtodes. *Cic.* de N. D. III. 33. Duodequadriginta Dionyſius tyrannus annos fuit opulentiſſimae & beatiſſimae civitatis. Ut Judaei in hoc cum vulgo ſentirent, ſuadebat ipſa religio, non Sadducaeis ſolum, verum etiam Phariſaeis, qui cum donaria templi & multitudinem ſacrificiorum mirarentur, putabant eos Deo eſſe gratiſſimos, qui majores hoſtias & plura dona offerrent. *Hippocrat.* de aëre, aquis &c. εἰκὸς γὰρ τοὺς μὲν πλουσίους θύειν πολλὰ τοῖς θεοῖς, καὶ ἀνατιθέναι ἀναθήματα ὄντων χρημάτων, καὶ τιμᾶν. τοὺς δὲ πένητας ἧσσον διὰ τὸ μὴ ἔχειν, ἔπειτα δὲ ἐπιμεμφομένους, ὅτι οὐ διδόασιν χρήματα αὐτοῖσι. Huc accedit, quod ſe honoribus & divitiis a Meſſia cumulatum iri ſperabant.

Philoſophi tamen & prudentiores auſi ſunt hanc vulgi opinionem in dubium vocare. *Silius* l. 610. Concilium vocat auguſtum caſtaque beatos Paupertate patres. *Horat.* Carm. IV. 9. Non, poſſidendentem multa vocaveris Recte beatum: rectius occupat Nomen beati, qui Deorum Muneribus ſapienter uti Duramque callet pauperiem pati, Pejusque letho flagitium timet. Non ille pro caris amicis Aut patria timidus perire. Serm. II. 8. 18. divitias miſeras. 6. 74. Divitiis homines an ſint virtute beati. Epiſt. I. 17. 9. Nam neque divitibus contingunt gaudia ſolis. *Iſocr.* in Panegyr. ap. Dion. Hal. Graeci veteres τὴν εὐδαιμονίαν οὐ πρὸς ἀργύριον ἔκρινον. *Dio Chryſ.* LXXI. p. 629. B. ὡς πάντας ἀθλίους ὄντας τοὺς ἀπαιδεύτους, ἀρξαμένους ἀπὸ τῶν πλουσίων δὴ καὶ μακαρίων δοκούντων. Plato Epiſt. VII. ὁ δὲ τοὺς πλουσίους εὐδαίμονας ὀνομάζων λόγος αὐτός τε ἄθλιος, γυναικῶν καὶ παίδων ἂν λόγος ἄνους, τοὺς πειθομένους τε ἀπεργάζεται τοιούτους. *Liban.* Moral. p. 940. A. ὁ δὲ, ὦ εὐδαίμονες οἱ ἄνδρες, ἐβόησε —— ἐγὼ δὲ οὐκ, ἔφην, οἷς ἐςι πλοῦτος, τούτους πάντως δεῖν καὶ μακαρίους νομίζειν. *Cic.* ad Attic. I. 14. prima concio Pompeji qualis fuisſet, ſcripſi ad te antea, non injucunda miſeris, inanis improbis, beatis non grata, bonis non gravis. & 19. tu autem beatos homines, hos piſcinarios dico amicos tuos non obſcure nobis invidere. *Juvenal.* I. 66 qui ſe laetum atque beatum exiguis tabulis & gemma fecerat uda: *Aurel. Vict.* in Hadriano. Ipſe, uti beatis locupletibus mos, Palatia extruere, curare epulas, ſigna, tabulas pictas. *Macrob.* Saturn. I. 11. Δοῦλος ἐπίκτητος γενόμην, καὶ σώματι πηρὸς, καὶ πενίην ἄκρος καὶ φίλος ἀθανάτοις. Bonae mentis ſoror paupertas. *Euripid.* Phaëthon. 7. δεινόν γε τοῖς πλουτοῦσι τοῦτο δ' ἔμφυτον Σκαιοῖσιν εἶναι. Archel. 52. Πλουτεῖς; ὁ πλοῦτος δ' ἀμαθία δειλόν θ' ἅμα. Alexandr. 35. ἄδικον θ' ὁ πλοῦτος, πολλὰ δ' οὐκ ὀρθῶς ποιεῖ. Phoeniſ. 600. δειλὸν δ' ὁ πλοῦτος καὶ φιλόψυχον κακόν. Polyid. 11. ἐν τῷ γὰρ ὄλβῳ φαυλότης ἔνεςί τις, Πενία δὲ σοφίαν ἔλαχε διὰ τὸ δυςυχές. *Euphorian.* κακὸν τὸ παίδευμ' ἐςὶν εἰς εὐανδρίαν Ὁ πλοῦτος ἀνθρώποισιν, αἵ τ' ἄγαν τρυφαί. *Antiphanes.* Ὁ δὲ πλοῦτος ἡμᾶς καθάπερ ἰατρὸς κακὸς, τυφλοὺς, βλέποντας παραλαβὼν, πάντας ποιεῖ. *Menander.* ἀεὶ νομίζονθ' οἱ πένητες τῶν θεῶν. *Cicero* Tuſc. Diſp. V. de vita beata ex mente Philoſophorum multis agit 10. *Videamus, qui dicendi ſint beati. equidem hos exiſtimo, qui ſint in bonis, nullo adjecto malo. Neque ulla alia huic verbo, cum beatum dicimus ſubjecta notio eſt, niſi, ſecretis malis omnibus, cumulata bonorum complexio. Hanc aſſequi virtus, ſi quicquam praeter ipſam boni eſt, non poteſt. aderit enim malorum, ſi mala illa ducimus, turba quaedam, paupertas, ignobilitas, humilitas, ſolitudo, amiſſio ſuorum, graves dolores corporis, perdita valitudo, debilitas, caecitas, interitus patriae, exilium, ſervitus.* Teſtimoniis de miſeria divitum & pauperum felicitate addimus rationes: dives aut malis artibus locupletatus eſt quarum conſcientia angitur, aut avarus eſt & ſemper metuit, aut ignaviae ſe tradit, culturamque & corporis & animi negligit, aut pro-

prodigalitati, aut, ſibi omnia licere putans, alios contemnit, judices pecunia corrumpit, tyrannidem affectat, ſibique celerem perniciem conciliat: paupertas contra ingenium acuit, artes invenit, induſtriam requirit, &, cum ſe legibus exſolvere non poſſit, juſtitia & innocentia ſe tuetur, *Sirac.* XX. 21. ἐςὶ κωλυόμενος ἁμαρτάνειν ἀπὸ ἐνδείας. & XXXIV. 8. 9.

Haec jam Chriſtus transfert ad diſcipulos ſuos, quos allocutus eſt, teſte *Luca* VI. 19. Vos qui omnia reliquiſtis, ut me ſequeremini: IV. 20. 22. XIX. 27. 28 *Heb.* X. 34. 1. *Cor.* IV. 11. 2 *Cor.* VI. 10. *Rom.* VIII. 35. *Tob.* IV. 22 Hos beatos vocat, non quatenus tunc temporis pauperes erant, quod ſine dubio valde moleſtum eſt; ſed propter certam ſpem futurae felicitatis, quam animo praecipiebant, *Ro.* VIII. 24. *Heb.* XI. 1. quia ipſorum eſt regnum coelorum, ipſi cum Chriſto regnabunt, & divitias regalibus majores acquirent, 2. *Tim.* II. 12. *Apoc.* III. 21. I. 6. *Ariſtoph.* in Avib. 478. ὡς πρεσβυτάτων αὐτῶν ὄντων ὀρθῶς ἐσθ' ἡ βασιλεία. Eadem phraſis reperitur infra comm. 10. VI. 13. XIX. 14. Elegans eſt oppoſitio inter mendicitatem in hac vita, & regnum in altera. 1. *Cor.* IV. 8. junguntur ἐπλουτήσατε & ἐβασιλεύσατε.

& vocavit Mose Hoseam filium Nun Josuam *Num.* XIII. 17. *Sanhedrin* f. 107. 1. Si litera *Jod*, inquit Deus, quam excepi e nomine Sarai, stetit, & ad me clamavit quam plurimos annos usquedum oriretur Josua, cujus nomini eam addidi, quanto magis clamaret tota sectio qua peccatum tuum in S. Codice describitur, si auferretur? & f. 20. 3. Hieros. Liber Deuteronomii veniens prostravit se coram Deo dixitque: o domine universi, in me scripsisti legem tuam: jam vero testamentum vacillans in aliqua parte, vacillat in toto: ecce Salomo conatur a me extirpare *Jod* (in *Deut.* XVII. 7.) Respondit Deus S. B Salomo & mille ei similes peribunt, ast vocula de te non peribit. *Vajikra*: & dixit R. Chonna nomine R. Achae, litera jod, quam abstulit Deus a nomine Sarai matris nostrae, ex dimidia parte data est Sarae, & ex parte dimidia, Abrahamo. Traditio R. Hoschajae f. Korcha. Litera jod veniens prostravit se coram Deo dixitque: o domine aeterne, eradicasti me e nomine sanctae istius feminae. Respondit Deus S. B. Hucusque fuisti in nomine feminae, idque in fine; hinc porro eris in nomine viri idque in initio. S. D. & vocavit Moses nomen Hoseae Josuam. *Deut.* XIII. *Schir Haschirim R.* V. 11. R. Alexander f. Hederin & R. Alexander Keruba dixit: licet omnes homines in toto terrarum orbe congregentur, ut aboleant jod quae minima est literarum in lege, praestare illud non poterunt. *Vajikra* R. XIX. Dixit R. Alexander: —— Si omnes nationes congregentur ad evellendum unicum verbum legis, nihil agere poterunt; unde hoc discis? ex Salomone qui quaesivit evellere literam unam e lege, ascendit κατήγωρ ejus & accusavit eum. R. Josu. f. Levi dixit: jod *Deut.* XVII. 7 accusavit eum R. Simeon dixit Deuteronomium ascendit & adoravit Deum S. B. dixitque coram eo: Domine mundi, evulsit me Salomo fecitque me falsum, quia omnis διαθήκη, cujus duo aut tria verba delentur, revera totum destruitur Ecce vero Salomo rex evellere quaesivit jod ex me S. D. *Deut.* XVII. 7. *Jalkut Rubeni.* f. 167. 2. 3. & *Schemoth R.* VI. Thanchuma p. 681. Dixit Deus S. B. Salomon & mille [centum] similes illi peribunt de mundo, & apicula una de litera jod non peribit. *Schemoth R.* VI. Nulla litera aboletur a lege in aeternum. Babyl. *Taanith* f. 21. 2. mentio fit urbeculae, quae ob parvitatem vocabatur jod. *Kidduschb.* f. 16. 2. ex jod civitatem video hic i. e. ex re minima factam rem maximam. *Menachoth.* f 29. 2. Cur creatus est mundus futurus cum litera jod? quia justi in eo pauci sunt. *Midrash Thebillim* CXIV. 1. Quaenam est res τοῦ jod? parva est statura ejus: ita etiam impii in seculo futuro S. D. *Esaj* II. 11.

κεραία] minimae literae minimus apex. σχ. in *Nicandri* ἀλεξιφαρμ. κεραία λέγεται τὸ ἄκρον καὶ ἔσχατον. Glossa apex κεραία, γράμματος ἄκρον. *Hesych.* κεραία, ἀρχὴ γράμματα [l. γράμματος] & κάρφος, κεραία ξύλου λεπτή. *Plut.* non posse suaviter vivi sec. Epicur. p. 1100. A. Δημοκράτει τῷ τὰ δόγματα ῥήμασιν αὐτοῖς ὑφαιρουμένῳ ζυγομαχεῖν περὶ συλλαβῶν καὶ κεραιῶν. Numa p. 69. ancile κύκλος οὐκ ἔστιν, οὐδὲ ἀποδίδωσιν ὡς πέλτη τὴν περιφέρειαν, ἀλλ' ἐκτομὴν ἔχει γραμμῆς ἑλικοειδοῦς, ἧς αἱ κεραίαι καμπὰς ἔχουσι, καὶ συνεπιστρέφουσαι τῇ πυκνότητι πρὸς ἀλλήλας, ἀγκύλον τὸ σχῆμα ποιοῦσιν. *Orig.* in *Psal.* XXXIII. τῶν στοιχείων παρ' Ἑβραίοις λέγω δὲ τοῦ χὰφ καὶ τοῦ βὴθ, πολλὴν ὁμοιότητα σωζόντων, ὡς κατὰ μηδὲν ἀλλήλων διαλλάττειν ἢ βραχείᾳ κεραίᾳ μόνῃ. *Philo* in Flaccum T. 2. p. 536, 27. κατὰ συλλαβὴν, μᾶλλον δὲ καὶ κεραίαν ἑκάστην ἀργυρολογῶν ὁ γραμματοκύφων. *Dionys. Hal.* de Dinarcho in orat Demosth. laudat magnificentiam dictionis, vim judicandi καὶ τὸ διὰ πάσης κεραίας διῆκον, πικρὸν καὶ νοερὸν. *Dio Chrys.* XXXI. p. 337. A. εἰ δέ τις ἐλθὼν οὗ τὰ δημόσια ὑμῶν γράμματα ἐστιν, κεραίαν νόμου τινὸς ἢ ψηφίσματος μίαν μόνην συλλαβὴν ἐξαλείψειεν, οὕτως ἕξετε, ὥσπερ ἂν εἴ τις ἀπὸ τοῦ ἅρματός τι καθέλοι. *Sextus Empir.* a. Phys. 54. ἐπὶ μὲν γὰρ τοῦ καρκίνου φαίνεται ἡ τῷ κέντρῳ ἐνηρεισμένη κεραία, κατὰ τὸν αὐτὸν στρεφομένη τόπον, καὶ ἡ ἔξωθεν περιαγομένη τε κυκλογραφοῦσα ἀπ' ἄλλου ἐπ' ἄλλον μετιοῦσα τόπον. *Hieros. Schabb.* f. 10. 4. Si fuerit Daleth & ille in Resch formaverit, aut Resch in Daleth, reus est. *Vajikra R.* XIX. Si quis Daleth in *Deut* VI. 4. אחד mutaret in Resch, is concutiet totum mundum. Si quis *Exod.* XXXIV. 14. אחר Resch mutaret in Dagesch. —— Si *Levit.* XXII. 32. תחללו Cheth mutaret in He. —— Si *Ps.* CL. ult. תהלל He mutaret in Cheth. —— Si *Jerem.* V. 12. ביהוה Beth mutaret in Caph. —— Si quis *Hos.* V. 7. Beth mutaret in Caph. —— Si quis 1. *Sam.* II. 2. כיהוה Caph mutaret in Beth, destrueret totum mundum. Eadem repetuntur in *Schir Hasschirim R.* V. 11. *Samuel R.* V. & *Tanchum.* f. I. 1. *Hieron.* in *Zachar.* XII. 10 Hebraicae literae ר & ד hoc est d. & r. similes sunt & parvo tantum apice distinguuntur. *Plut.* Q. Plat. p. 1011. D. ὅρα δὲ μὴ κόμμασιν καὶ θραύσμασιν ὀνομάτων ἐοίκασιν ὥσπερ γραμμάτων σπαράγμασι καὶ κεραίαις οἱ σπεύδοντες γράφουσι. *Kidduschim* f. 39. 2. similis est illi qui stabilivit legem totam, & non detraxit literam unam ex ea.

ἕως ἂν πάντα γένηται] infra XXIV. 6. 34. omnia implebuntur, quae in V. T. de Messia praedicta sunt. *Jo.* I. 46. V. 46 *Luc.* XXIV. 25. 26. 27. *Act.* VII. 52. XVIII. 28. XXVI. 22. XXVIII. 23.

19. μίαν τῶν ἐντολῶν τούτων τῶν ἐλαχίστων] vel unum ex minimis horum mandatorum; ut infra XXV. 40. ἑνὶ τούτων τῶν ἀδελφῶν μου τῶν ἐλαχίστων, vel minimo horum meorum fratrum.

ἐλαχίστων] Celebris est apud Judaeos distinctio inter praecepta magna & parva. *Targum Hieros. Num.* XIII 1. praeceptum parvum, quod facit homo accipit pro eo mercedem multam. *Buxt.* Synag. p. 164. Magnum est praeceptum de Zizith. & p. 315. Manus pedesque mundissime habeto, nam certe hoc praeceptum parvum non est: Germanice. dein händ und füss solln seyn gar rein/ Dan dis gebott ist gewiss nicht klein. *Aristeas* §. 26. ὁ

θεὸς

διδάξῃ οὕτω τοὺς ἀνθρώπους, ἐλάχιστος κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν·
ὃς δ᾽ ἂν ποιήσῃ καὶ διδάξῃ, οὗτος μέγας κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν.
Λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι ἐὰν μὴ περισσεύσῃ ἡ δικαιοσύνη ὑμῶν πλεῖον τῶν γραμματέων 20
καὶ Φαρισαίων, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.

21 Ἠκού-

ἐὰν] — D. a prima manu.
τῶν secundum] — D. a prima manu. οὕτω] — D.
οὐρανῶν] — D. 12. 15. τῶν οὐρανῶν] τοῦ οὐρανοῦ bis M.
οὗτος] οὕτως sequente commate, 44. Versio *Goth. Cyprian. Augustin.* probante *J. Marklando.*
20.] — D.
ἡ δικαιοσύνη ὑμῶν] ὑμῶν ἡ δικαιοσύνη. E. 2. 3. 74. 80. 86. 89. 90. 106. Edit. *Erasmi*, *Bogardi*, & *Bengelii*. *Constitut* II. 35. *Clem.* Strom. VI. p. 825. *Basil.* de Bapt. I. & II. 5, 8. *Macar.* H. 13. *Isidor.* I. 79. IV. 204. 216. *Maxim.* Ascet. 381. *Antioch.* 72. *Nicetas.*
λέγω γὰρ ὑμῖν ὅτι] — *Erasmi* 2. Edit. 1. ὅτι] — Edit. *Erasmi.*
21. ἐρρέθη] ἐρρήθη DE. 44. 72. Evang. 9. 10. 12. 13. 17. Edit. *Colinaei* ut *Rom.* IX. 12.
22. εἰκῇ] — B. 48. Versio *Saxon. Æthiop. Arab. Vulg. Luther.* χολ. 21. τινὲς δέ φασιν, ὅτι μάτην τοῦτο ὑπό τινων προσετέθη τὸ εἰκῇ, διὸ ἀναγκαῖόν ἐστιν μηδὲ ὅλως ὀργίζεσθαι. *Hieron.* in l. In quibusdam Codicibus additur sine caussa. Caeterum in veris definita sententia est; & ira penitus tollitur, dicente scriptura: qui irascitur fratri suo. Si enim jubemur verberanti alteram praebere maxillam, & inimicos nostros amare, & orare pro persequentibus; omnis irae occasio tollitur. Radendum est ergo sine causa, quia ira viri justitiam Dei non

θεὸς πεποίηται ἐντολὴν μεγίστην, περὶ τῆς τῶν γονέων τιμῆς· ἑπομένως δὲ τὴν τῶν φίλων ἐγκρίνει διάθεσιν προσονομάσας ἴσον τῇ ψυχῇ τὸν φίλον. inf. XXII. 36. *Eph.* VI. 1. 2. *Macc.* XV. 18. *Cic.* ad Attic. V. 4. Gratissima est mihi tua cura de illo meo primo & maximo mandato. *Bava Bathra* f. 8. 2. Redemtio captivorum est praeceptum magnum. *Aboth Nathan* II. Fuge peccatum parvum, ne te perducat ad peccatum magnum: Persequere praeceptum leve, nam te adducet ad praeceptum magnum. *Jalkut Ruben.* f. 11. 2. Procreatio sobolis est praeceptum magnum. *Debarim R.* VI. ad *Deut.* XXII. 6. Quando invenies nidum avium &c. Hoc ipsum est quod scriptura dicit *Prov.* V. 6. Viam vitae non librabis, pulchrae enim sunt semitae ejus, quod tu non intelligis. Quidnam sibi volunt haec verba: Viam vitae non librabis? Dixit R. Aba Bar Cahana: Dixit deus S. B. non librabis praecepta legis S. D. *Jes.* XL. 11. & statera librat montes. Ne dicas, quia praeceptum hoc magnum est, faciam illud, nam merces ejus est magna; & quia praeceptum hoc leve est, non observabo illud. Quid vero fecit Deus S. B.? Non revelavit hominibus, quaenam cujusvis praecepti merces futura esset, idque ideo, ut homines omnia praecepta integre observarent S. D. pulchrae sunt semitae ejus, quod tu non intelligis. Ut simili quodam rem illustremus, rex fuit, qui operarios conduxit, eosque in hortum suum introduxit simpliciter, & mercedem pro cultura horti eis non aperuit, ne unum, cujus exigua merces erat, omitterent, alud vero, cujus magna merces erat, colerent. Vespere autem singulos vocavit, uni dicens: sub quanam arbore tu laborasti? Respondit: sub hac. Rex dixit: piper fuit; merces ipsius est aureus unus. Alterum vocat dicens: sub quanam arbore tu laborasti? Respondit, sub illa. Rex dixit: Merces ejus est aureus dimidius, nam capparis alba fuit, Tertium interrogavit. sub quanam arbore tu laborasti? Respondit: sub illa. Rex dixit: ficus fuit; merces ipsius sunt ducenti Zuzim. Dixerunt autem operarii: nonne potuisses nobis dicere, cujus arboris merces magna esset, ut sub ea laboraremus? Rex vero respondit: Si id vobis aperuissem, quomodo totus hortus meus cultus fuisset? Sic quoque Deus mercedem praeceptorum suorum non aperuit, exceptis duobus, quorum alterum gravium gravissimum, alterum levium levissimum est. Honorare patrem & matrem maximum est praeceptum, & merces ejus vita longaeva: matrem vero avium in nido invento dimittere est praeceptum levissimum, & merces ejus itidem est vita longaeva. & *Medras Schemuel* VII. R. Simeon f. Jochai.

Usitatior tamen apud ipsos est distinctio in praecepta gravia & levia, vid. infra XXIII 23. quibus etiam accensent instituta Pharisaeorum, ut patet ex Codice *Edajoth.* Manifestum autem est, Christum hic non commendare praecepta, quae Pharisaeis tunc levia aut parva vocabantur: multum enim abfuit, ut illis discipulos suos adstringere vellet. Sed intelligit praecepta, quae erant juris perpetui, de quibus in antecedentibus & consequentibus sermo est, τῶν ἐντολῶν, in quorum numero erant, quae non magnum habere momentum hominibus vel prava institutione vel vitio corruptis videri poterant. *Jac.* II. 10. *Bemidbar R.* X. Dixerunt sapientes: longe esto a peccato levi, ne te inducat in grave.

ἐλάχιστος κληθήσεται] Gracchus apud A. *Gell.* XV. 12. omnium nationum postremissimum nequissimumque existimatote. Contemnetur, nullo loco habebitur. *Sap.* VI. 6. 2. *Macc.* VIII. 35. ταπεινωθεὶς ὑπὸ τῶν κατ᾽ αὐτὸν νομιζομένων ἐλαχίστων εἶναι. Minimi aestimantur Judaei a Nicanore, qui eos ut vilissima mancipia venditurus venerat. inf. XIX. 30. *Chrysost.* ἐλάχιστος τοῦτ᾽ ἐστιν ἀπερριμμένος, ἔσχατος. *Demosthenes* c. Midiam. ἐλάττονος ἄξιος ἐστι τοῦ μικροτάτου ἐν ὑμῖν vilior erit homine apud vos abjectissimo. *Livius* V. 17. Ingens inde haberi captivus vates coeptus. *Plut.* Pelopid. 294. B. ὁ ἀρταξέρξης ἔχαιρεν; καὶ τὸν Πελοπίδαν ἔτι μᾶλλον ἐθαύμαζε τῇ δόξῃ, καὶ μέγαν ἐποίει ταῖς τιμαῖς.

20. πλεῖον τῶν γραμματέων καὶ Φαρισαίων] Pharisaei possunt spectari aut quales erant, aut quales videbantur. Plerique ex illorum numero erant mortalium pessimi, progenies viperarum, hypocritae, scelesti; ita depinguntur *Matth* XXIII. Pauciores vero aut erant, aut populo saltem videbantur inculpati justitia in lege sita, & ex secta religionis Judaicae exactissima viventes. *Act.* XXVI. 5. *Phil.* III. 6. *Luc.* XVIII. 11. 12. 18. 19,

21 Ἠκούσατε ὅτι ἐῤῥέθη τοῖς ἀρχαίοις· Οὐ φονεύσεις· ὃς δ᾽ ἂν φονεύσῃ, ἔνοχος ἔσται
22 τῇ κρίσει. Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, ὅτι πᾶς ὁ ὀργιζόμενος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ εἰκῇ, ἔνο-

operatur. & in *Ephes.* IV. 31. Frustra est additum sine caussa; quia nec cum causa nobis irasci conceditur. & c. Pelag. II. Licet in plerisque Codicibus antiquis sine caussa additum non sit, ut scilicet ne cum causa quidem debeamus irasci. Hieronymum exscripsit *Augustinus* Retractat. I. 19. Codices Graeci non habent sine causa, sicut hic positum est, quamvis idem ipse sit sensus. Quod autem Graecos intellexit, in eo erravit, cum Hieronymus de Latinis loquatur. *Cassianus* de Instit. Coenob. VIII. 20. Superfluum est sine causa, & adjectum ab his, qui amputandam iram pro justis causis minime putaverunt; cum utique nullus, quamlibet absque ratione commotus, sine causa dicat se irasci. Quamobrem apparet ab eis adjectum, qui propositum non intellexerunt scripturae, volentis fomitem iracundiae omnibus modis amputare, nullamque indignationis occasionem penitus reservare; ne, dum jubemur irasci cum causa, etiam sine causa irascendi nobis praebeatur occasio. In sententiam Hieronymi etiam concesserunt *Erasmus*, *J. A. Bengelius* & *J. Millius*, cui, serio, ut ait, perpendenti non occurrit ratio, cur omitteretur vox εἰκῆ; cum tamen rationem ab Hieronymo allatam ante oculos haberet. At haec ipsa ratio levior est; non enim magis Legislator jubere potest, ut omnem iram amputemus, quam ut naturam exuamus; quid porro dicet de Ira, quae Deo toties tribuitur, & Christo *Marc.* III. 5. Paulus certe *Eph.* IV. 26. non vetat irasci, sed ita nos vult irasci, ut ne peccemus. Conf. *Jonae* IV. 4. Sola igitur Hieronymi autoritas, ut contra consensum Graecorum Latinorumque Patrum & versionum mutare quicquam conaremur, nos inducere non potuit.

19. 20. 21. Christus sine dubio non exigit a discipulis ut justitia ipsorum pessimos superet, nec enim bonitas est pessimis esse meliorem *Senec.* Epist. 79. & exiguum quiddam est ad legem bonum esse. *Martialis* XII. 36. Non es crede mihi, bonus quid ergo? Ut verum loquar, optimus malorum. —— Nulla est gloria praeterire asellos; sed ut superent eos, qui optimi habebantur justissimique, quia non solum nihil admittebant, quod secundum leges a Judice Hebraeo puniri poterat, verum etiam liberaliter & religiose multa faciebant aut a multis abstinebant, quae lege nec jubebantur nec vetabantur. Quid ergo, quaeris, istis defuit ad veram justitiam atque sanctitatem? Hoc primo, quod praecepta quibus poenae nullae diserte erant appositae, in levibus numerabant, quae vel victimis quotidianis aut annuo jejunii die expiari possent, qualia erant peccata cogitationum, aut si quis ira aut cupiditate subita incenderetur. Deinde quod iis, quae lex permittebat, ne majoribus malis occasio daretur, uterentur abuterenturque non secus ac si imperata fuissent, quod exemplo legum de divortiis & talione mox illustretur.

21. ἠκούσατε ὅτι ἐῤῥέθη τοῖς ἀρχαίοις] Saepe audivistis, cum Lex Mosis & Prophetarum scripta praelegerentur, quid olim majoribus vestris in deserto praeceptum aut vetitum fuerit. οἱ ἀρχαῖοι non sunt Interpretes, sed qui primi Legis latae promulgationem audiverunt, ut *Ro.* IX. 12. *Gal.* III. 16. Vocantur ἀρχαῖοι i. e. homines simplices & rudes, quorum ingenio accommodari debebat lex ferenda, ut in faece Romuli, non ut in Platonis Politia. *Lucian.* Phalar. 1. κἀγὼ μὲν ὁ ἀρχαῖος περὶ ταῦτα εἶχον· οἱ δὲ ἤδη συνίσαντο ἐπ᾽ ἐμέ. *Max. Tyr.* XXIV. 8. de Homero. τὰ μὲν ἄλλα εὐήθως καὶ πάνυ ἀρχαίως ἐκδιδάσκειν. *Lucian.* Nigrino 3. ἀρχαῖον σχ. ἀνόητον. Suidas ἀρχαῖον, εὔηθες, ληρῶδες. οὐδενὸς λόγου ἄξιον. *Aristot.* de Rep VII. 11. περὶ δὲ τειχῶν οἱ μὴ φάσκοντες δεῖν ἔχειν τὰς τῆς ἀρετῆς ἀντιποιουμένας πόλεις, λίαν ἀρχαίως ὑπολαμβάνουσιν. *Cic.* pro Roscio 9. homines antiqui, qui ex sua natura caeteros fingerent, crediderunt. & ad Attic. IX. 13. vide quam sim antiquorum hominum. *Galen.* de Dogm. Hippocr. & Plat. VI. πλὴν εἰς τοσοῦτον ἥκουσι γνώσεως τοῖς ἰατροῖς, ὡς ἀρχαῖος ὄντως εἶναι δόξειεν ἄν, ὁ μὴ γινώσκων αὐτούς. *Plato* Hippia p. 257. D. ἡγούμενον ἀρχαῖον εἶναι τὸν ἐδυσσέα, καὶ αὐτοῦ αὐτῷ τούτῳ τῷ τεχνάζειν τε καὶ ψεύδεσθαι περιέσεσθαι. Opponuntur autem leges veteres novis in illarum locum successuris. 1. *Cor.* V. 7. *Heb.* VIII. 13. & Moses, quem ante mille quingentos annos legem tulisse fama & auditione acceperant, Christo quem & docentem & doctrinam miraculis firmantem conspicerent. *Jo.* V. 37. *Jos.* A. XI. 6. 12. τοῦτο δὲ οὐκ ἐκ τῶν ἀρχαιοτέρων, οὐδ᾽ ἀκοῇ γνωρίμων ἡμῖν, οὕτως ἰδεῖν ἔστιν ἔχον, ἀλλ᾽ ἐκ τῶν παρὰ τὰς ἡμετέρας ὄψεις τετολμημένων.

ἔνοχος ἔσται τῇ κρίσει] *Aristot.* de mirabil. auscult. τιμῶσι τοὺς πελαργοὺς, καὶ κτείνειν οὐ νόμος. καὶ ἐάν τις κτείνῃ, ἔνοχος τοῖς αὐτοῖς γίνεται, ὥσπερ καὶ ὁ ἀνδροφόνος. *Plato* de Legg. XI. πολλοῖς ἔνοχος ἔστω νόμοις ὁ τοῦτο δράσας.

τῇ κρίσει] κρίσις quando distinguitur a Synedrio, est consessus minor XXIII. judicum, qui in singulis urbibus constituti erant, ut judicarent homicidas, aliosque. *Sanhedrin* I. 6. Solebant autem in homicidam gladio animadvertere, quia lex dixit, sanguinem ejus effundendum esse.

22. τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ] *Philo* de Caritate T. 2. p. 388, 40. ἀπαγορεύει τοίνυν ἀδελφῷ δανείζειν, ἀδελφὸν ὀνομάζων οὐ μόνον τὸν ἐκ τῶν αὐτῶν φύντα γονέων, ἀλλὰ καὶ ὃς ἂν ἀστὸς ἢ ὁμόφυλος ᾖ. *Gen.* XXVI. 31. *Joel* II. 8. alteri cuivis.

εἰκῆ] *Hesych.* εἰκῆ ὡς ἔτυχεν, ἀκαίρως, μάτην. *Cebes* πλανῶνται εἰκῆ. *Isocrat.* Panathen. ὅμοιος ἂν εἶναι δόξαιμι τοῖς εἰκῆ καὶ φορτικῶς καὶ χύδην, ὅτι ἂν ἐπέλθῃ, λέγουσιν. *Xenoph.* Cyr. Inst. V. μὴ οὕτως εἰκῆ ἡμᾶς αὐτοὺς αἰτιώμεθα. *Polyb.* I. 52. ὡς εἰκῆ καὶ ἀλογίστως τοῖς πράγμασι κεχρημένος. *Isocrat.* ad Nicocl. μηδεμίαν συνουσίαν εἰκῆ προσδέχου μήδ᾽ ἀλογίστως. *Lucianus* D. Mer. 4. μοί ποτε χαλεπαίνοντα εἰκῆ. *Seneca* de Ira II. 4. Tertius motus est jam impotens, qui non, si oportet, ulcisci vult, sed utique, qui rationem evicit. Iracundus est *Aristoteli*, qui irascitur οἷς οὐ δεῖ, καὶ ἐφ᾽ οἷς οὐ δεῖ, καὶ μᾶλλον ἢ δεῖ. Triplici delicto triplex a Christo constituitur supplicium. Primum est eorum, qui temere, sine ratione aut modo irascuntur, iramque oculis & vultu produnt, ita tamen ut in verba aut facta non erumpant, qualis fuit ira Caini *Gen.* IV. 5. 6. Hoc peccatum Deo judice tam atrox est, quam est homicidium judicibus XXIII. 1. *Jo.* III. 15. *Aristot.* ὁ θυμὸς πάθος φόνων αἴτιος. *Cic.* Philipp. VIII. 16. Omnino irasci amicis non temere soleo, ne si merentur quidem. *Jamblich.* V.

ἔνοχος ἔσαι τῇ κρίσει· ὃς δ' ἂν εἴπῃ τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ ῥακὰ, ἔνοχος ἔσαι τῷ συνε-
δρίῳ· ὃς δ' ἂν εἴπῃ μωρὲ, ἔνοχος ἔσαι εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός. Ἐὰν οὖν προσ- 23
φέ-

ῥακὰ] ῥαχὰ D. ῥακκὰ 13. 106. ἔσαι] ἐσὶ M.
εἴπῃ] + τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ LM. 1. 13. 78. Versio *Copt* *Arab*.
23. κακεῖ] καὶ ἐκεῖ D. 1. 3. 72. 73. 74. 80. 83. 84. 87. 89. Editt. *Complut*. *Erasmi*, *Colinaei*, *Bogardi*, *Bengelii*. *Chrysostomus*.

Pythag. 33. μήτε πάθος ἐγείρηται μηδὲν εἰκῆ, καὶ φαύλως καὶ ἡμαρτημένως, οἷον ἐπιθυμία ἢ ὀργή.

ὃς δ' ἂν εἴπῃ] Qui irae impotenti & temerariae non moderatur, ſed etiam ad maledicta prorumpit. *Ariſtot*. τὴν κακολογίαν ἡ ὀργὴ φαίνεται ἀπογεννῶσα, ὥςε ἡ μήτηρ ὐκ ἀςεῖα.

Opus Imperf. Raca vulgare verbum eſt apud Judaeos, quod non ex ira neque ex odio, ſed ex aliquo motu vano dicebant, magis fiduciae cauſa quam iracundiae. *Auguſtin* de S. Domini in monte. Unum autem hic verbum obſcure poſitum eſt, quia nec Graecum nec Latinum eſt Racha —— probabilius eſt ergo, quod audivi a quodam Hebraeo, cum id interrogaſſem; dixit enim eſſe vocem non ſignificantem aliquid, ſed indignantis animi motum exprimentem, & in *Jo*. H. LI Vox autem obſecrantis eſt Oſanna, ſicut nonnulli dicunt, qui Hebraeam linguam noverunt, magis affectum indicans, quam rem aliquam ſignificans: ſicut ſunt in Latina lingua, quas interjectiones vocant; velut cum dolentes dicimus heu, vel cum delectamur vah! dicimus, vel cum admiramur, O rem magnam, tunc enim O! nihil ſignificat niſi mirantis affectum. Quod ideo credendum eſt ita eſſe, quia nec Graecus nec Latinus hoc interpretari potuit, ſicut illud: qui dicit fratri ſuo Racha. *Berachoth* f. 22. 2. Nos docuimus in quadam Barjetha: accidit ut quidam mulieri perſuaderet peccantem transgreſſionem. Illa dicit ei: raka, habeſne quadraginta ſeas, in quibus te baptizare poſſis? & ſtatim diſceſſit ab ea. *Babyl. Berac* f. 32. 2. Religioſum quendam in via orantem ſalutavit Dux quidam. Exſpectanti usque dum orationem finiiſſet, dixit Raka; ſcriptum eſt in lege veſtra. *Bava Kama* f. 942. *Tanchum* f. 5. 2. voluit quidam redire ad poenitentiam. Dixit ei uxor: Raka, ſi ſtatutum eſt tibi poenitentiam agere, ipſum quo te accingis cingulum non erit tuum. id. f. 18. 4. Dixit Ethnicus Iſraelitae: paratum tibi apud me eſt eſculentum exquiſitiſſimum. Qualenam illud, inquit alter? cui ille, caro ſuilla. Raka, inquit Judaeus, de beſtiis etiam mundis apud vos non comedendum. *Midras Tillin* CXXXVII. 3. Nupta eſt regis filia ſordido cuidam nebuloni: imperat ille, ut ſibi adſtet ut ſervula, & ſit a poculis. Cui illa: Raka, ego ſum filia Regis, & LXXXVII. Quidam e diſcipulis R. Jochananis ludibrio habuit doctrinam magiſtri: at rediens tandem ad frugi, Doce tu, inquit, o magiſter, nam dignus es, qui doceas, id enim quod docuiſti expertus ſum & vidi. Cui ille, Raka, non crediidiſſes, niſi vidiſſes. T. *Derech Arez*. R. Joſua f. Levi cum quendam hoſpitio excepiſſet, poſt coenam deduxit eum cubitum in domus ſuperiorem partem, & ſcalas amovit. Media nocte homo ille ſurgens furatus eſt vaſa; cum autem deſcendere vellet, cecidit & fregit cervicem. Mane invenit eum R. Joſua, dixitque: Rica, ſic faciunt homines tui ſimiles. Cui ille: neſciebam ablatas eſſe ſcalas. Rurſum Joſua, Rica. *Hieron.* in l. Raka dicitur κενὸς i. e. inanis aut vacuus, quem nos poſſumus vulgari injuria absque cerebro appellare. *Theophyl*. τίνες δὲ τὸ ῥακὰ Συριςὶ κατάπτυςον φασὶ σημαίνειν. *Chryſ*. τὸ δὲ ῥακὰ τὖτο οὐ μεγάλης ἐςὶν ὕβρεως ῥῆμα, ἀλλὰ μᾶλλον καταφρονήσεως καὶ ὀλιγωρίας τινος τῦ λέγοντος. καθάπερ γὰρ ἡμεῖς ἢ οἰκέταις ἤ τισι τῶν καταδεεςέρων ἐπιτάττοντες λέγομεν ἄπελθε σὺ, ἢ εἰπὲ τῷ δεῖνι σὺ, οὕτω καὶ οἱ τῶν Σύρων κεχρημένοι γλώττῃ ῥακὰ λέγυσιν, ἀντὶ τῦ σὺ τὖτο τιθέντες. *Bereſchith R*. XXXI. *Amos* VIII. oderunt in porta reprehendentem. quia dixit illis Noachus: Rakae, vos relinquitis eum cujus vox confringit cedros, & adoratis lignum aridum. *Koheleth R*. IX. 14. Noe dixit eis: Vae vobis, Rakae, an poſtridie poſtquam diluvium venit, agetis poenitentiam?

ἔνοχος ἔσαι τῷ συνεδρίῳ] *Hieroſ. Bava Kama* f. 5. 2. abſolutus מדיני judicio hominum, at reus judicio coeli חייב בדיני. Mors per Synedrium, & mors per manum coeli.

τῷ συνεδρίῳ] vocatur etiam γερυσία *Act*. V. 21. & πρεσβυτέριον *Luc*. XXII. 66. Judaeis סנהדרין Synedrium magnum LXX. virorum, penes quos eſſet cauſarum majorum cognitio *Num*. XI. 16. *Deut*. XVII. 8. Utrumque concilium minus majusque reſtituit Joſaphatus Rex. 2. *Paral*. XIX. 5--11. *Eezch*. VIII. 11. & *Eſras*. *Pirke Aboth* I. 1. 2. *Sanhedrin* I. 6. *Joſ*. A. IX. 1. 1. ὑπέςρεψεν εἰς Ἱεροσόλυμα. κατέςησε δὲ καὶ ἐν τὖτοις κριτὰς ἐκ τῶν ἱερέων καὶ ἐκ τῶν Λευιτῶν καὶ τῶν τὰ πρῶτα τῦ πλήθυς φερομένων, παραινέσας ἐπιμελεῖς καὶ δικαίως ποιεῖσθαι πάσας τὰς κρίσεις· ἂν δὲ περὶ μειζόνων διαφορὰν ἔχοντες τῶν ὁμοφύλων τινες ἐκ τῶν ἄλλων πέμψωσι πρὸς αὐτὺς πόλεων &c. Opponitur autem poena a Synedrio infligenda, poenae a Judicio irrogatae, tanquam gravior leviori; & quia cauſſae, quae ad Synedrium deferri ſolebant, graviores erant, & quia ſeveriores erant ſententiae a Synedrio Hieroſolymitano latae: ita poena lapidationis, quam irrogabat Synedrium, gravior erat poena homicidarum, qui, uti dixi, gladio plectebantur. *Joſ*. A. XX. 9. 1. ὁ δὲ νεώτερος ἄνανος ὃν τὴν ἀρχιερωσύνην ἔφαμεν παρειληφέναι, θρασὺς ἦν τὸν τρόπον καὶ τολμητὴς διαφερόντως. αἵρεσιν δὲ μετήει τὴν Σαδδυκαίων, οἵπερ εἰσὶ περὶ τὰς κρίσεις ὠμοὶ παρὰ πάντας τὺς Ἰυδαίυς, καθὼς ἤδη δεδηλώκαμεν, ἅτε δὴ ὖν τοιῦτος ὢν ὁ ἄνανος, καθίζει συνέδριον κριτῶν, καὶ παραγαγὼν εἰς αὐτὸ ἀδελφὸν Ἰησῦς τῦ λεγομένυ χριςῦ, Ἰάκωβος ὄνομα αὐτῷ, καί τινας ἑτέρυς, ὡς παρανομησάντων κατηγορίαν ποιησάμενος, παρέδωκε λευσθησομένους. *Deut*. XVII. 5. 1. *Reg*. XXI. 10.

μωρὲ] atrocius eſt convitium, quam Raca. Similia fere reperiuntur *Kidduſchin* f. 28. 2. Qui vocaverit proximum ſuum ſervum, excommunicandus erat; qui vocaret proximum Mamzerem, verberandus erat plagis XL. Qui vocaverit proximum ſuum improbum, deſcendit cum eo in vitam ejus.

ἔνοχος ἔσαι εἰς τὴν γέενναν τῦ πυρὸς] *Sota*. I. 14. —— מי שנתחייב סקילה - שריפה - הריגה - חנק reus qui lapidationem, uſtionem, gladium, laqueum promeruit. *Bereſchith* R. XLII. 4. Si ego occido

φέρῃς τὸ δῶρόν σου ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, κἀκεῖ μνησθῇς, ὅτι ὁ ἀδελφός σου ἔχει
24 τὶ κατὰ σοῦ· Ἄφες ἐκεῖ τὸ δῶρόν σου ἔμπροσθεν τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ὕπαγε,
πρῶτον διαλλάγηθι τῷ ἀδελφῷ σου, καὶ τότε ἐλθὼν πρόσφερε τὸ δῶρόν σου.
25 Ἴσθι

24. ὕπαγε, πρῶτον] ὕπαγε πρῶτον, Editt. *Erasmi.* Versio *Saxon.*
διαλλάγηθι] καταλλάγηθι D.
ἐλθὼν] προσελθὼν 62. saepe παρέλκει.
πρόσφερε] προσφέρεις D. absurde ad Versionem *Latinam.*

do ipsum, etiam ego poenam mortis regi debebo אתחייב מיתה למלך. *Maimonid.* de Poenit. quaenam sunt leviores, quaenam graviores transgressiones? Graviores sunt, propter quas rei fiunt mortis judicialis vel excidii *Ps.* CXXXIX. 19. *Targum* גברין דחייבין דין דקטל. *Erubim* II. מחייבי דינא דגיהנם R. *Salomo* in *Ps.* VI. 11. מחייבן לגיהנם. Dixit R. Jochanan: tempore futuro judicabit Deus S. B. improbos populorum hujus mundi ac condemnabit ad Gehennam. Omnes poenae criminum atrociorum aut infligebantur a Deo aut ab hominibus. Graves quidem a Judicio XXIII. virorum, graviores a Synedrio, at omnium gravissimae a Deo per כרת excisionem, vel corporis vel animae vel utriusque, de qua hic sermo est & infra 29. 30. X. 28. Per Gehennam Judaei tunc intelligebant poenas quas Deus post hanc vitam impiis irrogaturus esset. *Targum Hieros.* in *Gen.* III. 24. bis mille ante creationem mundi annis creavit legem, & fundavit gehennam & paradisum; fundavit paradisum justis, qui edent, & oblectabunt se fructibus arborum, quoniam servarunt praecepta: fundavit gehennam impiis, similem ancipiti gladio, secanti ex utroque latere; in medio ejus fundavit scintillas & carbones comburentes impios. & in XV. 15. Gehenna, quae parata est improbis in futuro seculo tanquam fornax; quam circumdant scintillae & flamma ignis, in cujus medium improbi cadent. & *Targum Jonathan*: Ecce vidit Abram gehennam evomentem fumum & carbones ignitos & ascendentem scintillas ad judicandum improbos in illa. *Esaj.* XXXIII. 14. impii judicandi sunt, ut tradantur incendio sempiterno in gehenna. 17. videbis descendentes in terram gehennae. LIII. 9. tradet impios in gehennam. LXV. 5. Ultio eorum erit in gehenna, ubi ignis ardet omni die. LXVI. 24. & erunt impii judicati in gehenna. *Jerem.* XVII. 13. & impii, qui transgrediuntur verbum tuum, cadent in gehennam. *Nahum* I. 8. inimicos suos tradet gehennae. *Psal.* XXXVII. 20. & in fumo gehennae consumentur. *Eccles.* VIII. 10. qui iverunt ut comburantur in gehenna. IX. 15. a judicio gehennae. X. 11. igne gehennae comburentur. *Cant.* VIII. 6. Similis est favillis ignis gehennae, quem creavit Deus die secundo creationis mundi. *Job* XXVIII. 5. Terra ex qua provenit alimentum, & infra quam est gehenna, cujus nivis frigus convertitur, ut fiat sicut ignis. *Bereschith R.* VI. 10. R. Jannai & R. Simeon, hi duo dixerunt: non est gehenna, nisi die quo comburet impios, quomodo probas? Ecce dies domini ardens ut furnus. *Malach.* III. Rabbini dixerunt: est gehenna. S. D. dictum Domini cui lux in Sion. *Esaj.* XXXI. 9. R. Juda f. Eleai dixit, non est dies aut gehenna nisi ignis, qui egreditur ex corpore impiorum, & accendit eos. Unde probas, quia dictum est: Concipietis stramen, parietis stipulam, spiritus vester ignis consumet vos (*Esaj* XXXIII. 10.) IV. 8. & XI. 10. die secundo creavit gehennam & angelos. XXI. 14. Ante paradisum creata est gehenna; gehenna die secundo, paradisus die tertio. Haec est acies gladii vertentis se, inflammat eos die futuro conversa, quia ipsa convertet se super hominem & inflammabit eum a capite ad pedes & a pedibus ad caput, dicet homo, quis liberabit filium meum ab igne ardente? Iracundus qui ad maledicta etiam leviora prorumpit, Deo judice tam nocens est, quam vestro judicio is est, qui a Synedrio condemnatur; qui vero gravioribus conviciis indulget, Deo judice tam nocens est, quam is quem vos Deo relinquendum & aeterni ignis supplicio dignum existimatis. Omnia haec de ira temeraria, ejusque effectis sunt intelligenda: Est enim & ira justa ex optimis gravissimisque causis concepta, ex dolore laesi numinis, ex injuria aliis illata, ex officio castigandi alios, qua accensi Christus, Jacobus & Paulus, ut eo gravius peccantes admonerent atque ex veterno excitarent, merito vanos, stultos, insensatos appellarunt *Jac.* II. 20. *Matth.* XXIII. 17. 19. *Luc.* XXIV. 25. *Gal.* III. 1. 3.

23. ἐὰν οὖν προσφέρῃς τὸ δῶρόν σου] Quicquid Dei placandi caussa aris inferebatur, donum appellabant. infr. VIII. 4. XXIII. 18.

θυσιαστήριον] *Philo* de V. Mosis T. 2. 151, 13. τὸν δ᾽ ἐν ὑπαίθρῳ βωμὸν εἴωθε καλεῖν θυσιαστήριον, ὡσανεὶ τηρητικὸν καὶ φυλακτικὸν ὄντα θυσιῶν.

μνησθῇς] *Pesach.* III. 7. Si quis se confert ad mactandum Pascha suum, ad circumcidendum filium suum, & ad comedendum prandium sponsaliorum in domo soceri sui; ac ipsi in mentem venerit, quod fermentum habet in domo sua, si poterit redire & removere, & redire ad praeceptum suum, redeat & removeat: sin minus, destruat illud in corde suo.

ἔχει τὶ κατὰ σοῦ] *Koheleth* IV. 13. *Schir R.* I. 4. יש לי עלו. *Apoc.* II. 4. 14. 20. *Marc.* XI. 25. quod *Col.* III. 13. dicitur ἔχειν μομφὴν πρός τινα. & *Act.* XXV. 27. αἰτίαν κατά τινος. Habet, quod de te queratur, a te offensus est.

24. διαλλάγηθι τῷ ἀδελφῷ σου] Schol *Thucyd.* I. 120. διαλλαγῆναι ἐστι τὸ δι᾽ αὐτοῦ τοῦ ἐχθροῦ παρακληθῆναι καὶ φιλιωθῆναι αὐτῷ. At non is tantum reconciliatur & cum eo in gratiam redit, qui veniam dat, verum etiam is, qui veniam petit. *Jos.* B. I. 2. 1. πρός τε τὸν ἀντιόχου παῖδα διαλλαγὰς ἐποιήσατο A. XVI. 13. ὡς ἀρχέλαος ὁ καππαδόκων βασιλεὺς ἀλέξανδρον τῷ πατρὶ διήλλαξεν. *Thucyd.* II. 95. εἰ ἀθηναίοις διαλλάξειεν ἑαυτὸν —— τῷ πολέμῳ πιεζόμενον. *Isocrat.* ad Philipp. διαλλάξας τὰς πόλεις πρὸς ἀλλήλας. *Demosth.* c. Neaer. Σάτυρος χαβρίας —— μαρτυροῦσι διαλλάξαι διαιτηταὶ γενόμενοι —— Στέφανον καὶ Φρύνωνα.

Ἴσθι εὐνοῶν τῷ ἀντιδίκῳ σου ταχὺ, ἕως ὅτου εἶ ἐν τῇ ὁδῷ μετ' αὐτοῦ· μήποτέ 25
σε παραδῷ ὁ ἀντίδικος τῷ κριτῇ, καὶ ὁ κριτής σε παραδῷ τῷ ὑπηρέτῃ, καὶ εἰς φυ-
λακὴν βληθήσῃ. Ἀμὴν λέγω σοὶ, οὐ μὴ ἐξέλθῃς ἐκεῖθεν ἕως ἂν ἀποδῷς τὸν 26
ἔσχατον κοδράντην.

27 Ἠκού-

25. ἕως] —— D. quia in Versione *Latina* unam vocem *dum* reperit.
ὅτου] οὗ 13. 54. 56.
ἐν τῇ ὁδῷ μετ' αὐτοῦ] μετ' αὐτοῦ ἐν τῇ ὁδῷ D. 1. Vers. *Lat.* MSS. *Chromatius*, *Opus Imperf.* ἐν τῇ ὁδῷ 28.
παραδῷ] παραδώσει bis D. a παραδῷ ad παραδῷ] —— 58.
ἀντίδικος] + σου 62. 68. Versio *Syr. Æthiop.* σε παραδῷ posterius] —— 13. Versio *Armena.*
βληθήσῃ] βληθῇς L.
26. ἂν] οὗ L. 10. 11. 56. 58. 74. 89. 90. Colb. Evang. 12. *Theophylact. Dorotheus* 3.
ἀποδῷς] ἀποδώσεις L. κοδράντην] κοδράτον 1. a prima manu.
27. τοῖς ἀρχαίοις] —— DK. 1. 2. a prima manu 3. 4. 5. 6. 8. 9. 12. 22. 23. 24. 27. 28. 30. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 51. 52. 53. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 63. 64. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 76.

Bava Kama IX. 12. Qui affert rapinam suam antequam afferat sacrificium pro rapina, satisfacit: at si offerat sacrificium suum, antequam afferat rapinam suam, non satisfacit. *Ros Hossana* f. . . Rem tibi exemplo declarabo: nimirum haec ita se habent, uti cum homo socio minam argenti mutuo dat, eique solutionis terminum in regis praesentia figit, jurante altero per vitam regis. Interim adventante tempore cum solutionem praestare non potest debitor, adit regem deprecaturus. Respondet rex: quod adversus me deliquisti, id tibi remissum esto: sed abi, & socium tuum placatum redde. Eadem & apud Deum obtinent. *Plaut.* Pseudol. I. 3. 31. Si sacruficem summo Jovi Atque in manibus exta teneam, ut porriciam, interea loci Si lucri quid detur, potius rem divinam deseram. *Valer. Max.* III. 3. Vetusto Macedoniae more regi Alexandro nobilissimi pueri praesto erant sacrificanti. E quibus unus thuribulo arrepto ante ipsum adstitit, in cujus brachio carbo ardens delapsus est, quo etsi ita urebatur ut adusti corporis ejus odor ad circumstantium nares perveniret, tamen & dolorem silentio pressit, & brachium immobile tenuit, ne sacrificium Alexandri —— concusso thuribulo impediret.

25. εὐνοῶν τῷ ἀντιδίκῳ] *Xenoph.* Παιδ. VIII. ῥᾴδιον ἐστι φιλεῖν τοὺς μισεῖν δοκοῦντας, οὐδ' εὐνοεῖν τοῖς κακονόοις. *Polyb.* XV. 31. ἔργον ποιοῦντες οὐκ ἐχθρῶν ἀλλ' εὐνοούντων. *Sosiades.* φίλοις εὐνόει, ἐχθροὺς ἀμύνου. *Jamblich.* V. Pythag. 33. οὕτω θαυμαστὴν φιλίαν παρέδωκε τοῖς χρωμένοις, ὥστε ἔτι καὶ νῦν τοὺς πολλοὺς λέγειν ἐπὶ τῶν σφοδρότερον εὐνοούντων ἑαυτοῖς, ὅτι τῶν Πυθαγορείων εἰσί. *Pausan.* Phoc. 17. ἀνάγκῃ μᾶλλον ἢ ὑπὸ εὐνοίας. *Herodian.* VIII. 8. 11. ᾔδει γὰρ τοὺς Γερμανοὺς τῷ Μαξίμῳ εὐνοοῦντας. *Sophocl.* Ajace 698. μελεῖν μὲν ἡμῶν, εὐνοεῖν δ' ὑμῖν. *Aristot.* Nicomach. VII. 2. τοὺς δὲ βουλομένους οὕτω τ' ἀγαθὰ εὔνους λέγουσι, ἂν μὴ τὸ αὐτὸ καὶ παρ' ἐκείνου γίγνηται, εὔνοιαν γὰρ ἐν ἀντιπεπονθόσι φιλίαν εἶναι. IX. 5. ἡ δ' εὔνοια καὶ ἐκ προσπαίου, οἷον καὶ περὶ τοὺς ἀγωνιστὰς συμβαίνει. εὖνοι γὰρ αὐτοῖς γίνονται, καὶ συνθέλουσιν, συμπράξαιεν δὲ οὐθὲν —— ἔοικε δὲ ἀρχὴ φιλίας εἶναι —— βούλονται γὰρ μόνον τ' ἀγαθὰ οἷς εἰσὶν εὖνοι, συμπράξαιεν δ' οὐθὲν ἂν οὐδ' ὀχληθεῖεν ὑπὲρ αὐτῶν.

ἕως ὅτου εἶ ἐν τῇ ὁδῷ] *Herodot.* IX. 14. ἤδη δὲ ἐν τῇ ὁδῷ ἐόντι αὐτῷ ἦλθε ἀγγελίη. *Thucyd.* II. 12. ὁρῶντες ἤδη σφᾶς ἐν ὁδῷ ὄντας & 13. ἔτι δὲ τῶν Πελοποννησίων —— ἐν ὁδῷ ὄντων. *Sanhedrin* f. 95. 1. dicitur proverbio: dum in via es, obsequere aduersario tuo.

μήποτέ σε παραδῷ ὁ ἀντίδικος τῷ κριτῇ, καὶ ὁ κριτής σε παραδῷ τῷ ὑπηρέτῃ] *Aristides* T. 2. p. 52. ὁ μὲν γὰρ ἐλέγχει τὰ ἀδικήματα ὁ ῥήτωρ, καὶ παραδίδωσι τῷ δικαστῇ. ὁ δ' ἀκούσας καὶ μαθὼν, παραδίδωσιν αὐτοῖς ὑπηρέταις, καὶ μέσος ἐσθ' ὁ δικαστὴς διακόνου καὶ ῥήτορος. *Diodor.* S. XVII. 109. ἐτόλμησεν αὐτὸς καταβὰς ἀπὸ τοῦ βήματος τοὺς αἰτίους τῆς ταραχῆς ταῖς ἰδίαις χερσὶ παραδοῦναι τοῖς ὑπηρέταις πρὸς τὴν τιμωρίαν. *Appian.* de B. C. I. p. 651. ὁ δὲ Μάριος διέφυγεν, ἔρημος ὑπηρέτου τε καὶ θεράποντος. Publicus minister, apparitor, lictor, viator. *Jo.* XVIII. 3.

ἕως ὅτου] *Herodot.* μέχρι ὅτου πληθούσης τῆς ἀγορᾶς.

εἰς φυλακὴν βληθήσῃ] *Anthol.* II. 37. 1. Εἰς φυλακὴν βληθεὶς ποτὲ Μάρκος ὁ ἀργὸς, *Act.* VIII. 3. *Apoc.* II. 10.

26. ἀποδῷς] *Eustath.* in Il. α. p. 42. 42. ἰστέον δὲ, ὅτι δοῦναι μὲν ἐπὶ ἁπλῶς ἑκουσίου δόσεως, ὅθεν καὶ τό δῶρον. ἀποδοῦναι δὲ ἐπὶ τῶν χρεωστικῶς διδομένων, ὡς καὶ ὁ Δημοσθένης οἶδε —— ἐπιδιδόναι δὲ ἐστι τὸ ἐπέκεινα τῶν προϋπαρχόντων δοῦναι. p. 46. 38. καὶ Δημοσθένης οὖν λέγει περὶ Φιλίππου, ὡς εἰ μὲν ἀποδίδωσι τὸν δεῖνα τόπον, ὡς ἡμέτερον ληψόμεθα, εἰ δὲ δίδωσιν, ὡς χαριζόμενος ἑκουσίως οἰκεῖον τι, οὐ ληψόμεθα. *Thucyd.* IV. 65. ἀποδοῦναι ἀργύριον τακτὸν. inf. XVIII. 28. 30. dare aliquid tanquam debitum.

κοδράντην] Quadrans est quarta pars assis. *Phaedrus* IV. 19. qui dum quadrantes aggregas patrimonio, Caelum fatigas sordido perjurio. *Senec.* Epist. 86. Olim & pauca erant balnea, & nullo cultu exornata. Cur enim ornaretur res quadrantaria? *Horat.* S. II. 3. 93. quoad vixit, credidit ingens Pauperiem vitium, & cavit nil acrius, ut si Forte minus locuples uno quadrante periret, ipse videretur sibi nequior. S. I. 3. 137. dum tu quadrante lavatum rex ibis, neque te quisquam stipator, Ineptum praeter Crispinum, sectabitur. *Juvenal.* VI. 447. quadrante lavari. *Cic.* pro Caelio 36. Nisi forte mulier potens quadrantaria illa permutatione familiaris facta erat balneatori. *Plut.* Cicero p. 875. C. Κλωδίαν δὲ Μέτελλος ὁ κέλερ εἶχεν, ἣν κουαδραντίαν ἐκάλουν, ὅτι τῶν ἐραστῶν τις αὐτῇ χαλκοῦς ἐμβαλὼν εἰς βαλαντίον ὡς ἀργύριον εἰσέπεμψε. Τὸ δὲ λεπτότατον τοῦ χαλκοῦ νομίσματος κουαδράντην ἐκάλουν. Jos. ap. *Suidam* χαλκιδῖτις πόρνη ἀπὸ τῆς εὐτελείας τοῦ διδομένου νομίσματος. *Aristot.* de Rep. VII. 1. ἀπεχόμενος δὲ μηδενὸς, ἂν ἐπιθυμήσῃ τοῦ φαγεῖν ἢ πιεῖν τῶν ἐσχάτων, ἕνεκα δὲ τεταρτημορίου διαφθείροντα τοὺς φιλτάτους φίλους. *Plaut.* Poen. I. 2. 59. diobolare scortum. *Hieros. & Babyl. Kidduschin* Duo semisses, assarium, duo quadrantes semissem. Pruta erat octava pars assarii Italici. *Petron.* 43. Ab asse

27 Ἠκούσατε ὅτι ἐῤῥέθη — τοῖς ἀρχαίοις· Οὐ μοιχεύσεις. Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν,
28 ὅτι πᾶς ὁ βλέπων γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς, ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ

78. 83. 84. 86. 87. 90. ex emendatione 106. Evang. 7. 17. Edit. *Complut. Colinaei*, *Bengelii*. Verſio *Syr.* prior (poſterior habet cum aſteriſco) *Copt. Goth. Æthiop. Arab. Origenes* in *Jo.* VIII. 42. *Cyrill.* in *Zachar.* p. 728. *Euthymius Theophyl. Juvencus*, *Hilarius*, probante *J. Millio* prol. 673. 1055. Quod Vulgata ex comm. 21. addidit, Eraſmus invitis Codicibus ſuis temere in ſuam Editionem transtulit.

28. αὐτῆς] αὐτὴν DEKM. 2. 3. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 27. 33. 45. 46. 48. 49. 51. 52. 53. 55. 58. 60. 61. 62. 63. 64. 67. 71. 73. 74. 78. 83. 84. 86. 87. 90. 106. Edit. *Complut. Stephani* 1. *Origenes*, *Conſtitut. Apoſt.* 1. *Theophylus Antioch.* ut *Exod.* XX. 17.

βλέπων] ἐμβλέψας K. *Theod.* Monach. ἐμβλέπων 34. in margine 59. 106. *Theodoret.* in *Pſ.* IX. *Damaſcenus*, *Thalasſius*, *Theophyl.* βλέψας 61.

aſſe crevit, & paratus fuit quadrantem de ſtercore mordicus tollere. *Ambroſius in Luc.* XII. 59. Quadrantem autem in balneis dari ſolere reminiſcimur. *Juvenal* VII. 8. Si Pieria quadrans tibi nullus in arca oſtendatur. *Kidduſchin* f. 8. 1. qui deſponſat mina, & numerat, & alterutra pars vult reſilire, etiam cum numeratur *ultimus denarius*, facultas eſt in manu ejus.

28. Aſpicere minus eſt quam tangere 1. *Cor.* VII. 1. *Plin.* Ep. V. 6. cryptoporticus in edito poſita, quae non aſpicere vineas ſed tangere videtur. Confer comma 8. *Cic.* de *Orator.* I. 43. Auctoritate nutuque legum domitas habere libidines, coercere omnes cupiditates, noſtra tueri, ab alienis mentes, oculos, manus abſtinere Critias ap *Sext. Empir.* a. Phyſicos I. 54. Τηνικαῦτα μοι δοκεῖ πυκνός τις ἄλλος καὶ σοφὸς γνώμην ἀνὴρ Γεγονέναι ὃς θνητοῖσιν ἐξευρὼν ὅπως εἴη τι δεῖμα τοῖς κακοῖσι κἂν λάθρα Πράσσωσιν, ἢ λέγωσιν, ἢ φρονῶσί τι, ἐντεῦθεν οὖν τὸ θεῖον εἰσηγήσατο. —— Ἐὰν δὲ σὺν σιγῇ τι βουλεύῃ κακὸν, Τοῦτ' οὐχὶ λήσει τοὺς θεούς. *Plut.* de Curioſitate p. 521. A. Τὸ τοῦ Ξενοκράτους ἔχωμεν πρόχειρον, ὃς ἔφη, μηδὲν διαφέρειν, ἢ τοὺς πόδας, ἢ τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰς ἀλλοτρίαν οἰκίαν τιθέναι. —— ὁ δὲ Κῦρος οὐκ ἐβούλετο τὴν Πάνθειαν ἰδεῖν —— ὁμοίως οὐδὲ Ἀλέξανδρος εἰς ὄψιν ἦλθε τῆς Δαρείου γυναικὸς εὐπρεπεστάτης εἶναι λεγομένης —— Ἡμεῖς δὲ τοῖς φορείοις τῶν γυναικῶν ὑποβάλλοντες τὰ ὄμματα, καὶ τῶν θυρίδων ἐκκρεμαννύντες οὐδὲν ἁμαρτάνειν δοκοῦμεν, οὕτως ὀλισθηρὰν καὶ ῥευστὴν εἰς ἅπαντα τὴν πολυπραγμοσύνην ποιοῦντες. *Valer. M.* IV. 3. Pericles Athenienſium princeps, cum Tragoediarum ſcriptorem Sophoclem in praetura collegam haberet, atque is publico officio una diſtrictus praetereuntis ingenui pueri formam impenſioribus verbis laudaſſet, intemperantiam ejus increpans dixit: Praetori non ſolum manus a pecuniae lucro, ſed etiam oculos a libidinoſo aſpectu continentes eſſe debere. *Silius* XII. 567. Nunc lentus celſis adſtans in collibus intrat urbem oculis, diſcitque locos, cauſſasque locorum, Ac legeret viſu cuncta, & penetraret in omnes ſpectando partes. *Quintil.* V. 11. ex Cicerone de Invent. I. 31. Dic mihi, quaeſo, Xenophontis uxor, ſi vicina tua melius habeat aurum, quam tu habes, utrum illius an tuum malis? Illius, inquit. Quid ſi veſtem & caeterum ornatum muliebrem pretii majoris habeat, quam tu habes, an illius malis? Illius vero, reſpondit. Age, inquit, ſi virum illa meliorem habeat, quam tu habes, virumne tuum an illius malis? Hic mulier erubuit merito; male enim reſponderat, ſe malle alienum aurum quam ſuum: nam eſt id improbum. de Socrate *Frontinus* II. 6. 11. Alexandrum quoque Macedonem traditum eſt, eximiae pulchritudinis virgini captivae, cum finitimae gentis principi eſſet deſponſata, ſumma abſtinentia ita peperciſſe, ut illam ne aſpexerit quidem. Qua mox ad ſponſum remiſſa univerſae gentis per hoc beneficium animos conciliavit ſibi. *Plut.* Pericle p. 156. D. οὐ μόνον, ἔφη τὰς χεῖρας δεῖ καθαρὸν ἔχειν τὸν στρατηγὸν, ἀλλὰ καὶ τὰς ὄψεις. *Ovid.* Metam. V. 395. Pene ſimul viſa eſt, dilectaque, raptaque Diti. uſque adeo properatur Amor. VI. 478. Spectat eam Theſeus, praecontrectatque videndo Oſculaque & collo circumdata brachia cernens omnia pro ſtimulis facibusque ciboque furoris accipit. *Ælian* V. H. XIV. 42. Ξενοκράτης ὁ Πλάτωνος ἑταῖρος ἔλεγεν, μηδὲν διαφέρειν ἢ τοὺς πόδας ἢ τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰς ἀλλοτρίαν οἰκίαν τιθέναι. ἐν ταυτῷ γὰρ ἁμαρτάνειν τόντε εἰς ἃ μὴ δεῖ χωρία βλέποντα, καὶ εἰς οὓς μὴ δεῖ τόπους παριόντα. *Antonin* Liberal. I. ταύτην ἰδὼν --- ἐπεθύμησεν αὐτῆς. *Liban.* D. XXXIII. καὶ βαδίζειν διὰ τῶν στενωπῶν ἔξεστι, καὶ βαδίζοντας ἀποβλέπειν. ἀλλ' ἐὰν πολλάκις διὰ ταυτοῦ βαδίζῃς, οὐκ ἀγούσης ἀνάγκης, καὶ βλέπῃς ἄνω πολλάκις γυναῖκα νέαν καὶ καλὴν οὐδέν σοι προσήκουσαν περισκοπῶν, ποιεῖς μὲν ἃ μὴ κεκώλυται νόμῳ, ποιῶν δὲ ἐφ' ὅτου ταῦτα ποιεῖς, δεικνύεις. *Propert.* II. 12. Qui videt, is peccat, qui te non viderit ergo non cupiet: facti crimina lumen habet. *Menander* ap. *Clem.* Strom. V. p. 441. *Euſeb.* P. XIII. 13. *Juſtin.* de Monarchia. Δεῖ γὰρ τὸν ἄνδρα χρήσιμον πεφυκέναι, μὴ παρθένους φθείροντα καὶ μοιχώμενον, κλέπτοντα καὶ σφάζοντα χρημάτων χάριν, τ' ἀλλότρια βλέποντα κἀπιθυμοῦντα Ἤτοι γυναικὸς, πολυτελοῦς ἢ δώματος, ἢ κτήσεως, παιδόςτε, παιδίσκης θ' ἁπλῶς Ἵππων βοῶν τὸ σύνολον, ἢ κτηνῶν τι δὴ Μηδὲ βελόνης ἔναμμ' ἐπιθυμήσῃς, Πάμφιλε. *Lyſias.* . . . ἐπεθύμησα τοῦ μειρακίου. *Athenae.* . . . ἐπιθυμεῖν κόρης. *Ariſtoph.* Eccleſ. 60. ἣν μεῖραξ' ἰδὼν ἐπιθυμήσῃ. *Plut.* de genio Socrat. p. 594. C. περὶ τῆς γυναικὸς, ἧς ἐπιθυμῶν ἐτύγχανεν. *Ter. Eunuch.* III. 5. Virgo, quid ego ejus tibi nunc faciem praedicem, aut laudem, Antipho, cum ipſum me noris, quam elegans formarum ſpectator ſiem? In hac commotus ſum A. ain tu? C. primam dices ſcio, ſi videris. Quid multa verba? amare coepi. *Auguſtin* de S. Domini. Sane conſiderandum eſt, quod non dixit: omnis qui concupierit mulierem; ſed qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, i. e. hoc fine & animo adtenderit, ut eam concupiſcat; quod jam non eſt titillari delectatione carnis ſed plene conſentire libidini, ita ut non refrenetur illicitus appetitus, ſed, ſi facultas data fuerit, ſatietur. *Ovid.* Faſt. III. 21. Mars videt hanc, viſamque cupit, potiturque cupita. *Hieroſ. Challa* f. 58. 3. Calcaneum mulieris aſpiciens eſt ac ſi uterum aſpiceret, uterum autem aſpiciens eſt ac ſi cum ea coiret. Et tamen in more fuit Rabban Gamalieli feminas intueri *Schabbath* 64. 2. *Berachoth.* 24. 1. Intuens vel in minimum digitum feminae eſt ac ſi intuetur in locum pudendum. f. 20. 1. & tamen ſoliti ſunt R. Gidal & R.

καρδίᾳ αὐτοῦ. Ἐι δὲ ὁ ὀφθαλμός σου ὁ δεξιὸς σκανδαλίζει σε, ἔξελε αὐτὸν, καὶ 29
βάλε ἀπὸ σοῦ· συμφέρει γάρ σοι, ἵνα ἀπόληται ἓν τῶν μελῶν σου, καὶ μὴ ὅλον τὸ
σῶμά σου βληθῇ εἰς γέενναν. Καὶ εἰ ἡ δεξιά σου χεὶρ σκανδαλίζει σε, ἔκκοψον 30
αὐτὴν, καὶ βάλε ἀπὸ σοῦ· συμφέρει γάρ σοι, ἵνα ἀπόληται ἓν τῶν μελῶν σου,
καὶ

29. σου ὁ δεξιὸς] ὁ δεξιός σου D. a συμφέρει ad συμφέρει] — D. 25. 32. 40.
βληθῇ] βληθήσῃ L. βληθῆναι 74. 89. 92. & comm. 30.
30 ἡ δεξιά σου χεὶρ] ἡ χείρ σου ἡ δεξιά. 13. 106.
βάλε comm. 29. & 30.] βαλλε Ed t. *Erasmi Bogardi.*
βληθῇ] ἀπέλθῃ D. 33. Verſ. *Vulg. Copt.* ex *Marco.*
βληθῇ εἰς γέενναν] εἰς γέενναν ἀπέλθῃ 1. εἰς comm. 29. 30.] + τὴν *Evang.* 13.
31. δὲ] — 10. 42. 46. 48. 58. 59. 63. 64. 66. 67. 72. 83. 86. *Evang.* 14. Verſio *Syra.*

R. Jochanan ad locum immerſionis ſedere, ubi lavabantur feminae; cumque a quibusdam monerentur de periculo laſciviae, reſpondit R. Jochanan: ego ſum ex ſemine Joſephi, in quem dominari non potuit pravus affectus. *Aboda Sara* f. 20. 1. 2. *Deut.* XXIII. 10. carebis omni re mala. Quibus verbis ſignificatur non debere hominem aſpicere mulierem pulcram, ne quidem innuptam: non uxorem alicujus, ne quidem deformem. vid. 2. *Pet.* II. 14. *Plut.* Sympos. III. 6. p. 654. D. ὄψις γὰρ ἡμῖν ὀξυτάτη τῶν διὰ σώματος ἔρχεται κατὰ τὸν Πλάτωνα παθημάτων, καὶ σφόδρα ταῖς ἐγγὺς φαντασίαις εἰς τὴν ψυχὴν ἐγείρουσα πρὸς τὰ εἴδωλα τῆς ἡδονῆς καινὴν ἀεὶ καὶ πρόσφατον ἐπιθυμίαν. *Plato* . . ἄρχει τοῦ ἔρωτος ὅρασις. . . . ἐπιθυμία διὰ τῶν ὀφθαλμῶν ἔρχεται. *Plato* de Legg. VII. ἐπίσκοποι ἔστωσαν τούτοις, ἃς ἑιλόμεθα, γυναῖκες —— συλλεχθεῖσαι διαγγελλόντων ἀλλήλαις, εἴ τις τινὰ ὁρᾷ πρὸς ἄλλ' ἄττα βλέποντα ἄνδρα ἢ γυναῖκα τῶν παιδοποιουμένων, ἢ πρὸς τὰ τεταγμένα ὑπὸ τῶν ἐν τοῖς γάμοις θυσιῶν τε καὶ ἱερῶν γενομένων. *Berachoth* f. 61. 1. tradiderunt Rabbini: ſi quis numeret pecuniam mulieri de manu ſua in manum ejus, eum in finem ut eam aſpiciat, ſi vel etiam lex & bona opera ſint in manu ejus inſtar Moſis, qui legem accepit e monte Sinai, tamen non liberabitur a judicio gehennae. *Silius* VI. 184. prodentia ſenſum lumina. *Cic.* de Leg. 1. 10 & oculi nimis arguti quemadmodum animo affecti ſimus, loquuntur. *Propert.* II. 10. 12. oculi ſunt in amore duces. *Quintil.* pater: tu alienam matronam aliter, quam leges permittunt, adſpexiſti. Per γυναῖκα autem intelligitur uxor alterius. 2. *Sam.* XI. 2. 3. 4. *Job* XXXI. 1. 7. *Prov.* VI. 27. *Sir.* IX. 7. 8. XXVI. 9. *Suſan.* 8. 9. 32. *Chryſoſt.* τοῦτ' ἔστιν, ὁ ποιούμενος ἔργον τοῦ τὰ λαμπρὰ σώματα περιεργάζεσθαι, καὶ τὰς εὐμόρφους ὄψεις θηρᾶν καὶ ἑστιᾶν τῇ θέᾳ τὴν ψυχὴν, καὶ προσηλοῦν τὰ ὄμματα τοῖς καλοῖς προσώποις.

29 ὁ δεξιὸς] *Ariſtot.* de Animal. inceſſu c. 4. φύσει βέλτιον τὸ δεξιὸν τοῦ ἀριστεροῦ. *Artemidor.* I. 44. ἔστι δὲ παλαιὰ διαίρεσις ἀληθὴς ἤδη. καὶ σημαίνει μὲν ἡ δεξιὰ χεὶρ υἱὸν, πατέρα, φίλον, καὶ ἄλλον ὅτι ἐν τῇ συνηθείᾳ καταχρώμενοι λέγομεν, ἡ δεξιὰ χείρ ἐστιν τοῦ ἰδόντος. 1. *Sam.* XI. 2. *Zachar.* XI. 17. infra VI. 3. *Plut.* de Lib Educat. p. 5. A. τῇ μὲν δεξιᾷ συνεθίζειν τὰ παιδία δέχεσθαι τὰς τροφὰς, κἂν προτείνῃ τὴν ἀριστερὰν, ἐπιτιμᾶν.

σκανδαλίζει] Scandalum proprie eſt muſcipula vel pars ejus. *Heſych.* σκανδαλοθρίστας, καὶ σκάνδαλον τὸ ἐν ταῖς μυάγραις. *Pollux.* VII. 114. ἐργάζοιτο δ' ἂν ὁ τέκτων καὶ μυάγρας, ὧν τὸ ἱστάμενον τε καὶ σχαζόμενον πατταλίον. τὸ δὲ τῇ σπαρτίνῃ προσηρτημένον σκανδάληθρον καλεῖται & X. 156. εἶδος μυάγρας, τὸ μέντοι ἱστάμενον ταῖς μυάγραις παττάλιον, σκανδάληθρον καλεῖται, ὡς ὁ ἐν ταῖς μείζοσι πάγαις πάτταλος, ῥόπτρον. *Ariſtoph.* Achar. 687. κᾆτ' ἀνελκύσας ἐρωτᾷ σκανδάληθρ' ἱστὰς ἐπῶν ἄνδρα τιτωνόν. σχολ. καὶ ἡ μὲν λέξις πεποίηται παρὰ τὰ πέτευρα τῶν παγίδων, ἀπὸ τοῦ σκάζοντα συμπίπτειν καὶ κρατεῖν τὸ ἐμπεσὸν *Etymol.* & *Suidas. Judith.* V. 1. Transfertur deinde haec vox a Graecis V. T. Interpretibus ad deſignandum omne id, quod exitii cauſſam praebet, id inprimis quo quis ad delinquendum incitatur. *Hieron.* c. Pelag. II. niſi fallor etiam σκῶλον & σκάνδαλον apud Graecos ex offenſione & ruina nomen accepit. & in *Matth* XV. 12. quia crebro teritur in Eccleſiaſticis ſcripturis ſcandalum, breviter dicamus, quid ſignificet. Σκῶλον & σκάνδαλον nos offendiculum vel ruinam vel impactionem poſſumus dicere. Quando ergo legimus. quicunque de minimis iſtis ſcandalizaverit quempiam, hoc intelligimus: qui dicto factove occaſionem ruinae cuiquam dederit.

ἔξελε] *Heliod.* II. 84. τὸν ὀφθαλμὸν ἐξεῖλε τὸν δεξιὸν *Plut.* de Iſ. & Oſir. p. 373. E. ἐξελὼν —— τὸν ὀφθαλμόν. *Lucian.* Caucaſ. 20. γῦπας ἂν ἐπέστησε, σοὶ τὰ ἔγκατα ἐξαιρήσοντας. *Heſych.* Mileſ. π. σοφῶν· Ὅμηρος ἱστορεῖται γενέσθαι τυφλὸς, ὡς μὴ ἡττηθεὶς ἐπιθυμίας, ἡ διὰ τῶν ὀφθαλμῶν ἔρχεται. *Philoſtratus* p. 513. Ἰσαῖος δὲ ὁ σοφιστὴς ὁ ἀσσύριος τὸν μὲν ἐν μειρακίῳ χρόνον ἡδοναῖς ἐδεδώκει, γαστρός τε γὰρ καὶ φιλοποσίας ἥττητο, καὶ λεπτὰ ἠμπίσχετο, καὶ θαμὰ ἤρα, καὶ ἀπαρακαλύπτως ἐκώμαζεν· εἰς δὲ ἄνδρας ἥκων, οὕτω τι μετέβαλε, ὡς ἕτερον ἐξ ἑτέρου νομισθῆναι —— καὶ τὸ ἐρᾶν μετέθηκεν, ὥσπερ τοὺς προτέρους ὀφθαλμοὺς ἀποβαλών. *Maxim. Tyrius* XIII. 7. ὥσπερ γὰρ τὰ ἑρπυστικὰ τῶν ἑλκῶν τοῖς σώμασιν ἐμπεσόντα πρόσω νέμεται, καὶ τοῦ ὑγιαίνοντος τί ἀεὶ προσαπόλλυσι, καὶ πρὸς τὰς ἰάσεις ἀγριαίνει, ἕως ἂν ἡ τέχνη τὴν κρηπῖδα καὶ τὴν ἕδραν τοῦ νοσήματος ἐκτέμῃ· ὡς δὲ καὶ ὅτῳ ὕπουλος καὶ διαβεβρωμένη καὶ σαθρὰ οὖσα ἡ ψυχὴ ἐπινέμεται, πρόσω τε καὶ πλησίον ἀεὶ καταλαμβάνει, ἐκτμητέον δὲ αὐτῆς καὶ ἀφαιρετέον τὰς δυνάμεις, ὡς λῃστοῦ χεῖρας, ὡς ἀκολάστου ὀφθαλμὼ, ὡς λίχνου γαστέρα. *Philo* de Legg. ſpecial. T. 2. p. 328, 46. εἶθ' ὧν ἡ ὄψις ἐπίληπτος, οὐ πολλῷ μᾶλλον ὑπαίτιοι χεῖρες; ὀφθαλμοὶ μὲν γὰρ, καὶ ἃ μὴ βουλόμεθα πολλάκις ὁρᾶν ἐπελευθεριάζοντες, ὑποβιάζονται. χεῖρες δ' ἐν τῇ τῶν ὑπηκόων τεταγμέναι τάξει μερῶν πειθαρχοῦσαι τοῖς ἡμετέροις ἐπιτάγμασιν ὑπηρετοῦσι —— (*Deut.* XXV. 12) ἑτέραν δ' [αἰτίαν] ἤκουσα θεσπεσίων ἀνδρῶν, τὰ πλεῖστα τῶν ἐν τοῖς νόμοις ὑπολαμβανόντων εἶναι σύμβολα φανερὰ ἀφανῶν, καὶ ῥητὰ ἀρρήτων. Ἦν δὲ τοιάδε —— εἰκότως οὖν τὴν ἐφαψαμένην χεῖρα τῶν διδύμων ἀποκόπτειν εἴρηται συμβολικῶς, οὐχ' ὅπως ἀκρωτηριάζῃ τὸ σῶμα στερόμενον ἀναγκαιοτάτου μέρους, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ πάντας τῆς ψυχῆς ἀθέους ἐκτέμνειν λογισμούς. *Seneca* Ep. 51. Projice quaecunque cor tuum laniant, quae ſi aliter extrahi nequirent, cor ipſum cum illis evellendum erat. *Ovid.* ex Ponto IV, 14. 17. Ergo ego ceſſabo nun-

31 καὶ μὴ ὅλον τὸ σῶμά σου βληθῇ εἰς γέενναν. Ἐῤῥέθη δὲ ὅτι ὃς ἂν ἀπολύσῃ
32 τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, δότω αὐτῇ ἀποστάσιον· Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, ὅτι ὃς ἂν
ἀπολύσῃ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, παρεκτὸς λόγου πορνείας, ποιεῖ αὐτὴν μοιχᾶσθαι·
καὶ

ὅτι] — D. 1. 33. Edit. *Erasmi*, *Bogardi*.
32. ὅτι] — D.
ὃς ἂν ἀπολύσῃ] πᾶς ὁ ἀπολύων] L K M. 1. 4. 5. 6. 7. 13. 14. 16. 37. *Colb.* quatuor. 45. 53. 61. 63. 72. 78. 91. *Evang.* 8. 9. 10. 12. 14. *e Luca.*
μοιχᾶσθαι] μοιχευθῆναι. D. 1. 13. 33. *Origenes*, *Chrysost.* *Theodoret* ut *Jo.* VIII. 5. *Levit.* XX. 10. ubi adulteratae tribuitur verbum passivum. *Thomas:* μοιχᾶται ὁ ἀνήρ, μοιχεύεται ἡ γυνή.

